

PHIL. REINH. VITRIARII
Institutiones
JURIS PUBLICI
LUGD. BATAV
Apud PETRUM VANDER AA
1686




A. Schoonebeek fec. invent



PHILIPPI REINHARDI VITRIARII JCTI. & Antecess. Lugd. Bat.

INSTITUTIONES JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI SELECTÆ

Antiquum & Modernum Imperii Romano-Germanici Statum: vera ejus Principia, Controversias illustres & earum rationes cum affirmantes, tum negantes, & decidentes methodo Institutionum Justiniani ex ipsis Fontibus exhibentes.







LUGD. BATAV.
Apud PETRUM van der Aa.
MDC, LXXXVI.



PER ILLUSTRIBUS
atque
GENEROSISSIMIS
Academiæ Lugd. Bat.

CURATORIBUS

D. DANIELI VAN WYNGARDEN BARONI DE WYNGARDEN, RUYBROEK &c. EQUESTRIS HOLLANDIÆ ORDINIS NOMINE AD CONSESSUM FOEDERATI BELGII ORDINUM GENERALIUM DELEGATO, &c.

D. HIERONIMO à BEVERNINGK Theilingæ Domino, JC. Viro Consulari Civitatis Gaudanæ, Exlegato.

D. CONRADO DE BEUNINGEN, JC. & Civitatis Amstelodamensis Viro Consulari, Exlegato.

Eorum-

Eorumque Collegis Magnificis
REIPUBLICÆ LEIDENSIS
CONSULIBUS
D. JACOBO VROMANS,
D. JACOBO VAN DER MAES,
D. PETRO VAN ASSENDELFT,
D. NICOLAO VAN DE VELDE,
NEC NON
Amplißimo Consultißimoque
VIRO
D. PETRO BURGERSDICIO,
JC. Reip. Leid. Syndico, & Per Illustribus DD. Curatoribus à Secretis.

PHILIPPUS REINHARDUS
VITRIARIUS
L. M.
Dedicat, consecratque.

JUstum est, ut cum publicum VESTRI de me judicii testimonium dare volueritis, dum in Acade-

cademiam VESTRAM omnium celeberrimam me Juris Professorem evocastis; publicum quoque gratitudinis meæ nunquam intermorituræ indicium aliquod exstare faciam. Tardum quidem est fateor, & integrum triennium præterlapsum ex quo hoc honore me dignati estis; sed variæ eæque graves & legitimæ sunt causæ, quæ publicæ huic meæ pietati impedimento

ſuerunt. Ea præterea grati animi eſt natura, ut nullum tempus non opportunum judicet ad ſignificandam honoris & accepti beneficii memoriam. Et cum hujus Opuſculi de Jure publico materia VOBIS, VIRI PERILLUSTRES MAGNIFICI ET AMPLISSIME propria ſit; nullus enim eſt, qui ignoret VESTRA ingenia inter ea illuſtri loco poſita eſſe, quæ ad magnas publi-

publicasque res, arte, consilio, animi magnitudine, industria gerendas Deus excitat; & experiundo VOS didicisse, quam utilis, quamque necessaria sit Juris Publici notitia non tantum Patriæ, sed & Exterorum; apud quos plerique ex VOBIS VIRI PERILLUSTRES, MAGNIFICI ET AMPLISSIME munere legationum gravissimarũ felicissime & ex asse perfuncti estis: hoc meũ

munuſculum benigno animo à VOBIS acceptum, & ex præſcriptione illuſtrium VESTRORUM nominum ab aliorum invidia, & in VESTRAM gratiam ſimul cum noſtris ſtudiis vindicatum iri ſpero. Deus T. O. M. VOS inter inſtrumenta & præſidia melioris ſæculi eminere, & Reip. Civitati & Academiæ diutiſſime incolumes atque ſuperſtites eſſe velit.

BENI-

BENIVOLO
LECTORI S. P.

Sunt octo circiter anni, quod Illustrissimi quidam, Generosi atque Eruditi Auditores Genevæ a me desiderarunt, ut in usum eorum Institutiones Juris Publici Romano-Germanici, quas familiari discursu tunc proponebam, scriptis comprehenderem. Quanquam enim multi de eodem argumento typis Authores descripti prostarent, tamen aut nimis vasti videbantur, quam ut vel ab Illustrissimis viris, quorum vita non liberalibus tantum, verum etiam bellicis studiis destinata erat, legi, vel nimis breves, quam ut justi compendii vices supplere potuissent: vel etiam si forte mole

sua hujus fines non excederent, tamen vel veris Juris Publici nostri principiis, vel methodo huic argumento convenienti destituebantur. Igitur Illustrissimorum desiderio satisfacturus per medium quasi fundum eundo in prolixitate brevitatem, in brevitate justam prolixitatem observans, nova plane & Scriptoribus Juris Publici hactenus inusitata, convenienti tamen, & quam ipsius argumenti natura poscebat, methodo: ad eum modum, quo Justiniani Imperatoris nostri Gloriosissimæ memoriæ Institutiones erant conscriptæ, Institutiones Juris Publici Romano-Germanici composui. Easque ex ipsis, quæ obtinent rerum argumentis: ex Constitutionibus & Imperii Romano-Germanici LL. fundamen-

mentalibus, ex Historiarum monumentis fide dignis, ex genuinis Politicæ Disciplinæ principiis collegi. Præterea cum moderni Juris Publici notitia imperfecta plane videretur, nisi & antiquum nobis notum esset, quantum Compendii mei ratio admisit semper originem ea, qua potuit fieri diligenti cura investigavi. Scripta virorum & fide & diligentia & eruditione præstantissimorum ubique adhibui; & quoniam non cupidine gloriæ ad Opusculum hoc concinnandum fui adductus, sed unica eorum, qui nobili huic studio operam dant utilitate, ipsorum Doctorum verba sæpe & fere abique, ubi eos secutus sum, in hoc meum Compendium transscripsi: sic enim quando studiosi Juris Publici incidunt in vasta eorum

volumina, & faciliori labore ea pervolvere & feliciori successu statim videre possunt, quæ cum veris Juris Publici nostri principiis convenire puto. Controversias illustres semper conjunxi, & ab omni partium studio alienus, nullius juri aut prærogativæ singulariter competenti unquam derogavi, sed rationibus ab utraque parte probe consideratis eam, quam veriorem putavi opinionem sine omni calumnia ingenue proposui. Et quia existimavi ex hoc meo labore aliquid utilitatis in studiosos Juris Publici redundare posse, statim quidem ut typis Institutiones aliquando exprimerentur, consensi; verum ut hoc fieret a quocunque, in cujus forte manus inciderent merito semper sum deprecatus: facile enim præ-

ter

ter alios errores multa, quæ a nobis alienissima sunt, affingi nobis possunt, & sive velis sive nolis ita dixisti, ita scripsisti. Id tamen quod nunquam optaveram, licet timere potuerim, mihi invito plane & ignoranti evenit: cum enim sæpe precibus a me efflagitaretur, ut imprimi typis eas curarem, sæpe etiam promisissem; tamen per aliquot annos cum perpetuo eoque acuto morbo luctari & a proposito abstinere coactus fui: usque dum tandem Perillustres Domini Curatores me in celeberrimam, quæ Lugduni Batav: est Academiam evocarent; ubi dum serio iterum constitueram ut typis excuderentur incidi in librum, cui titulus est:

Institutiones Juris Publici Selectissimæ, Modernum Imperii Roma-

Romani Statum vivis coloribus ex limpidissimis fontibus nervose depingentes
Singulari opera & studio collectæ
a
Nicolao Danckwerths JCto.
Spiræ impensis Christophori Olffen Bibliopolæ Spirensis Anno 1683.

Subjicitur Epistola Dedicatoria, & præfatio, quæ satis magnifice de ipso libro sentit. Titulo & præfatione perlectis. aliquid novi ibi deprehensurus ipsissimas Institutiones Juris Publici præter omnem meam opinionem vidi & legi, quas ante aliquot annos Genevæ conscripseram: verum adeo corruptas & inquinatas ut plane tolerabiles non viderentur: sensus enim in pluribus hiat, oratio sæpe non cohæret, defini-

finitiones falsæ & sæpe una pro alia exhibentur. Adeo, ut cum notum mihi esset, meas Institutiones multorum jam versari in manibus; ne si istas typis impressas conspicerent, illas meo auspicio, tecto forte nomine ita corruptas evulgatas esse putarent; statim de nova Editione cogitavi; & tandem, quantum certe provisu & intentione inter labores perpetuos fieri potuit, prospectum est, ut Tibi liceat his meis Institutionibus Juris Publici emendatissimis frui; nec Te error meus facile in fraudem inducat: pluribus in locis sunt auctæ, & tituli præterea in paragraphos distincti. Utere ergo his nostris Institutionibus, Benivole lector, ad tuum, ut spero, commodum: & si forte Spirenses istæ furti-

væ,

væ Tibi ad manus sunt, eas ut inquinatas & corruptas rejice, errores crassissimos, quibus scatent ne mihi imputare velis, vale.

INDEX

INDEX.

LIBRI PRIMI.

XV.

LIBRI II.

LIBRI

INDEX.

LIBRI III.


XI.

INDEX.

LIBRI IV.

II.

INSTI-



J. N. D. N. J. C.

INSTITUTIONES JURIS PUBLICI

Romano-Germanici.

PROOEMIUM.



Studium juris publici nullo quidem tempore intermissum prorsus est, sed rariùs tamen ita traditum, ut aut ejus cognitio ad posteros perveniret, aut ut vel nullâ obscuritate, vel nullis difficultatibus involutum esset.

1. Ex antiquis vix quisquam superest, præter *Xenophontem*, cujus duo egregii libelli, unus, *de Republ. Atheniensium*; alter, *de Lacedæmoniorum* inter reliqua ejus opera habentur. Commentarii *Pausaniæ* de veteris Græciæ regionibus verè politici sunt, & notis eruditissime illustrati à *Friderico Sylburgio.*

 2. Frag-

2. Fragmenta Rerump. ab *Aristotele* descriptarum, à *Casaubono & Heinsio* collecta, nihil ferme politicæ observationis continent.

3. Inter Scriptores Romanæ Reipublicæ veteris vix quisquam est, qui veræ prudentiæ publicæ inserviat; cum plerique nudam enumerationem magistratuum, absque altiori pervestigatione caussarum, persecuti sint.

4. Proximi temporis Scriptores majori studio in hoc argumento versati sunt, & veteres partim, partim hodiernas Respublicas descripserunt. Ex iis potissimùm studioso juris publici legendæ; *Johannis Meursii & Ubbonis Emmii Græcia vetus. Caroli Sigonii aliquot Respublicæ antiquæ. Hermanni Conringii* dissertatio *de Republ. Hebræorum*; annotata ad priores §§. Partis secundæ Jacobi Lampadii *de Republ. Rom. Germ.* ubi de antiqua Republ. Romana; & tractatus *de Finibus Imperii*, ubi de prima origine Imperii germanici ejusque mutationibus multa tradidit. *Notitia utriusque Imperii Guidonis Pancirolli* Jurisconsulti Patavini magni æstimatur à Doctoribus, propter jus publicum Romanum antiquum.

5. 1. Hodiernas Respubl. alii omnes aut plerasque junctim descripserunt, alii singulas. Inter eos numerantur *Thesaurus Phi-*

Philippi Honorii, Italicè latinèque editus. 2. *Relationes universales Joannis Boteri*, quas sub titulo, *Politiæ Regiæ*, Marpurgi edidit *Justus Reiffenbergius*. 3. *Thesaurus Politicus Casparis Ens*, ex Italico translatus. 4. *Francisci Sansovini. libri 22. de gubernatione diversorum Regnorum & Rerumpubl.* Italicè venetiis publicati. 5. *Archontologia Cosmica*, olim à *Johanne Ludovico Godofredo*, sed postea auctior correctiorque à *Georgio Christophoro Heinio* Francofurti edita 1649. *Lucæ de Linda Descriptio Orbis & omnium Rerump:* Lugd: Bat: 1655 impressa, quorum meminit *Boeclerus in Not. Imp. lib. 1. cap. 4. in fin. Thesaurus Rerumpubl. Conringii*, curâ Domini Oldenburgeri Genevæ publicatus, ubique multâ accuratione indiget, eumque Dominus Conringius nunquam pro suo agnovit. Singulas Respublicas plurimi ediderunt; quarum plerasque aut excerptas aut integras Elzevirii typis impresserunt. Sed ex istis, qui eas scripserunt pauci satis apti sunt ad publicæ prudentiæ scopum obtinendum, fide quoque & industriâ, judicioque valdè discrepant.

6. Jus publicum gallicum, præter historicos, tradiderunt *Bodinus de Republica. Hottomannus in Franco Gallia*, potissimum jus publicum antiquorum

temporum. *Claudius Sesellius* Episcopus Massiliensis, de *Repub: Galliæ*, *& Regum officiis*, qui, quamvis, præter alios errores, hanc maculam adsuat suo libello, quòd statum Galliæ mixtum faciat; tamen cum multis variisque negotiis publicis defunctus, & sæpius Regis Galliæ Ludovici XII. ad Pontificem legatus fuerit, aulæque morem omnem atque statum exploratissimum habuerit, multum conferre potest. *Scriptores status Novissimi Regni Galliæ. Limnæus in Notitia Regni Franciæ. Johannes de Laet de Francorum Regis dominiis & opibus.*

7. Hispanicum jus publicum peti potest ex opere, cui titulus: *Hispania illustrata*; Ubi non multò pauciores 70. authoribus continentur: inter quos præcipuus Joannes Mariana. Conjungi potest, ejusdem *Joannis de Laet* Hispania seu Commentarius *de Regis Hispaniæ Regnis & opibus.*

8. Jus publicum Anglicum tradunt *David Jenkinsius* in libello, cui titulus, Lex terræ. Cambdenus nobilis Angliæ Historicus. *Thomas Smithius* de Republ. Anglica. Ratio Juris publici Anglicani, statu turbido tempore Cromwelli, peti debet ex libello, cui titulus. *Ratio constitutæ nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ*, ex Anglico in latinum conversa;

versa, editaque Hagæ anno 1654: germanicè etiam excusa Scaphusii in Helvetia sub titulo, gründliche beschreibung der neuen Regiments Verfassung in dem gemeinen Wessen Engellandt / Shott / Unnd Irrland.

9. Daniæ Jus publicum antiquum, ex latis in Comitiis Regni legibus magnam partem, sicut hodiernum ex iis, quæ in dies promulgantur, novis constitutionibus desumendum. Jungendi sunt Historici *Saxo Grammaticus*, *Meursius*, *Isaacus Pontanus*.

10. Suecorum, ex volumine Juris Suecici, quod vernaculâ ipsorum Anno 1656. Holmiæ excusum & præcipuè ex titulo primo, quem Königs *Balcker*, hoc est regium titulum ipsi appellant, addisci potest. Mutationes hujus juris, quæ acciderunt tempore Gustavi Primi, videndæ sunt in *Recessibus Regni Orbrugensibus, Norcopensibus* & aliis: sicut & istæ, quæ acciderunt tempore Gustavi Adolphi, potissimum ex Recessu, qui prodiit Anno 1660. 3. Novembris. Omnino hic conferri debet historia Sueo Gothica Joh: Loccennii. Et lib: Axelii Oxenstirnæ, quo ea, quæ regno Christinæ facta sunt, continentur.

11. Polonorum continetur *Decretis Comitiorum*. *Martinus Cromerus de origine*

& rebus Polonorum hic videndus. *Simonis Starovolzy Polonia*, à Domino *Conringio* edita. Orichovii Annales, ubi de rebus Sigismundi Augusti prorsus egregia tradit. Ea, quæ nostram ætatem spectant, sumenda sunt, ex *Pauli Piasecii Chronicis. Polonia nova & antiq. Joannis Theod. Sprengeri.*

12. De Principatibus Italiæ, seu de Territoriis, potentia, familiis, fœderibus Principum, Rerump. & eorum, qui hodiè in Italia rerum potiuntur, satis egregius est Commentarius *Johan de Laet*: & tractatus *anonymi Scriptoris*, *De Principatibus Italiæ à Tho: Segeto* translatus, & notis illustratus.

13. Statum Reip. Venetæ à primordiis accuratissime descripsit *Janottus in lib. de Repub. Veneta*; Contarenus, Bembus &c.

14. De statu fœderati Belgii est Commentariolus Boxhornii, potissimum prima editio. Zæsii à Zesen Leo Belgicus, Hugo Grot. & alii.

15. *Helvetiorum Respublicas* descripsérunt, *Simlerus, Stumpffius, Franciscus Guillimannus*, *Hottingerus in methodo legendi Historias helveticas*; Vide de his *Joh: Andr: Bosium*, *De comparanda Prudentia n. 45, 46 & seqq. n. 72, 73 & seqq.*

16. Pervenimus ad jus publicum Romano-Germanicum, quod diu inexcul-

tum

tum mansit, & cum instaurarentur literæ, in practicis vix aliud nomen, quam juris civilis, notum erat: jus publicum verò variis ex causis neglectum: inter quas referuntur à Limnæo, 1. studium lucri, quod antiqui Jurisconsulti intendebant, & ad quod jus Civile privatum magis comparatum erat. 2. quod ad Politicam illud pertinere arbitrarentur: *quæ quæstio hodie adhuc multâ contentione inter Politicos & Jurisconsultos agitatur.* Illi hujus studii tractationem sibi vindicant; quia nomine Juris publici non indigitamus tantùm leges publicas, quarum interpretatio ad Jurisconsultum pertinet, sed accuratam notitiam imperii, tam in materialibus, quàm formalibus, ut loquuntur, quod sine dubio politici muneris est. Hi verò ad se pertinere existimant, quia 1. idem est ejus considerandi modus, qui est juris Civilis; nimirum, ut ex ejus applicatione ad casus speciales sciamus quid publicè sit justum & injustum: & verò, quæ habent eundem considerandi modum, pertinent ad eandem disciplinam: modus enim considerandi, seu, ut Philosophi loquuntur, ratio formalis, sub qua, distinguit disciplinas. 2. Quia politica nihil sigillátim de nostra República, ut nec de ulla alia præcipit, sed in communi tantùm occupatur, & omnium

omninò Rerump. in universum æqualem habet curam: Jurisprudentiæ autem alia est ratio, hæc enim ad speciales casus descendit. *Vid. Conring. in præf. ad Corn. Tacit. de Mor. Germ.* ultimam hanc opinionem, tanquam veriorem, amplectimur: quamvis enim Jus publicum in sensu proprio tantum leges publicas notet, tamen Jurisconsultus præter leges publicas, & alia juris publici scire debet, ad eum modum, quo juris privati cognitio non legibus tantum continetur, sed omnibus iis, quæ ad accuratam earum interpretationem requiruntur: veram enim & juris publici & privati Philosophiam non simulatam profitemur. 3. Quia ex falsa *l. 3. C. de crim. sacril.* interpretatione sacrilegium esse putabant, disputare de potestate Principis. 4. Erat in ipsis inscitia literarum humaniorum & præsertim studiorum civilium. 5. Nunquam defuerunt studia partium & diversa membrorum ejusdem corporis consilia propositaque, quare factum est, ut cùm summa necessitas tandem compulisset tractatores Reipublicæ, de notitia Reipubl diligentiùs cogitare, plerique omnes servire cœperint temporibus & hominibus, præsertim Dominantium placitis arbitriisque. Hinc videmus fere quod alius sit Italorum in hoc genere, alius Germanorum stylus. Equidem cùm

cùm Imperatores Germanici pleniſſimo Jure Regio adhuc uterentur, commovit ſe hoc ſtudium in Germania, & contra Italas præſertim depravationes validè ſtetit; ſicut vel ex iis ſcriptoribus licet intelligere, quos Goldaſtus in Monarchia S. R. J. collegit. Cùm ſtatus Imperii in ſocietatem regiminis recipi cœperunt, novæ difficultates huic notitiæ ſe objecerunt; dum nec ſimul & ſemel orbis Reipubl. converſus eſt: nec expreſſis ſtatim formulis & apertis commutationibus locutionum res gerebantur; nec varia artificia ad alterandum ſchema Principatûs & libertatis deerant, & per ejuſmodi diverſos habitus animorum, ſtudia partium, vel unius poteſtatem venerantium, vel paucorum Potentatum, vel plurium vim adjungere concupiſcentium, magis magiſque ſuboriri & gliſcere, ut in animis primò, ita poſtea in libris viſa ſunt. *Boecl. in Not. Imp. lib. 1 c. 2.*

17. Ultimis his temporibus, primus jus publicum docuit Dominicus Arumæus, Jenenſis, tandem Conſiliarius Marchionis Brandenburgici, illudque Miſcellaneis diſcurſibus quatuor tomis complexus eſt. Poſtea Daniel Otto in Academia Jenenſi, facultatis philoſophicæ Adjunctus omnes Juris publici materias in compendium redegit. Hos ſecuti ſunt alii viri

præstantissimi, tum Professores, tum Principum Consiliarii, de quibus in Collegio dicimus. Videri etiam potest Dissertatio; quam suæ editioni prætensus Nicolaus Danckwerth subjecit: & huic nostræ propterea Biliopola etiam adjungere voluit.

18. Unde inter DD. nata est quæstio: *An jus publicum in Academiis doceri debeat?* de qua hodie fere non amplius dubitatur: tum, quia non arcana Imperii, sed ea, quæ publicis historiarum monumentis & imperii legibus comprehensa sunt, in jure publico docentur; tum, quia antequam vitam civilem & aulam ingrediamur, nos eruditos ostendere debemus, ut Rempubl. in partibus ejus credendis gubernare possimus; sed adsit modestia & de Imperatoris & Statuum Majestate reverens sermo: effrænis enim cujusvis dicendi licentia Reipubl. pernitiosissima semper extitit. *fac. art. V.* §. 17. *Inst.Pac.*

19. Nos in gratiam Studiosæ Juventutis Institutiones juris publici conscribere constituimus, ita, ut sint totius legitimæ publicæ scientiæ, seu Jurisprudentiæ publicæ elementa.

Libro 1. de Jurisprudentia publica, ejusque fine, objecto, principiis, mediis in genere, & prima parte objecti, nimirum

rum de personis; *Lib.* 2. de Rebus Imperii corporalibus, hoc est, feudis Imperii, Imperii finibus, Circulis aliisque, quæ huc pertinent; *Lib.* 3. de Rebus incorporalibus seu Juribus Imperii majestatis, sacra, profana, Bellum, pacem &c. concernentibus; *Lib.* 4. de Mediis quibus vel jus publicum constituimus, ubi de Comitiis & universalibus & particularibus; vel quibus obtinemus illud, quod jure publico nobis debetur, ubi de Actionibus juris publici; Judiciis Imperii antiquis & hodiernis; vel quæ adjuvant ad Jus publicum facilius addiscendum, ubi de Academiis; ultimò de Vitiis Imperii, & iis, quæ juri publico seu saluti & securitati publicæ contraria sunt, eorumque remediis agemus. Deus conatibus nostris Spiritus sui sancti auxilio adesse velit.

LIBRI PRIMI

TITULUS PRIMUS

De Jurisprudentia publica in genere, & in specie.

Jurisprudentia publica est habitus practicus leges publicas universaliter positas applicandi ad casus speciales, in Republ. existentes, ut appareat quid justum in iis sit, quid injustum.

1. Jurisprudentia publica Romano-Germanica, (tot enim sunt Jurisprudentiæ publicæ, quot sunt jura publica) est habitus practicus leges publicas Romano-Germanicas in genere positas ad casus speciales, in ea Republ. existentes, applicandi, ut appareat quid justum in iis sit, quid injustum.

2. Jurisprudentiam publicam dari, plures negant: quia Jurisprudentia Romana (eodem modo omnium aliarum gentium Jurisprudentiæ) objectum habet jus Civile Romanum (vel jus civile ejus gentis, de cujus jure publico agitur) quatenus consideratur ut totum integrale dispescitur que in partes integrantes, non autem species publicum & privatum jus. Alii eam

eam dari affirmant: quia quale eſt jus applicandum ad caſus ſpeciales, talis eſt prudentia: omnis enim applicatio juris fit per habitum practicum, qui dicitur prudentia, quæ illud applicat; Atqui jus, quod eſt applicandum, eſt jus publicum. E. etiam Jurisprudentia, quæ illud applicat, eſt prudentia publica. Non obſtat id, quod authores primæ opinionis dicunt; *Primò* enim non rectè aſſeritur, Jurisprudentiæ objectum eſſe jus, quia Jurisprudentia non eſt habitus cognoſcendi jus, ſed eſt habitus applicandi jus ad caſus. 2. Non rectè dicitur, jus eſſe totum integrale, quia ſecundùm Philoſophos, tota integralia ſunt materialia, ſeu quæ extenſionem partium habent. 3. Licet jus Romanum (vel jus civile alterius gentis) ut totum collectivum (collectum enim eſt ex aliis Juribus) pro partibus habeat jus publicum & privatum: tamen Jurisprudentia totalis, quæ applicat hæc jura partialia, ſub ſe comprehendit Jurisprudentias partiales, ab objecto horum Jurium partialium denominatas. Ad Exemplum prudentiæ politicæ totalis, quæ plures prudentias partiales politicas; Architectionicam, Deliberativam & Judiciariam ſub ſe comprehendit; ſcientia phyſica totalis ſub ſe comprehendit plures ſcientias phyſicas partiales. Neque

omnis divisio est divisio generis in species, sed species dividitur etiam in sua individua.

3. Finis Jurisprudentiæ publicæ est vel proximus, vel remotus. Proximus est applicatio Juris publici: ideò enim discimus Jus publicum, non ut sciamus, e. g. quid in electione Imperatoris sit observandum, sed ut, casu existeute, illud applicemus, & hanc vel illam electionem ritam vel irritam dicamus. Finis remotus est vel ultimus vel intermedius. Ultimus est salus Reipubl. Intermedius est Justitia, quam intendimus in actionibus, quæ versantur circa negotia publica.

4. Objectum sunt omnia ea, in quibus finem Jurisprudentiæ publicæ intendimus; nimirum actiones, quæ versantur circa res publicas, tam divinas, quàm humanas: quæ specialiter consistunt, vel in personis, vel rebus, vel actionibus.

5. Media Jurisprudentiæ publicæ alia facimus constituentia Jus publicum, alia obtinentia justitiam publicam, alia adjuvantia utrumque. De mediis constituentibus jus publicum & adjuvantibus in Republ. nostra, *lib.* 4. agitur. Media obtinentia Justitiam publicam & finem Jurisprudentiæ publicæ, alia sunt respectu eorum, qui justitiam publicam applicant,

seu

seu administrant; alia respectu eorum, qui justitiam publicam implorant, de quibus *lib.* 4. respectu administrantium media obtinentia sunt, 1. cognitio Juris publici: 2. modi interpretandi jus publicum.

6. Interpretatio Juris publici est vel authentica, & Imperatori & Statibus competit *art.* 8. *J. P.* vel non authentica & magistralis sive doctrinalis, & privatis etiam competit.

7. Jus publicum in genere sunt leges, quæ directò & principaliter ad constitutionem & conservationem. Reipubl. spectant. Jus publicum in specie Romano-Germanicum, sunt leges, quæ principaliter & directò ad constitutionem & conservationem Reipublicæ Romano-Germanicæ spectant.

8. Definitionem Imperatoris omnino omittimus: quia primò nec generalis est: nec secundò clara; quam multa enim significent verba; *status & jus publicum*, in jure nostro, cuicunque perito notum est; & tertiò, jus publicum nostrum non tantùm Romanum est, sed jus publicum Romano-Germanicum, hoc est, quod facit ad constitutionem & conservationem Reipublicæ nostræ, ab eo tempore, quo titulus Romani Imperii in Germaniam illatus.

9. Quam-

9. Quamvis autem jus publicum in proprio sensu sint leges, non tamen eas solas enarrat Jurisprudentia publica, sed adjungit etiam omnia illa, quæ ad eas dextrè aut intelligendas, aut si ambiguæ sint, interpretandas, faciunt. Hinc & in definitionibus rerum, ut, quale sit jus publicum, quid sit Status Imperii, quid Comitia &c. interdum in obscura dignitatum origine, historica enarratione occasionum, quibus urgentibus. leges publicæ latæ sunt, Genealogica stemmatum enumeratione, explicatione & collectione matricularum, & aliis ejus generis versatur: quæ quidem omnia ad Jurisprudentiam publicam necessaria sunt, sed tamen ipsum jus publicum non sunt, nec dici possunt propria acceptione.

10. Ex his colligimus, quod Juris publici expositio non ad Historicos & Politicos, sub prætenso titulo *Notitiæ Reipublicæ*, pertinere debeat: potior enim pars Notitiæ Reipublicæ in legibus publicis consistit, quarum interpretatio sine omni contradictione ad Jurisconsultum pertinet. & ut hic suo munere recte fungatur, & historica & politica nosse eum oportet: cum econtra Historicus & Politicus sua nosse possit, ita tamen, ut interpretatio legum publicarum ad ipsum nullo modo spectet.

11. Di-

11. Dicendum nunc nobis de jure publico Romano Germanico. quod collectum est ex principiis vel remotis Jure Naturæ & Gentium; vel proximis: & tripertitum est: constat enim principiis vel politicis, vel historicis, vel legalibus.

TITULUS SECUNDUS

De Principiis juris publici Romano-Germanici.

REmota principia, ex quibus omne Jus publicum, & etiam nostrum Jus publicum Romano-Germanicum collectum est, sunt jus Naturæ & Gentium. Jus Naturæ e. g. in genere unicuique genti dictitat, Deum Optimum Maximum, ut Creatorem universi & Conservatorem esse colendum, & sine cultu Dei & Religione nullam Rempubl. salvam esse posse. Jus civile publicum determinat proximè, qualis Deus colendus sit, & qualis in cultu divino modus servandus sit, *vid. art. 5. J.P.* Jus gentium omnibus Gentibus, quæ ratione sua rectè utuntur, commerciorum necessitatem, legationum sanctitatem &c. commendat; Jus civile publicum multa circa hæc singularia in suæ civitatis

tis propriam utilitatem conſtituit. *vid. art. XI. Inſtr. Pac.*

1. Hinc falluntur iſti, qui jus publicum ex jure Naturæ & Gentium omnino collectum eſſe negant, hoc argumento: quodcunque jus univerſum ad ſtatum certæ civitatis ſpectat, ejusque proprium eſt, id nulla ex parte collectum eſt ex præceptis naturalibus & gentium §. 1. *Inſt. de J. N. G. & C.* atque jus publicum univerſum ad ſtatum certæ civitatis ſpectat, ejusque proprium eſt. §. *ult. J. de Juſt. & Jure.* Ergo jus publicum nulla ex parte collectum eſt ex præceptis naturalibus & gentium. Reſp. 1. jus civile privatum tale eſt, §. 1. & 2. *Inſt. de J. N. G. & C.* ergo, non eſt collectum ex jure Naturæ & Gentium: concluſio eſt abſurda & contra §. *ultimum Inſt. de J. & J.* Ergo vel major vel minor; non minor, quæ fundata eſt in §. 1. & 2. ergo major, quæ eſt diſſentientium. 2. Probatur hoc argumento tantùm quòd proxime non ſit collectum ex jure Naturæ & Gentium, quæ & noſtra eſt opinio.

2. Præterea iſti, qui concedunt, Jus publicum eſſe collectum ex jure Naturæ & Gentium, non autem Notitiam Imperii, ſibi ipſis contra dicunt: quia jus publicum eſt potior pars Notitiæ Imperii, omnis enim Imperii Notitia materialibus abſolvitur,

vitur, ut DD. loquuntur, & formalibus, quæ formalia legibus publicis continentur. *vid. de hac quæst. Limn. lib.* 1. *c.* 1. *&* 3.

3. Principia proxima sunt, primo politica de quibus non multa inpræsentiarum dicenda sunt: unusquisque enim jurispublici Studiosus subsidio Politicæ instructus venire debet. Nobis monuisse sufficiat; majorem propositionem, uti loquuntur, sæpius peti ex Politicis, minorem ex jure publico: e. g. in quacunque Republica subjecta majestatis existentiæ sunt diversa & mixta, istius Reipubl. forma est mixta, atque in Republica Romano-Germanica subjecta majestatis existentiæ sunt diversa & mixta, *vid. art.* 8. *Inst. Pac.* ergo Respublica Romano-German. est mixta.

4. Principia Historica sunt, quæ continent eorum narrationem, quæ variis temporum intervallis in Republ. Romano-Germ. acciderunt.

5. Hæc sunt vel communia vel propria. Communia dicimus, ubi non tantùm habetur narratio eorum, quæ in nostrà Republicà, sed & aliis Rebus publicis evenerunt: quò referimus cognitionem historiæ universalis.

6. Propria dicimus, quæ exhibent imprimis historiam Germanicam: & quidem primò

primò per Isagogica & generalia, e. g. *Hulderici Mutii & similia scripta.* 2. Per seriem temporum, quam egregie servat & ostendit in Tomis IV. rerum Germanicarum, *Schardius* :cui addendi sunt tres Tomi *Pistoriani*, unus *Urstisii*, unus *Reuberi*, tres *Freheri*, qui quinque conjunctim conficiunt nobile illud corpus historiæ Germanicæ. 3. Per syllogen actorum publicorum: qualia sunt in *Goldasti* Reichs-handlungen & politicis Imperialibus; *Hortlederi* actis publicis superioris; *Lundorpii*, hujus seculi. 4. Per chronica germanica varia, in quibus ad hoc institutum peculiariter commendantur, *Aventini* annales & *Chytræi* Chronic. 5. Per in edita, quæ in Archivis passim asservantur, monumenta, vid. Bœcl. *in Not. Imp. lib. 1. c.* 4.

7. Legalia sunt, quæ legibus Imperii publicis, tam scriptis quam non scriptis habentur. Leges Imperii non scriptæ sunt mores & consuetudines in Imperio universaliter vigentes, allgemeine durchgehende Gewonheiten / allgemeine Gebräuche oder altes Herkommen / praxis & observantia Imperii perpetua. *Vid Goldast. Tom.* 4. *Collect. Consuetud. Imperii Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc.* 2. *th.* 40.

8. Leges scriptæ sunt, quæ continentur Recessibus Imperii, in den Reichs-abschei-

den. Cur hæc decreta, barbarô vocabulo, dicantur Receſſus Imperii, non conveniunt. DD. Alii putant, illud fieri, quod ſint inſtar Secretorum Imperii receſſus animorum, ſeu cogitationes reconditæ Cæſaris, Statuumque Imperii; vel quod per eos à variis diſſenſionibus recedatur. Alii, quorum opinio verior eſt, quod ſub ipſum diſceſſum vel receſſum ſeu poſt conſultationes & deliberationes finitas conſtituantur, ac deinceps diſcedatur.

9. Receſſus imperii, ſignificatu generali, ſunt omnes Conſtitutiones & Ordinationes Imperii & Auream Bullam & omnes leges fundamentales ſub ſe comprehendunt: ſignificatu ſpeciali, interdum opponuntur Aureæ Bullæ, Ordinationi Camerali Capitulatiouibus &c. *Vid. Capitul. Leopold. I. art.* 2, Ex quibus utrique falli videntur, qui putant R. J. vel nunquam opponi Aureæ Bullæ, vel ſemper. *vid. tractat: Domini Mauritii de Receſſibus Imperii th.* 7.

10. Receſſus Imperii definimus, quòd ſint leges univerſales ab Imperatore & Statibus in Comitiis Imperii Romano-Germanici legitimé latæ & promulgatæ. Quæritur ad quænam tempora origo horum Receſſuum referatur? Reſp. Primis temporibus Germani diviſi erant in pluri-

mos

mos populos, & tot fere erant Respublicæ diversæ, quot populi: singulis sui conventus erant, quos Tacitus *de mor. Germ.* Concilia vocat; de minoribus, inquit, rebus Principes consultant, de majoribus omnes ita tamen, ut ea quoque, quorùm penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur. Non est verò dubium, hos conventus decreta excepisse, quæ nos hodiè Barbarô vocabulô, Recessus dicimus. Sed hæc decreta particularia fuisse, & non omnium Germanorum satis patet, ut inde ad originem Comitiorum nostrorum universalium, vel Recessuum Imperii concludere vix liceat. Goldast. *in Præf. Tom.* 3. *præmissa* agnovit quidem, nationes germanicas divisas fuisse, easque suis moribus & consuetudinibus sub Regum singulorum ditione vixisse; Verùm, dicit, belli tempestate ingruente, aut alia necessitate exigente, cunctos Reges & Principes, de Republica deliberaturos, indictis Comitiis concurrere, atque ibi, communibus populorum ac Regum suffragiis Imperatorem creare solitos esse, ut cum summa potestate rei militari Præfectus existeret. Sed, quis non videt, hæc non unius Imperii, quale nostrum est, Comitia, sed plurium fœderatorum conventus fuisse, & in illis decreta, non Recessus Imperii, sed fœdus appellari

pellari debere. Francis deinceps paulatim inter germanicas nationes Caput præ reliquis efferentibus: Insederant enim jam pridem, ac florentibus adhuc Romano-
„ rum rebus, eximiam germaniæ partem,
„ Franconiam à Bojohemo usque cis
„ Thuringorum saltum, in Saxoniam
„ usque inferiorem patentem; quibus
„ omnia à Ducatu Bergensi in Würten-
„ bergensem usque tam victis Alemannis
„ Sueci, Helvetia, Bavaria; & Hermen-
„ frido Thuringiæ & Ratbodo Frisiæ Re-
„ ge-Thuringia & Frisia accesserunt, præterea etiam quæ Burgundiones & Gothi in Gallia occnparant, iis mox patuerunt: non dubium est, publicos etiam, ex more gentis, conventus habitos esse, imo id factum esse, disertis verbis affirmat Hincmarus Archi Episcopus Rhemensis *Epistola.* 3. *ad Franciæ Episcopos cap.* 29. & hinc ad conventus, qui speciem Comitiorum universalium referunt, adeoque, quod inde sequitur, ad originem Recessuum Imperii Germanici nonnihil propius perveniri posse videtur. Verùm nec hæc Comitia universæ Germaniæ Comitia, nec decreta eorum Recessus universæ Germaniæ dici posse existimamus; Saxones enim, & qui eo nomine continebantur, Ostphali, Westphali & Angrivarii, ac Pannonia superior,

perior Francico Imperio nondnm cessерant.

Devictis Saxonibus à Carolo Magno, originem Recessuum Imperii Germ. universalium inde certius peti posse, plures arbitrantur, *vid. de his disput. Dom. Maurit. de Recess. Imp. thes. 5.*

Verùm simulacra potius sunt nostrorum Comitiorum & Recessuum; & licet opus sit notitiâ temporum, inde decurrentium, tamen exempla ex illius ævi antiquitate petita parum congruunt hodierno statui, & sententiam utentium iis destruunt potius, quam firmant. *Bæcl. Not. Imp. l. 1. c. 4. Q. 6. junct. l. 21. c. 1.* votaque statuum in iis comitiis deliberativa, non decisiva, ut hodie sunt, fuisse, unicunque accuratius Epistolam Hincmari intuenti, patet. Nos certiora principia deducimus à tempore Ottonum; quo status Imperii in majestatis communionem recipi cœperunt: accessio facta est sub Henrico IV. Friderico II. Carolo IV. perfectionem acceperunt, tempore Capitulationum & Instrum Pac. in hoc enim civitatibus votum decisivum omnino confirmatum est, *art. 8. I. P.*

11. Recessus Imperii fiunt vel ab ipso Imperatore & Statibus omnibus, vel à quibusdam, nomine Imperatoris & Statuum.

Ad

Ad illos referimus Auream Bullam & plerosque alios Recessus. Huc referimus Recessus Deputationum, Visitationum & Capitulationes.

12. Aurea Bulla est pragmatica sanctio, ab Imperatore Carolo IV. & Statibus Imperii ad annum Christi 1356. Meti & Norimbergæ, de Imperatoris electione imprimis, & Electorum Juribus, lata & promulgata. Carolus IV. in Baptismate, Wenceslaus, in Confirmatione posteà, auctore Rege Franciæ, Carolo Pulchro, apud quem pueritiæ rudimenta exegit, Carolus appellatus; filius fuit Joannis Regis Bohemiæ & Comitis Luzelburgensis, ex altera ejus uxore Elisabetha, Wenceslai Senioris filia: eximiis quidem virtutibus celebris extitit, & scriptoribus audit religiosus, patronus & cultor justitiæ, miles strenuus, linguarum quinque peritissimus, scilicet Italicæ, Gallicæ, Alemannicæ, Bohemicæ & Latinæ, studiorum cultor ac promotor, cujus testis est Universitas Pragensis, quæ ipsum fundatorem habet: verùm etiam vitiis suis actus est, & Maximilianus Primus sæpius dixit, Carolo IV. pestilentiorem pestem nunquam Germaniæ contigisse. Falsò tamen Magiæ studium ipsi impingitur, & unicus tantum testis est, scilicet historiographus quidam Coloniensis, isque ob-

ſcuri nominis, qui hujus rei facit mentionem *vide Limn: in A. B. ad Proœm: Obſ: V.*

Hic Carolus, poſtquam ad Imperium pervenit, ut impoſterum diſſidia evitarentur, quæ oriri ſolebant in electione Imperatoris, hanc Auream Bullam, conſenſu omnium ſtatuum, quorum mentio ſit in procemio & fine, ipſe conſcribi curavit partim Meti, partim Norimbergæ, ubi & promulgata eſt. *Conf: Limn: in A. B. ad Proœm: Obſ.* 3.

13. Aurea Bulla dicitur à ſigillo aureo, quod huic inſtrumento appenſum eſt. Sigilla enim bullæ dicebantur, quæ variæ erant, aureæ, ſcil. argenteæ, cereæ & plumbeæ.

In hoc ſigillo ex uno latere apparet Imperator, inſidens throno cum corona imperiali in capite, manu dextra tenens ſceptrum, ſiniſtra pomum cum cruce; à latere dextro clypeus cum aquila, à ſiniſtro clypeus cum forma leonis conſpicitur, in circumferentia leguntur hæc verba. Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex: ab altero latere eſt caſtrum magnum cum duabus turribus, habens portam in medio cum inſcriptione: Aurea Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Liber ipſe, ſecundùm

alios

constat 24. secundùm alios 36. fo-
literis Monachalibus in pergameno
tus est, transfixis filis fericis glauci &
coloris involutis, ex quibus figillum
um pendet.
xemplaria originalia sunt tria: unum
leldergæ, quod nunc Romæ est; alte-
Moguntiæ: tertium Francofurti, quod
uis præfertur.
æc Exemplaria, præter alia, discre-
numerô titulorum. Moguntinum
Heidelbergense (ex quo Goldastinum
umptum est) 30. constat. Titulus 24.
Moguntino habetur apud Goldast. c.
25. & 26. tit. 25. in Mogunt. conti-
ır, in Goldast. c. 27. & 28. tit. 26. in
gunt. est apud Goldast. c. 29. & 30.
uia Aurea Bulla latinè conscripta est,
DD. in dubio textum latinum ger-
ico præferunt: cujus rei exempla in-
ıs videbimus. Imperatorem & status
ıl hanc Auream Bullam mutare posse,
que interpretari, prout exempla sunt
ia, dubio caret. Qui enim potest ferre
m, eam etiam interpretari & mutare
est.
4. De Capitulationibus disputatio est,
d Recessus Imperii referendæ sint? qui-
distinguunt inter Capitulationes Im-
i, quæ factæ sunt ante instrumentum
is, & eas, quæ factæ sunt post J. P.

ſcuri nominis, qui hujus rei facit mentionem *vide Limn: in A. B. ad Proœm: Obſ: V.*

Hic Carolus, poſtquam ad Imperium pervenit, ut impoſterum diſſidia evitarentur, quæ oriri ſolebant in electione Imperatoris, hanc Auream Bullam, conſenſu omnium ſtatuum, quorum mentio ſit in proœmio & fine, ipſe conſcribi curavit partim Meti, partim Norimbergæ, ubi & promulgata eſt. *Conf: Limn: in A. B. ad Proœm: Obſ.* 3.

13. Aurea Bulla dicitur à ſigillo aureo, quod huic inſtrumento appenſum eſt. Sigilla enim bullæ dicebantur, quæ variæ erant, aureæ, ſcil. argenteæ, cereæ & plumbeæ.

In hoc ſigillo ex uno latere apparet Imperator, inſidens throno cum corona imperiali in capite, manu dextra tenens ſceptrum, ſiniſtra pomum cum cruce; à latere dextro clypeus cum aquila, à ſiniſtro clypeus cum forma leonis conſpicitur, in circumferentia leguntur hæc verba. Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex: ab altero latere eſt caſtrum magnum cum duabus turribus, habens portam in medio cum inſcriptione: Aurea Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Liber ipſe, ſecundùm

alios

constat 24. secundùm alios 36. foliteris Monachalibus in pergameno tus est, transfixis filis sericis glauci & i coloris involutis, ex quibus sigillum um pendet.

xemplaria originalia sunt tria: unum leldergæ, quod nunc Romæ est; alte- Moguntiæ: tertium Francofurti, quod uis præfertur.

æc Exemplaria, præter alia, discre-: numerô titulorum. Moguntinum Heidelbergense (ex quo Goldastinum mptum est) 30. constat. Titulus 24. Aoguntino habetur apud Goldast. c. 25. & 26. tit. 25. in Mogunt. contir, in Goldast. c. 27. & 28. tit. 26. in gunt. est apud Goldast. c. 29. & 30.

uia Aurea Bulla latinè conscripta est, DD. in dubio textum latinum gerico præferunt: cujus rei exempla ins videbimus. Imperatorem & status il hanc Auream Bullam mutare posse, que interpretari, prout exempla sunt ia, dubio caret. Qui enim potest ferre m, eam etiam interpretari & mutare st.

4. De Capitulationibus disputatio est, d Recessus Imperii referendæ sint? quii distinguunt inter Capitulationes Imi, quæ factæ sunt ante instrumentum s, & eas, quæ factæ sunt post J. P.

 Illas

Illas inter Recessus Imperii vix referre audent; quia ab Electoribus solis scriptæ sunt: has eo referre non verentur: tum, quia in J. P. art. 8. de perpetua Capitulatione, ab omnibus statibus conficienda, constitutum; tum quia in Capitulationibus Ferdinandi IV. & Leopoldi invictissimi Imperatoris in procemio, & fine leguntur hæc verba: Daß Churfürsten solches vor sich und samptliche Fursten und Stånde des H. Röm. Reichs verglichen. Nos & anteriores inter Recessus Imperii referendas esse non dubitamus: quia Capitulatio est necessarium medium electionis in effectum deducendæ: & cum nomine Statuum Electores semper elegerint Imperatorem, ergo nomine Statuum semper præscripserunt Capitulationem. Nec obstat; quod Principes Imperii se opposuerint, & quod Electores mandati terminos egredi existimaverint, & propterea de hoc in Instrumento Pacis aliter disposuerint. Mandatum enim sicut revocari re integrâ potest, ita & mutari: antequam mutatum non est, is qui mandat actum, etiam mandare videtur media ad actum necessaria; nisi specialiter aliquid de mediis dispositum fuerit. Cùm itaque secundum dispositionem Aureæ Bullæ tit. 2. justum bonum & utilem eligere debeant, & verò sine Capitulatione

ne ultimis his temporibus hæc obti-
non potuerint, etiam Capitulationis
criptio mandata præsumebatur, de
postquam aliter nunc est dispositum,
ud observandum erit.
5. Pacem Religiosam & Profanam huc
imus: quia utraque confirmata est R.
e Anno 1555.
6. De Instrumento Pacis idem asse-
is: quia & illud insertum Recessui Im-
1654.
7. Ex dictis distinguunt DD. Reces-
mperii in universales & particulares;
dicunt, qui in Comitiis universali-
ab omnibus fiunt; hos qui in particu-
us, cujusmodi sunt conventus De-
tionum, ab aliquibus fiunt.
8. Præterea dividunt Recessus in pri-
ios & secundarios (Neben-Abscheid)
eriores concipi solent, quando in Co-
is concluduntur quædam, quæ in ty-
xcuso exemplari, propter certas cau-
tempore promulgati Recessus ab om-
is adhuc legi nolunt Imperii Status,
aliis ex causis, & servandi traduntur
guntini Electoris Archivo. Extat ejus
mplum in Comitiis Ratisponensibus
ausa subsidii Turcici 1541. §. und nach-
/ wir sampt / Churfürsten / Fursten ꝛc. &
o 1555. Cujus Secundarii Recessus hæc
ialia verba sunt: die hernach geschriebene

Articul. In ultima editione Recessuum Imperii Moguntina Anno 1660. hic Recessus Secundarius legitur, in prioribus omissus. Reliqua Recessus concernentia, *vid. infr. de Comitiis Imperii.*

19. Constitutiones Goldasti omittimus: multas enim suspectæ fidei merces pro veris erudito orbi obtrudit, cui cæteroquin diligentiæ laudem non negamus: & hinc in re, cui aliunde fides fieri non potest, vix quisquam ejus solius authoritate sibi aliquid plane persuaderi patietur. *Maurit. Disp. de Matr. Imp. thes.* 12.

20. An jus Justinianeum pro principio juris publici habendum sit? magna animorum contentione actum est. Putamus, jus publicum, quod jure Romano Civili continetur, ad Notitiam hodierni Imperii in paucis & forte generalibus tantum pertinere, nec sine incommodis & absurditatibus ubique applicari posse: quia forma Reipubl. nostræ & status alius est. Quæ autem de cætero ex jure civili privato afferuntur, videndum, an quæstionis sedes sit in jure privato principaliter an in jure publico? si illud; non dubitamus, jus civile privatum, ut principium adduci posse. Exempla sunt, an Illustres Imperii nostri pactis hæreditatem sibi invicem deferre possint? an Principes Imperii tutorem testamento liberis dare possint?

de Testamentis Principum: de jurisdictione Cameræ, an sit delegata, an ordinaria? si hoc; huc non nisi per commissionem, pertinet *Vid. de hac quæstione Conring. in libello de author. Juris publ. Romanei in German. Dom: Tabor de Me... & Epidemeticis*, qui Conringio con... ius est.

1. Omne hoc jus vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones & alia, de quibus *lib.* 4.

TIT: III.

De Personis.

Summa personarum divisio hæc est, quod omnes homines in Imperio nostro aut Imperantes sint aut parentes.

1. Imperantes sunt Imperator, Rex Romanorum, Vicarii Imperii, Status Imperii, Electores, Principes Ecclesiastici & Seculares, Liberæ Imperii Civitates. Imperantes vel jure independenti, proprio præsunt; vel jure dependenti mandato, ut Rex Romanorum, Vicarii Imperii.

2. Parentes sunt omnes, præter Imperatorem, de quibus suo loco.

TIT: IV.

De Imperatore.

Quia Imperator est caput Imperii, Aur. Bul. tit. 2. §. Ich N. Ertzbischoff 2c. ib. ein weltlich Haupt. Status verò sunt membra; unde dicuntur. Glieder des Reichs/ R. J. 1546. prius de capite, quàm ejus membris agendum erit. *Primò* de titulis Imperatoris, *Secundò* de Imperatoris definitione, requisitis, præeminentia, dignitate & insignibus. *Tertiò* de modo eum constituendi. *Quartò* de Capitulatione. *Quintò* de Coronatione. *Sextò*, quibus modis esse desinat.

1. Tituli alii ad antiquos tantùm pertinent Imperatores; alii retinentur à nostris. Ad istos refertur titulus, Pontifex maximus; Dominus, Consul, Flavius &c: de quibus videndus *Jul. Cæsar Bulengerus, Gallus natione, Pisæ Theologiæ Professor, in lib. de Imperatore & imperio.* In his sunt Cæsaris & Augusti nomina; quorum illud à Julio Cæsare, hoc ab Octavio Cæsare Romanis Imperatoribus, primis quidem quia adoptati erant, (adoptati enim patris arrogatoris prænomen, nomen & cognomen assumpserunt,) poste-

:eŗtoribus autem, pro auſpicato omine
ropter ſingularem nominis dignitatem
:uit.

. Cæſaris appellationem non admiſit
olus M. & ejus Poſteri: quia Auguſti
Imperatoris nomina, Romæ delata,
rparunt: his titulis poſtea abſtinuit
olus Calvus & ejus Poſteri antequam à
ıtıficıbus coronati & uncti eſſent. *Onu-
ius Panvinius de Comitiis Imper: c. 5.*
dericus II. in epiſtola ad S. P. Q. R. ſe
cat Romanum Cæſarem. *Gold. Tom.* 3.
:. 394. Limnæus putat Wilhelmum
ıllandiæ Comitem hoc primùm feciſſe.
dovicus IV. ſe appellat Cæſarem augu-
m, *Goldaſt. Tom.* 3. *conſt. pag.* 410.

Auguſti titulus, quamvis in Poſteris
roli M. eviluerit; tamen à tempore
tonum ſemper poſtea in uſu fuit, cui
dericus I. adjecit vocabulum *ſemper.*
l. Gold. Tom. 1. *pag.* 270. *& ali-*

Non videtur hoc factum eſſe ex conſi-
Doctorum Romani Juris, tunc in Ita-
refloreſcentis; ſed ut, ſicut Imperium
t ſacrum, & à Deo pendet, ıta etiam
ſius perſonam contra Pontificum ma-
ınationes, & excommunicationum ful-
ina, ſemper ſanctam & inviolabilem
lenderet. Ante ıpſum, ſeculo quarto,
nperatores perpetui & ſemper Auguſti
ıdıerunt, ut Maximinianus & Conſtan-

tinus, quos reliqui græci Imperatores postea secuti, & se ἀεὶ σεβαστὸς dixerunt, quod & Justinianus fecit, & se in proœmio Institutionum dixit semper Augustum. Henricus VI. & Fridericus II. Imperatorio titulo constanter adjecerunt nomen Regum Siciliæ & Hierosolymorum. Seculo XIV. Carolus & Wenceslaus hos imitati sunt, & Regis Bohemiæ titulo nunquam abstinuerunt, ut & Sigismundus, qui titulos Hungariæ Regum adjecit. Fridericus III. addidit titulos Austriacos, planè novo exemplo itidem tamen abhinc recepto ab omnibus Successoribus. Hujus filius, Maximilianus, omnium primus Germaniæ Regem se appellavit: Wir Maximilian von Gottes Gnaden / Erwehlter Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien ꝛc. König / ut Imperium Romanum à Regno Germaniæ distinctum esse ostenderet, *R. J.* 1512. Propter amplissimas possessiones, ab Imperatoria dignitate distinctas, omnium longissimo titulo usus est Carolus V. *Conring. in not. ad Lamp. part.* 3. *c.* 2. §. 2. *de Imp. Germ. Rom. c.* 12. *p.* 106. ex quo descripsit sua *Limnæus*, quæ habet *Tom. V. ad lib.* 1. *c.* 12. *p.* 221, 3. illud quod factum est Cæsaris & Augusti nomine, etiam factum est nomine Imperatoris, adjecto Romani Elogio. Imperator prænomen fuit, & belli

ducem

em significavit; postea in honorem
ɡusti cognomen factum, eumque no-
t, in quem summa rerum erat transla-
Imperio in Carolum translato, ipse se
avit Imperatorem Augustum. Carolus
en ut dictum, & ejus posteri hoc titulo
non sunt ante unctionem & corona-
nem Pontificis. Post Ludovicum Ger-
nicum omnino eviluit. Otto. I. tan-
n hunc titulum felicibus armis de no-
acquisivit, & primò quidem pactum
tum est cum Pontifice, ut qui Rex Ger-
norum esset electus, simul Imperator
it. Constitutionem vid. c. 23. *dist.* 63.
us veritatem contra Baronium evincit
ringius de Germ. Imp. Rom. c. 10. *p.*
& 79. junge caput 10. *de Finibus Imp.*
ccessores tamen quidam abstinuerunt
peratorio titulo antequam coronati &
cti fuerunt à Pontifice, & se tantum
ctos Reges Romanos appellarunt; de
o infra.

Titulus, Imperator Romanus, tribuit
nperatori potestatem in Papam, urbem
omam & patrimonium Petri, quibus fe-
angustis terminis vastitas olim Romani
nperii tum circumscribebatur; & sic inu-
lis Imperio non est. *vid. Limn. ad A. B.*
f. VII. ad proœm.

4. Et quia Imperatores tria regna ha-
ebant, Regnum Germaniæ, Regnum

Italiæ ſive Longobardorum, & Imperium Romanum; ab auguſtiore & per omnem terram celebriore Imperium ſuum vocare voluerunt Romano-Germanicum, licet Germania Romam vicerit, & non Roma Germaniam; id quod primis quidem temporibus non factum eſt; ſed Maximilianus I. illud vocavit: Das heilige Römiſche Reich teutſcher Nation, & hinc iſte titulus in Receſſus Imperii tranſivit. *Bœcl. in Diſſert. de S. J. R. voce, Romanum.*

Alii exiſtimant, rectius dici Imperium Germanico-Romanum, non autem Romano-Germanicum: quia illud Imperium eſt Romanum, quod ſubjectum eſt Romanis, & quod leges accipit à Romanis, atqui Imperium Germaniæ non eſt ſubjectum Romanis, & leges non accipit à Romanis: ergo Imperium Germaniæ non eſt Romanum. Verùm hæc ratio non videtur ſufficiens, ut uſum & curiæ ſtylum tàmdiu receptum erroris arguere poſſit. Nam illud Imperium demum non eſt Romanum, quod nec ſubjectum eſt Romanis, nec leges ab iis accipit, & in quod dignitas antiqui Imperii Romani non eſt tranſlata.

5. Tres cauſas tranſlationis Imperii in Carolum Magnum allegant Romani, quarum prima eſt: quod fuerint derelicti ab Imperatoribus Orientis. Hæc eadem cauſa allegata eſt in controverſia Bruſſica, & vehe-

menter agitata: Primò enim videneſt, an reverà auxilium ferre noluequi ſuos defendere debebat? Secundò otuerit ferre? Tertiò an expectatum empus neceſſitatis? Quartò annon poit tranſlatio fieri, ſalvis priorum Doorum juribus? *Becl in Com. ad Grot.* 2. c. 4. p. 143.

Iinc Carolus Magnus voluntariæ huic ectioni nunquam multum tribuit: ſed iſegit cum Irene Imperatrice Orien-, ut illa Ducatum Beneventanum & abriæ ultima, quæ particulæ ipſis in ia reſtabant, & in quibus fortunæ eciæ tunc in occidente erant ſitæ, reeret, ipſi verò torum Imperium Occitis relinqueretur. Qui titulus longè uſibilior eſt; licet aliàs Doctorum diſationibus valde intricetur *Grot. lib.* 1. *ur: B. & P.* c. 4.

Præterea etiam titulo belli Carolum ignum ſibi Imperium acquiſiviſſe dint: ſed tamen hic titulus potius ad Reum Longobardorum ſeu Italiæ pertit: non enim in Italiam venit, ut belm Romanis inferret, ſed ut eos contra m Longobardorum imminentem defenret.

Reliquæ duæ cauſæ ſubjectionis Romarum voluntariæ Carolo Magn. nimim quòd Romani indignum putaverint,

subesse mulieri, quæ tunc erat Irene Imperatrix; & quod Imperatores suam majestatem sæpe prostituerint mutilatione corporis, oculos sibi invicem eruendo, nasosque truncando, etiam tanti momenti non sunt, ut subditi legitimo Regi impiè se subtrahere, aliique se subjicere possint.

Quicquid horum sit: nos titulum Imperii Romani ab Ottone acquisitum, & contra Blondellum, qui impiô conatu Imperatoribus nostris eum denegare contendit, in nostrum usque Imperatorem gloriosissimum continuatum asserimus, vid. *Bæcl. de S. R. J. voce Romanum.*

Causa possessionis est jus belli. Victores enim extiterunt Germani, & suo sanguine sibi acquisiverunt Imperium: ut Fridericus Primus Imperator Romanis masculè respondit, apud Ottonem Frisingensem, *lib.* 1. *c.* 21.

Cui adjungi debet, transactio Ottonis I. cum Pontifice, ut supra diximus. *c.* 23. *dist.* 63.

5. Serenissimi Gloriosissimi & Invictissimi titulos etiam à Carolinis temporibus licet deducere.

6. Dominus Mundi figuratè dicitur in *l.* 9. *ff. ad l. Rhod. de Jact.* ad quam vid. *Jacob. Gothofr. Antecessorem Academiæ*

Gene-

:vensis celeberrimum,& tandem Reipubl.
:licum, in tract. de Imp. Maris.

. Caput Christianitatis in *A. B. t. 2.*
', Titulus Majestatis etiam Imperatori
uitur ab exteris Regibus. Rex Magnæ
tanniæ titulò Cæsareæ Majestatis com-
lat Imperatorem in Manifesto Caroli
dovici Comitis Palatini pag. 115. Po-
iæ Rex in literis ad Carolum V. Ludo-
us XIII. Galliæ Rex in literis ad Fer-
i. II. die 7. Maji 1628. *vid. Mercure*
nçois p. 321. 322. Limn. tom: ad-
. 1. ad lib: 2. c. 7. & ut Majestatem à
o Deo, & non ab hominibus conferri
nstet, titulis suis præmittunt: Dei gra-
aut divinâ favente clementia. Θεόστεφεῖς
θεῶ προβληθέντες audiebant Imperatores
onstantinopolitani sequioris ævi; quos
eges Francorum & Germani postea imi-
ti sunt. S. P. Q. R. Carolo Magno &
ıiderico acclamavit; Friderico Pacifico,
Deo coronato Imperatori, vita & victo-
oria. *Gerhard de Roo lib. 5. hist. Austr.*
ag. 205. Der Käyser hat seinen Gewalt ohn-
ittel von GOtt. Inder Chnrfürsten Ord-
ungen apud *Goldast. Tomo* 2. der Reichs-
Saßungen.

9. Est idem Canonicus diversorum ca-
itulorum de quo infra.

TIT:

TIT: V.

De Definitione Imperatoris, Requisitis, Praeeminentia, Dignitate & Insignibus.

Imperator est Princeps Imperii, ab Electoribus legitime electus, ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput præsit.

1. Est Princeps Imperii. Ergò (*primò*) ratione naturæ requiritur, ut sit mas non fœmina. Fœminæ enim, licet Majestatis capaces sint, & in aliis Regnis Imperii gubernacula teneant, in Germania tamen per antiquam consuetudinem, seu legem Salicam, quæ olim inter Francos obtinuit, excludunrur. Ex undecim opinionibus, quas refert *Limn. lib. 2. Jur. Publ. c. 2.* nobis placet hæc, quæ est *Gulielmi Postel* en son livre de la loy salique, & qui eum sequitur *Malingre* de la loy salique *chap.* 14. *p.* 33. arbitrantes, vocem salica, idem esse quod avita, & antiqua: idquod vetutissimorum Instrumentorum authoritatibus probare volunt, in quibus pro *lege salica* lex antiqua avita ponitur: Verba legis salicæ, deducta ex *tit. 62. de Alodis leg. salic.* §. 6. hæc

ſunt. De Terra ſalica nulla portio here-
:is mulieri veniat ſed ad virilem ſexum
terræ hereditas perveniat. Vide Goldaſt.
3. *Conſtit. Imperial. pag.* 16.
. *Secundò* ratione generis & proſa-
, ut ſit legitimè natus: Hinc Frede-
Secundo Imp. neceſſe fuit in publicis
aitiis Merſeburgi habitis, poſtulanti-
Imperii Principibus, fidem natalium
um vindicare, idoneis ad hoc prola-
locumentis. *Spangenb. in Chron Saxon.*
47. Et ut ſit ex illuſtri familia natus,
quibus comprehendimus etiam Co-
um eminentium Stemmata, quorum
claſſe ad Imperium evectos recenſent,
helmum Hollandiæ, Rudolphum
oſpurgi, Adolphum Naſſoviæ & Gun-
rum Schwarzenburgi, Comites, &c.
abſurdum eſt, quod author quidam
t, hæc exempla potius facti eſſe,
m juris, quia hodiè, ſtatu rerum ita
igitante, potentiſſimus eſſe debet
perator. Oritur enim hic defectus non
inhabilitate perſonæ ipſorum, ſed ex
idente, nimirum inopia bonorum:
e ſi forte Comes Imperii ſufficientia
peret ad ſuſtinendam Imperii Maje-
tem, omni jure eligi poſſet. In hanc
a in ſpeculo Suevico extat vetus con-
utio: Die Fürſten ſollen kieſen einen
nig der einfreyer Herr ſey/ und alſo frey/
daß

daß sein Vatter und sein Mutter freye seyen gewesen / und nicht sollen Mittel frey sein. Und haben sie ein Eheweib zu der Ehegenommen / so man sie kieset / und ist die Frau nicht als frey / so soll man sie nicht kiesen zur Königin / dann das wäre wider Recht. Verba hujus constitutionis etiam inferioris ordinis personas admittunt, quamvis actus Imperiales, seu consuetudo Imperii ea ita interpretetur, ut infra Comites nulli hactenus ad Imperium admoti sint.

3. *Tertiò*, ut Germanus sit, immediate ex germano sanguine ortus, originisque domicilium in Germania habeat, non autem, ut in Germania natus sit. *Vid. l. 7. C. de Incol. l. 3. C. ad Munic.* Exemplo Friderici. II. qui in Sicilia quidem lucem aspexit, attamen, quia Henrico VI. Imperatore Germano, natus erat, ad Imperium evocatus fuit. *Beucer. lib. 5. Chron. in vita Friderici Secundi.* Carolus V. & Ferdinandus Primus, Fratres, quamvis hic in Hispania, ille Gandavi natus fuerit, Patre Philippo Primo, Rege Castellæ; tamen, quia & pater ipsorum Germanus fuit, & avus & Pater adhuc in Germania domicilium habuit, sæpe enim accidit, ut in duobus locis destinatum permanendi animum habeamus, & tunc duobus in locis domicilium constituamus

us *L. 27. §. 2. ad Municip. c. 15. de For.*
. *Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex.* IX.
n. 26. pro Germanis habiti sunt.
.t alium Electores eligant, quàm
nanum, lege prohibentur. Alii hanc
m scriptam esse existimant, & qui-
. ab Ottone III, *Cuspinian. in Otton.*
alii ab Ottone I. *Huldric. Mutius*
14. *Chron. German.* alii legem non
pram esse, & consuetudinem, ne
ndor Imperii ad exteros transferatur,
uia in exteris benevolus affectus erga
rmaniam non præsumitur. Alii putant,
llâ lege cautum esse, ut Germanicæ
pis duntaxat in Imperatorem eliga-
:, exemplo Richardi Angliæ, & Al-
onsi Castellæ Regis Imperatorum;
. tamen, ut, nonnisi extrema necessi-
e cogente, ad electionem peregrini
rveniatur: quia electio peregrini præ-
tentis plerumque periculo non caret.
los arbitramur, legem esse, sed non
riptam; plura enim, potissimum in Im-
eratoris Electione, consuetudine rece-
ta sunt. *vid. A. B. passim Carpz. Dogm.*
. *ad discuss. voti Septemvir. n.* 12. *&*
qq. Cuspiani & Mutii authoritates non
ufficiunt, ut probetur, legem scriptam
uisse; remotiores enim sunt, quam ut
lis fides habeatur, in re, quæ aliquot
eculis ante ipsos accidit; & de qua aliun-
de

tinus, quos reliqui græci Imperatores postea secuti, & se ἀεὶ σεβαστοὺς dixerunt, quod & Justinianus fecit, & se in prooemio Institutionum dixit semper Augustum. Henricus VI. & Fridericus II. Imperatorio titulo costanter adjecerunt nomen Regum Siciliæ & Hierosolymorum. Seculo XIV. Carolus & Wenceslaus hos imitati sunt, & Regis Bohemiæ titulo nunquam abstinuerunt, ut & Sigismundus, qui titulos Hungariæ Regum adjecit. Fridericus III. addidit titulos Austriacos, planè novo exemplo itidem tamen abhinc recepto ab omnibus Successoribus. Hujus filius, Maximilianus, omnium primus Germaniæ Regem se appellavit: Wir Maximilian von Gottes Gnaden / Erwehlter Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien ꝛc. König/ ut Imperium Romanum à Regno Germaniæ distinctum esse ostenderet, *R. J.* 1512. Propter amplissimas possessiones, ab Imperatoria dignitate distinctas, omnium longissimo titulo usus est Carolus V. *Conring. in not. ad Lamp. part.* 3. *c.* 2. §. 2. *de Imp. Germ. Rom. c.* 12. *p.* 106. ex quo descripsit sua *Limnæus*, quæ habet *Tom. V. ad lib.* 1. *c.* 12. *p.* 221. 3. illud quod factum est Cæsaris & Augusti nomine, etiam factum est nomine Imperatoris, adjecto Romani Elogio. Imperator prænomen fuit, & belli ducem

cem significavit; postea in honorem gusti cognomen factum, eumque no'it, in quem summa rerum erat transla- Imperio in Carolum translato, ipse se ·cavit Imperatorem Augustum. Carolus nen ut dictum, & ejus posteri hoc titulo non sunt ante unctionem & coronanem Pontificis. Post Ludovicum Geranicum omnino eviluit. Otto. I. tanm hunc titulum felicibus armis de no› acquisivit, & primò quidem pactum itum est cum Pontifice, ut qui Rex Geranorum esset electus, simul Imperator set. Constitutionem vid. c. 23. dist. 63. ujus veritatem contra Baronium evincit onringius de Germ. Imp. Rom. c. 10. p. 8. & 79. junge caput 10. de Finibus Imp. uccessores tamen quidam abstinuerunt nperatorio titulo antequam coronati & nčti fuerunt à Pontifice, & se tantum lectos Reges Romanos appellarunt; de uo infra.

Titulus, Imperator Romanus, tribuit mperatori potestatem in Papam, urbem Romam & patrimonium Petri, quibus fe- è angustis terminis vastitas olim Romani Imperii tum circumscribebatur; & sic inutilis Imperio non est. vid. Limn. ad A. B. obs. VII. ad proœm.

4. Et quia Imperatores tria regna habebant, Regnum Germaniæ, Regnum

Italiæ sive Longobardorum, & Imperium Romanum; ab augustiore & per omnem terram celebriore Imperium suum vocare voluerunt Romano-Germanicum, licet Germania Romam vicerit, & non Roma Germaniam; id quod primis quidem temporibus non factum est; sed Maximilianus I. illud vocavit: Das heilige Römische Reich teutscher Nation, & hinc iste titulus in Recessus Imperii transivit. *Bœcl. in Dissert. de S. J. R. voce, Romanum.*

Alii existimant, rectius dici Imperium Germanico-Romanum, non autem Romano-Germanicum: quia illud Imperium est Romanum, quod subjectum est Romanis, & quod leges accipit à Romanis, atqui Imperium Germaniæ non est subjectum Romanis, & leges non accipit à Romanis: ergo Imperium Germaniæ non est Romanum. Verùm hæc ratio non videtur sufficiens, ut usum & curiæ stylum tàmdiu receptum erroris arguere possit. Nam illud Imperium demum non est Romanum, quod nec subjectum est Romanis, nec leges ab iis accipit, & in quod dignitas antiqui Imperii Romani non est translata.

5. Tres causas translationis Imperii in Carolum Magnum allegant Romani, quarum prima est: quod fuerint derelicti ab Imperatoribus Orientis. Hæc eadem causa allegata est in controversia Brussica, & vehe-

ıementer agitata: Primò enim videnn est, an reverà auxilium ferre noluequi suos defendere debebat? Secundò potuerit ferre? Tertiò an expectatnm tempus necessitatis? Quartò annon po:rit translatio fieri, salvis priorum Donorum juribus? *Bœcl in Com. ad Grot.* 2. *c.* 4. *p.* 143.

Hinc Carolus Magnus voluntariæ huic ɔjectioni nunquam multum tribuit: sed nsegit cum Irene Imperatrice Orieni, ut ılla Ducatum Beneventanum & labriæ ultima, quæ particulæ ipsis in ılia restabant, & in quibus fortunæ æciæ tunc in occidente erant sitæ, reıeret, ipsi verò torum Imperium Occintis relinqueretùr. Qui titulus longè ıusibilior est; licet aliàs Doctorum disıtationibus valde intricetur *Grot. lib.* 1. *jur: B. & P. c.* 4.

Præterea etiam titulo belli Carolum agnum sibi Imperium acquisivisse diınt: sed tamen hic titulus potius ad Reıum Longobardorum seu Italiæ perti:t: non enim in Italiam venit, ut belım Romanis inferret, sed ut eos contra im Longobardorum imminentem defeneret.

Reliquæ duæ causæ subjectionis Romaorum voluntariæ Carolo Magn. nimiım quòd Romani indignum putaverint,

ſubeſſe mulieri, quæ tunc erat Irene Imperatrix; & quòd Imperatores ſuam majeſtatem ſæpe proſtituerint mutilatione corporis, oculos ſibi invicem eruendo, naſosque truncando, etiam tanti momenti non ſunt, ut ſubditi legitimo Regi impiè ſe ſubtrahere, aliique ſe ſubjicere poſſint.

Quicquid horum ſit: nos titulum Imperii Romani ab Ottone acquiſitum, & contra Blondellum, qui impiô conatu Imperatoribus noſtris eum denegare contendit, in noſtrum uſque Imperatorem glorioſiſſimum continuatum aſſerimus, vid. *Bæcl. de S. R. J. voce Romanum.*

Cauſa poſſeſſionis eſt jus belli. Victores enim extiterunt Germani, & ſuo ſanguine ſibi acquiſiverunt Imperium: ut Fridericus Primus Imperator Romanis maſculè reſpondit, apud Ottonem Friſingenſem, *lib.* 1. *c.* 21.

Cui adjungi debet, tranſactio Ottonis I. cum Pontifice, ut ſupra diximus. *c.* 23. *diſt.* 63.

5. Sereniſſimi Glorioſiſſimi & Invictiſſimi titulos etiam à Carolinis temporibus licet deducere.

6. Dominus Mundi figuratè dicitur in *l.* 9. *ff. ad l. Rhod. de Jact. ad quam vid. Jacob. Gothofr. Antecesſorem Academiæ Gene-*

enevensis celeberrimum, & tandem Reipubl. yndicum, in tract. de Imp. Maris.

7. Caput Christianitatis in *A. B. t.* 2.

8, Titulus Majestatis etiam Imperatori ribuitur ab exteris Regibus. Rex Magnæ Britanniæ titulò Cæsareæ Majestatis compellat Imperatorem in Manifesto Caroli Ludovici Comitis Palatini pag. 115. Poloniæ Rex in literis ad Carolum V. Ludovicus XIII. Galliæ Rex in literis ad Ferdin. II. die 7. Maji 1628. *vid. Mercure François p.* 321. 322. *Limn. tom: addit.* 1. *ad lib:* 2. *c.* 7. & ut Majestatem à solo Deo, & non ab hominibus conferri constet, titulis suis præmittunt: Dei gratia aut divinâ favente clementia. Θεόστεπτος καὶ θεῷ προβληθέντες audiebant Imperatores Constantinopolitani sequioris ævi; quos Reges Francorum & Germani postea imitati sunt. S. P. Q. R. Carolo Magno & Friderico acclamavit; Friderico Pacifico, à Deo coronato Imperatori, vita & victoria. *Gerhard de Roo lib.* 5. *hist. Austr. pag.* 205. Der Käyser hat seinen Gewalt ohnmittel von GOtt. Inder Chnrfürsten Ordnungen apud *Goldast. Tomo* 2. der Reichs Satzungen.

9. Est idem Canonicus diversorum capitulorum de quo infra.

TIT:

TIT: V.

De Definitione Imperatoris, Requisitis, Praeminentia, Dignitate & Insignibus.

Imperator est Princeps Imperii, ab Electoribus legitime electus, ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput præsit.

1. Est Princeps Imperii. Ergò (*primò*) ratione naturæ requiritur, ut sit mas, non fœmina. Fœminæ enim, licet Majestatis capaces sint, & in aliis Regnis Imperii gubernacula teneant, in Germania tamen per antiquam consuetudinem, seu legem Salicam, quæ olim inter Francos obtinuit, excludunrur. Ex undecim opinionibus, quas refert *Limn. lib. 2. Jur. Publ. c. 2.* nobis placet hæc, quæ est *Gulielmi Postel* en son livre de la loy salique, & qui eum sequitur *Malingre* de la loy salique *chap.* 14. *p.* 33. arbitrantes, vocem salica, idem esse quod avita, & antiqua: idquod vetutissimorum Instrumentorum authoritatibus probare volunt, in quibus pro *lege salica* lex antiqua avita ponitur: Verba legis salicæ, deducta ex *tit. 62. de Alodis leg. salic.* §. 6. *hæc*

c *sunt. De Terra salica nulla portio here-atis mulieri veniat sed ad virilem sexum a terræ hereditas perveniat. Vide Goldast.* n. 3. *Constit. Imperial. pag.* 16.

2. *Secundò* ratione generis & prosa-e, ut sit legitimè natus: Hinc Frede-o Secundo Imp. necesse fuit in publicis ımitiis Merseburgi habitis, postulanti-s Imperii Principibus, fidem natalium ɔrum vindicare, idoneis ad hoc prola-documentis. *Spangenb. in Chron Saxon.* 1247. Et ut sit ex illustri familia natus, b quibus comprehendimus etiam Co-itum eminentium Stemmata, quorum ɛ classe ad Imperium evectos recensent, ilhelmum Hollandiæ, Rudolphum absburgi, Adolphum Nassoviæ & Gun-erum Schwarzenburgi, Comites, &c. absurdum est, quod author quidam cit, hæc exempla potius facti esse, ıàm juris, quia hodiè, statu rerum ita flagitante, potentissimus esse debet nperator. Oritur enim hic defectus non ɛ inhabilitate personæ ipsorum, sed ex :cidente, nimirum inopia bonorum: ıæ si forte Comes Imperii sufficientia aberet ad sustinendam Imperii Maje-atem, omni jure eligi posset. In hanc :m in speculo Suevico extat vetus con-itutio: Die Fürsten sollen kiesen einen önig der einfreyer Herr sey / und also frey/

daß

daß sein Vatter und sein Mutter freye seyen gewesen / und nicht sollen Mittel frey sein. Und haben sie ein Eheweib zu der Ehe genommen / so man sie kieset / und ist die Frau nicht als frey / so soll man sie nicht kiesen zur Königin / dann das wäre wider Recht. Verba hujus constitutionis etiam inferioris ordinis personas admittunt, quamvis actus Imperiales, seu consuetudo Imperii ea ita interpretetur, ut infra Comites nulli hactenus ad Imperium admoti sint.

3. *Tertiò*, ut Germanus sit, immediate ex germano sanguine ortus, originisque domicilium in Germania habeat, non autem, ut in Germania natus sit, *Vid. l. 7. C. de Incol. l. 3. C. ad Munic.* Exemplo Friderici. II. qui in Sicilia quidem lucem aspexit, attamen, quia Henrico VI. Imperatore Germano, natus erat, ad Imperium evocatus fuit. *Beucer. lib. 5. Chron. in vita Friderici Secundi.* Carolus V. & Ferdinandus Primus, Fratres, quamvis hic in Hispania, ille Gandavi natus fuerit, Patre Philippo Primo, Rege Castellæ; tamen, quia & pater ipsorum Germanus fuit, & avus & Pater adhuc in Germania domicilium habuit, sæpe enim accidit, ut in duobus locis destinatum permanendi animum habeamus, & tunc duobus in locis domicilium constituamus

:amus *l. 27. §. 2. ad Municip. c. 15. de For.* *mp. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex.* IX. '. *m.* 26. pro Germanis habiti sunt. t ut alium Electores eligant, quàm ·ermanum, lege prohibentur. Alii hanc :gem scriptam esse existimant, & qui- em ab Ottone III, *Cuspinian. in Otton. II.* alii ab Ottone I. *Huldric. Mutius b.* 14. *Chron. German.* alii legem non :ripram esse, & consuetudinem, ne plendor Imperii ad exteros transferatur, t quia in exteris benevolus affectus erga Germaniam non præsumitur. Alii putant, ullâ lege cautum esse, ut Germanicæ tirpis duntaxat in Imperatorem eliga- ur, exemplo Richardi Angliæ, & Al- honsi Castellæ Regis Imperatorum; ta tamen, ut, nonnisi extrema necessi- ate cogente, ad electionem peregrini perveniatur: quia electio peregrini præ- potentis plerumque periculo non caret. Nos arbitramur, legem esse, sed non criptam; plura enim, potissimum in Im- peratoris Electione, consuetudine rece- pta sunt. *vid. A. B. passim Carpz. Dogm.* ;. *ad discuss. voti Septemvir. n.* 12. *&* *seqq.* Cuspiani & Mutii authoritates non ufficiunt, ut probetur, legem scriptam uisse; remotiores enim sunt, quam ut stis fides habeatur, in re, quæ aliquot eculis ante ipsos accidit, & de qua aliun- de

de non constat. Testimonium Electoris & Archi-Cancellari Moguntinensis, *ap. Sleidan. lib. 2 in Electione Caroli V.* contra Trevirensem, qui Franciscum Primum Galliæ Regem ad Imperium promoveri voluit, nihilomagis probat: *primò* enim, in eadem ipsa oratione Collegium Electorale ab Ottone Tertio institutum dicit, quod sine dubio falsum est: quemadmodum ergo in uno falli, ita & in eo falli potuit, quando dixit, Electores prohiberi per legem Ottonis, alium eligere, quàm Germanum: *secundò*, quia se refert ad tempora Ottonis; referenti autem non creditur, nisi constet de relato.

Qui putant, nulla lege prohibitum esse extraneum eligere, haud dubiè exemplo Richardi & Alphonsi nihil probant; quia hæc exempla facti sunt, & non juris; acciderunt enim statu Reipubl. turbido. Quamvis forte concedere possimus, extremâ necessitate urgente, Electores ad peregrinum pervenire posse. Extrema enim necessitas legem civilem non habet; & sicuti exemplum extremæ necessitatis regulam & legem non subvertit, ita multò minus, legem non fuisse, probare potest.

Quartò. Ab Electoribus legitimè electus, id est, secundùm leges fundamentales in

Au-

urea Bulla comprehensas: & sic requiritur ratione professionis: ut sit *primò* hristianus non infidelis, non Hæretius. Est enim Caput populi Christiani *A. B. T.* 2. Einen lahmen meuchelsichtigen Mann / und der in dem Bann oder in der cht ist / oder ein Ketzer ist / den sollen die ürsten nicht zum König kiesen / kiesen sie er diesen / die andere Fürsten verwerffen n wohl mit Recht / an der statt / da ein off hin gesprochen wird / ob man ihn der Dinge eines überkommet / als recht ist.

Protestantium religionis Imperator esse potest: quia hæretici non sunt, & rotestantium religio in Imperio confirmata est. *R. J.* 1555. *J. P. art.* 5. & Capitulationibus Imperatorum. Et qui idoneus est, ut eligat Imperatorem, idoneus tiam est ut in eum eligatur; potest enim lector sibi ipsi votum dare in electione, ludque ab aliis confirmari. *A. B. T.* 2. *ult. in fin.*

Secundò, ut sit laicus. Electores enim ligere debent temporale caput, *A. B.* . 2. §. 2.

Quintò. Ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput præsit. Ergo *primò* ebet esse augusto corpore; quamvis melius sit, ut Imperator claudicet, quàm nperium. *Secundò* justæ ætatis, quæ Imperatore eligendo legibus definita

non

non est. Otto III. admodum puer; Henricus III. anno ætatis 12. Henricus IV. 8. Fridericus II. anno 20. Carolus V. anno ætatis 19. ad Imperium admissus est. Quamvis melius sit, si ætate sit provectior; ex imperfecta enim ætate imperantis multa sæpius pericula surgunt, & multa in rempublicam incommoda redundant (hæc duo requisita commodè ad naturæ requisita referuntur, de quibus supra) *Tertiò* ut virrutibus aliis, omnibus imperantibus communibus & necessariis instructus sit, ut est justitia, Misericordia Veritas &c: *Limn: l. 2. Jur. Publ. c. 2. §. 91. & seqq.* imprimis cum Germaniæ imperet; & verò duæ linguæ, latina & germanica in Imp. sint receptæ, ut eas intelligat.

6. Præeminentia & dignitas Imperatoris in eo resplendet, ut omnes Reges atque Principes ipsi loco cedant, eosque præcedat: Solus enim iste est, in quem antiquorum Imperatorum Romanorum dignitas est translata. Hugo Grotius putat: jura populi Romani non translata fuisse in Germanos, sed penes populum Romanum mansisse *lib. 2. de J. B. & P. c. 9. §. 11.* sed falso, per ea quæ supra de translatione dicta sunt. Et hic titulus, Imperator, nulli alii Monarchæ attribui potest. *vid, Bæcl. de S. R. J. voce Imperium.*

Nec

Nec obstat *primò*, quòd Anno Christi 189. Isaacus Angelus Imperator Con-:antinopolitanus Friderico Primo jus ›ræcedentiæ dubium fecerit, & Monar-hiam Romanam penes se esse asseruerit. ntrepidè enim respondet Fridericus Pri-nus, se nomen Imperatoris & Romani mperii dignitatem suscepisse ab avis & ›roavis: & rectè quidem, diu enim ante psum Imperatores orientales omne jus in mperium Romanum vel bello amiserant; el etiam transactione in occidentales ranstulerant.

Nec obstat *secundò*, quòd Imperator Moscoviæ hoc titulo audiat: quòd Rex Galliæ eum affectet: in his enim & aliis, ıovus hic titulus est, & nunquam sine ad-litione regnorum suorum dicitur, e. g. mperator Moscoviæ. Solus autem & se-›aratim adscribitur Imperatori nostro, :umque tanquam Successorem in Impe-io notat, quotiescunque hic titulus so-us exauditur. Agnoscuut hoc omnes po-›uli: agnoscit hoc ipse Turcarum Impe-rator, infensissimus alias Imperii hostis & Imperatorem nostrum appellat; Auß den Potentaten JEsu / den Fürnehmsten: Zwischen den Geschlechten JEsu erwehlten ürnehmsten Herrn aller Christlichen Völc-ker; in literis ad Mathiam. Et hinc in au-diendis Legatis Imperatoris Legatos om-

nibus

nibus aliis præfert, iisque præ reliquorum Regum atque Principum Legatis præcipuum locum concedit; & Imperatori Turcico soli sua mandata sedentes proponunt, cùm aliorum Principium Legati stare cogantur. *Vid. Leunclav. in Supplem. Annal. Ottoman.* Hinc, cùm David Unguadius Legatus missus esset, neque considere juberetur, veritus, ne Domini sui dignitatem offenderet, pallio, quod habebat, substrato insedit, & mandata sui Principis intrepide exposuit; mox consurgens, pallium quod substraverat, reliquit, interrogatus à Turcis, cur id faceret, Cæsaris Legatum sellam sibi portare non solere, respondit. *Reinck. de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. c. 7. §. 50. 51. 52.* quamvis referat hôc eodem locô, se intellexisse ab iis, qui proximis annis in Legatione Cæsarea fuerunt ad Turcam, hodie etiam à Legatis Cæsareis, non sedendo, sed stando Legationis Capitula proponi.

7. Quia Imperatores nostri successerunt in jura antiquorum Imperatorum Romanorum: quæritur an Imperium nostrum sit adhuc quarta Monarchia? Plures hoc affirmant, & Imperii nostri prærogativam inde deducunt: quia huic quartæ Monarchiæ vaticinium Danielis perennem & cum ævo duraturam promittit felicitatem *Dan, 2. & 7.* Conringius primus

hanc

hanc ſententiam falſam dixit; totum, inquit, *c.* 11. & 13. *de Germ. Imp.* illud, de nonniſi quatuor magnis futuris Monarchiis, ſeu Imperiis mundi, plus habet famæ quàm veri: quippe cum olim in Aſia, jam ante Alexandrum, tot numero floruerint ampliſſima Imperia, Aſſyriorum, Babyloniorum, Medorum, Perſarum, non autem duo tantùm, quod vulgò creditur. Aſia eadem, poſt Romani Imperii interitum, itidem habuerit, hodieque ex parte habeat, vaſtiſſima Regna Saracenorum, Turcarum, Tartarorum, Perſarum, Sinenſium. Europa verò viderit Francorum Regnum maximum, jam ante adeptum nomen Cæſareum: etiam nunc verò floreat, vaſta Hiſpanorum potentia & Gallorum; putatque per octingentos & ultra annos caruiſſe Europam magnâ aliquâ Republica, cujus Jura Majeſtatis fuerint penes urbem Romam.

Huic opinioni ſacræ ſcripturæ dicta contrariari non videntur: & ſenſus prophetæ eſt, quòd populus Judaicus quatuor potentiſſimis Monarchis ſervire debeat, Babylonio, Perſæ, Græco & Romano, antequã veniat regnũ illud æternum, & nunquã evertendum, quod reliqua omnia conteret.

Si tamen per Monarchiam intelligamus Imperium, non, ubi unus ſolus imperat, ſed, quod in nominis Romani celebritatem

ſucceſſit; ſeu potius, in quod celebritas Romani Imperii eſt tranſlata, adhuc in Germania hæc quarta Monarchia ſuper eſt. *Reink. lib.* 1. *Cl.* 1. *c.* 5. *p.*45. *Bæcl.in Diſſert: de S. R. J. voce Romanum.*

Nec obſtat, quòd olim & hodiè, præter quatuor Monarchias, fuerint Imperia vaſtiſſima & florentiſſima; quia ad quatuor harum Monarchiarum & vaſtitatem & celebritatem nunquam aſcenderunt: imprimis Monarchiæ Romanæ, quæ jam ante multa ſæcula audivit orbis caput, *l.* 3. *C. de Conſul. Aurelius Victor de Viris illuſtr. urbis Romæ* ac Paulus Diaconus, Romam caput gentium nominant: & *Lipſius* caput mundi *lib*: 1. *de Magnitud: Rom. c.* 2. In Bulla Ottonis III Imperatoris, quæ appenſa conſtitutioni ejus, quam ex hibet *Goldaſt. tom:* 1 *Conſtit: Imp: p* 227. etiam in inſcriptione unius lateris legitur, Aurea Roma.

Dictis S. Scripturæ expoſitio allata non omnino convenit, ſed potius Statum Reipublicæ hodiernæ Romano-Germanicæ claris verbis deſcribunt.

8. Hoc quoque, ſecundúm alios, inſigne decus ad Romani Imperatoris dignitatem accedit: quod uti antiquitus Imperium Romanum Reges dabat Judæis, aliisque populis; ita quoque, poſtquam ad Germanos id devolutum eſt, eadem reve-

rentia

rentia manserit, ut Imperatores nostri Reges creaverint. Otto Tertius Boleslao Acri, Poloniæ Principi, summam Regii culminis dignitatem donavit *Peucer. lib.* 4. *Chron.* Henr. IV. Ducem Bohemiæ, Uratislaum, ex Concilii sententia Moguntiæ 1087. regio titulo exornavit. *Dubrav. lib.* 7. *fol.* 59. Carolo Burgundiæ Duci verò, tanta honoris regii insignia ambienti recusavit Fridericus II. *Crus. Annal. Suev. part.* 3. *lib.* 7, *c.* 9.

Sed omnes hi veri Reges non fuerunt: quia tanquam Vasalli ab Imperio & Imperatore potestatem suam obtinuerunt. Veri autem Reges, præter Deum, superiorem non agnoscunt.

Omnes tamen alias dignitates in Imperio nostro confert; & de fulgore Throni Cæsarei velut ex sole radii, ita cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas, minorati luminis non sentiat detrimentum. Fridericus Secundus apud *Goldast. Tomo* 11. *Const. Imp. pag.* 305. nter insignia Imperii, Aquila nigra in ureo campo solet poni. Cujus aspectus cipitem & non concorporatam nobis ggerit; licet quidam monstrosum dint, unum corpus duobus capitibus exnare: hominum enim libido clypeis & ignibus non semper quæ naturæ, sed e voluntati ipsorum conveniunt, insere-

rere solet. Huc faciunt, quæ leguntur in Käyser Ferdinandi primi Münß-Ordnung de Anno 1559. §. wie aber vorgestelte Sorten: Unser und des Reichs Kayserlicher Adler/ mit zweyen Köpffen. Quando hæc insignia cœperint, obscurum est. Lipsius originem Aquilæ Imperii ad ea tempora refert, quibus nomen orientalis Imperii ab occidentali diversùm cœpit inclarescere. Verùm ejus ætatis historici omnes ad unum, de hoc silent. Jacobus Cario, & ipse quidem ad duplex illud Imperium oculos reflectit, sed hanc consuetudinem non ab ipso Constantino, sed à Carolo Magno inductam esse existimat; Pacavit, inquit, Occidentis fines Carolus Magnus, & cum Nicephoro Imperatore Græco societatem ita inivit, ut Orientem ille, Carolus verò Occidentem bicipitis aquilæ auspiciis gubernaret. *Vid & hic Münster lib. 2. Cosmogr. p.* 305. sed & isti, qui transactionem inter Nicephorum & Carolum describunt, nullam hujus rei faciunt mentionem. Imò, qui Caroli Magni insignia exhibent, de nulla bicipite aquila loquuntur, sed hoc affirmant: Carolum in dextro scuti latere, dimidiatam aquilam, in sinistro autem lilia aurata, quæ Francici Regni insignia sunt, gestasse.

Sunt præterea alii, qui insignibus Imperii

perii originem assignant à victoria Cheruscorum, quam Duce Arminio contra Quintilium Varum, Romanorum Ducem, cæsis tribus legionibus, captisque duabus aquilis, reportarunt. Verùm, si insignia Imperii ab hoc trahimus germano facinore, hæc insignia fuerunt Regni Germanici, antequam Romanum in eos vel voto vel facto fuit translatum Imperium. Cui ejusdem farinæ fabella addenda, quando Julio Cæsari Aquila hæc biceps adscribitur: eo quod Aquila aliquando inter copias armatorum in caput Cæsaris residens, duos corvos hinc atque illinc molestiam inferentes morte affecit; quas ineptias rejicit *H. Spelmann aspilog. p.* 35, 36.

Illud in numismatibus Veterum observant, ante Henricum Imperatorem, qui niger dicitur, nullum Imperatorem bicipite aquila usum: Postea Henricum VII. Wilhelmum & Fridericum II. simplici tantum & unius capitis, qualis etiam prima Romanorum fuit, quæ aliarum mater.

Aquilâ Imperiali etiam nonnulli alii, privilegio Imperatorum, in insignibus suis utuntur, ut beneficio Henrici VI. Scaligeri, Veronæ tunc temporis Domini: Dux Ferrariensis; Ambrosius Spinola. *Vide Limn. lib.* 1. *c.* 14. *& in addit.*

Aquila Biceps Imperii Romano-Germani-

manici, verisimiliter denotat duplex Imperium Germanorum: Regnum Germaniæ & Imperium Romanum, eaque quæ hinc dependent. Est opinio Authoris *Limn: Enucleati lib.* 1. *c.* 12. *n.* 3. verum si Imperatores his insignibus Imperia sua denotarent, tricipite Aquila opus fuisset: sunt enim Reges Germanorum, Imperatores Romani, & Reges Longobardorum. Hinc verius est, respici ad divisionem Imperii, & quidem eam, quâ Constantinus Magnus sede Byzantium translata in duas partes divisisse Imperium visus est. Non enim idem est quando quæritur? utrum à Constantino Magno hæc consuetudo profecta sit? & utrum posteri factum ejus respicientes induxerint hanc consuetudinem. *Spen: in Theatr: Herald: lib:* 1. *c.* 9. *n.* 8.

Rex Romanorum simplici aquila utitur, ut insignia ejus ab Imperatoris insignibus dignoscantur.

10. De Corona Imperiali, gladio, sceptro, pomo aureo, annulo & pallio regali infra dicemus.

11. Nomina & numerum Imperatorum, à Carolo Magno usque ad Imperatorem nostrum, ex eodem Limnæo hic subjicere operæ pretium duximus.

Cœpit

	Cœpit imperare anno Christi	imperavit
1. Carolus M.	800.	14.
2. Ludovicus Pius	815,	27.
3. Lotharius	841.	15.
4. Ludovicus Secundus	856.	21.
5. Carolus Calvus	877.	2.
6. Ludovicus III.		1.
7. Carolus Crassus	879.	12.
8. Arnolphus	891.	12.
9. Ludovicus IV.	903.	10.
10. Conradus I.	919.	7.
11. Henricus Auceps		18.
12. Otto M.	938.	36.
13. Otto Secundus	974.	10.
14. Otto Tertius	984.	19.
15. Henricus Secundus	1003.	22.
16. Conradus Secundus	1025.	15.
17. Henricus Tertius	1040.	17.
18. Henricus Quartus	1057.	50.
19. Henricus V.	1105.	20.
20. Lotharius	1126.	13.
21. Conradus Tertius	1138.	15.
22. Fridericus Primus	1152.	38.
23. Henricus VI.	1190.	8.
24 Philippus	1198.	10.
25. Otto IV.	1208.	4.
26. Fridericus Secundus	1212.	38.
27. Conradus IV.	1250.	4.
28. Wilhelmus	1254.	2.

29. Rudolphus I.	1273.	19.
30. Adolphus Nassovius	1291.	6.
31. Albertus Primus	1298.	10.
32. Henricus VII.	1308.	6.
33. Ludovicus V. alii IV.	1314.	2.
34. Carolus IV.	1346.	12.
35. Wenceslaus		22.
36. Rupertus	1400.	10.
37. Sigismundus	1411.	27.
38. Albertus II.	1438.	1.
39. Fridericus Tertius	1440.	54.
40. Maximilianus Primus.	1494.	25.
41. Carolus V.	1519.	39.
42. Ferdinandus Primus.	1558.	7.
43. Maximilianus Secundus	1564.	12.
44. Rudolphus Secundus	1576.	35.
45. Matthias	1612.	7.
46. Ferdinandus Secundus	1619.	18.
47. Ferdinandus Tertius	1637.	20.
48. Leopoldus	1658.	

In Catalago Imperatorum non conveniunt quidem Historici, sive annos, sive nomina & numerum spectemus. Itali potissimum à Germanis discrepant in sequentibus: Italici scriptores ante Ludovicum Bavarum referunt quatuor Ludovicos: Germani plerique vero tantum tres: Itali numerant tres Conrados: Germani quatuor: Itali ponunt sex Henricos; Germani septem. Rationem diversitatis pluribus exponit. *Azorius apud Limn: tom:* 1.

Addit:

Addit: *ad lib*. 2. *c*. 13. quia tamen plurimi hunc sequuntur, eum subjicimus.

13. Scriptores historiæ augustæ universæ, præter eos qui continentur in opere Gruteriano, nominantur à Bœcl: *Not. Imp. lib*. 4. *c*. 1. *p*. 46. ut & isti, qui de dubiis Imperatoribus scripserunt. *p*. 47.

TIT: VI.

De modo Perveniendi ad Imperium.

Imperium nostrum hodiè adhuc Electione defertur, non tantum: quia Imperatores nostri jurare coguntur, quòd nullum successionis jus prætendere velint: sed quia vota circa personam Imperio præficiendam, quæ est certissima liberæ electionis nota, omni jure, prout utile hoc Electoribus videbitur, variare possunt; *Strauch. Exerc*: *exot*: 4. §. 24.

1. Alii hunc modum observatum esse existimant inde à Caroli Magni temporibus *Hottom. in Franco Gallia, c.6.&* 7. Verùm ipsum celebre suum nomen infamâsse insolentis hujus tractatus editione scribit Marisottus in *Henrico Magno c*. 11. *p*. 33. & Francorum regnum semper ab omni ætate etiam in prima & secunda Regum stirpe, successivum ac hereditarium fuisse. Deceptus fuit Hottomannus veterum au-

ctorum, quos allegat loquendi formulis, apud quos nonnunquam eligere significat declarare aut recognoscere; Hodie adhuc in Gallia usitatum novimus: quando Regis Coronatio publico ac solenni actu perficitur, antequam Rex juramento Regno obligatur, Rex elevatus Populo ostenditur; quod fit, non quod hoc pro electione habeatur, sed quod hâc ratione fiat declaratio submissionis, obedientiæ & fidelitatis, quam Regi debent tanquam supremo Domino suo. Hæc est communis veterum & recentiorum Scriptorum rerum Francicarum opinio. Et quòd successivum sit, omnes conveniunt, an autem hæc successio sit hereditaria? hoc est, an regnum sit hereditas paterna, an vero sit legitima, hoc est, an virtute legis regni, deferatur regnum? inter recentiores quæritur, & *Bodinus in libris de Republica posterius affirmat lib.* 1. *c.* 8. *&* 9. ubi ait: le Royaume de France n'est point de feré par succession paternelle, mais bien en vertu de la loy du Royaume, *Vid. Limn. ad Capitul. Carol. V. pag.* 49. *&* 50.

2. Alii eum cœpisse arbitrantur, Imperio ad Saxones & Francos translato: electionemque ab Henrico Primo usque ad tempora Friderici Secundi ab omnibus Imperii Principibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus paractam; ab hujus vero

vero Imperatoris tempore, jus eligendi in septem Electores translatum esse. Verùm Juris electitii authoritatem nondum viguisse, satis intelligitur ex successione, quæ per Ottones continuata est. Et hanc antiquissimam succedendi consuetudinem obtinuisse usque ad tempora Henrici Sexti, verius est: quamvis forte, deficiente familiâ, necessitas locum fecerit electioni: & tempore Henrici IV. lex lata fuerit, de electione imposterùm amplectenda. *Brunò in libro de bello Saxonico, quem volumini primo Historicorum Germanicorum addidit Marquardus Freherus*, rem ita narrat: Hoc etiam ibi, scilicet in Conventu Forcheimensi, consensu communi comprobatum, ut regia potestas nulli per hereditatem (sicut ante fuit consuetudo) cederet, sed filius Regis (etiamsi valde dignus) per electionem spontaneam, non per successionis lineam Rex proveniret: Si verò non esset dignus, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate, Id circo centum præter propter post annis, Friderico I. Imperante, haud dubitavit Güntherus lib. 1. Ligurini ex Germaniæ Principum mente sic loqui.

Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumque patris novus accipit hæres.
Nos quibus est melior libertas, jure vetusto.

 Orbe

Orbe ſuò quoties vacat inclyta Principe ſedes,
Quodlibet arbitrium ſtatuendi Regis habemus.

Nam præterquam, quod hæc omnia in turbis geſta ſunt: certum eſt, quod etiam ſtatim, poſtquam hæc nova lex anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo lata erat, ipſo Henrico IV. adhuc vivente, ſalutati ſint Reges Filii ejus Conradus anno 1093. Henricus V. 1105. (quem ab ipſo Patre, more ſcilicet priſco, jam altero retrò anno Regem poſt ſe deſignatum, disertè teſtatur *Otto Friſingenſis, lib. 7. Chron. c. 8.*) nec huic, niſi improli defuncto, ſucceſſerit Lotharius; ita verò, ut illum ſtatim exceperit iterum Conradus Tertius natus Agnete, ſorore Henrici V. *vid. Conring. in not. ad Lamp. part. 3. c. 2. p. m. 115.* in Friderico non parum valuit delegatio patrui, cui filius Henricus VI. ſucceſſit? Hic jam legem tuliſſe dicitur, ut amplius electio, (quæ hactenus, turbidô Reipublicæ ſtatu, ab Henrici IV. tempore invaluerat,) non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem Imperium conferretur: ita ut mulieres, maſculis deficientibus, ſuccederent in hereditatem. *Joannes, Monachus quidam, in magno Chronico Belgico, quod J. Piſtorius edidit p. 203.* verùm effectu res caruit, & Conſtitutio

tutio Philippi Fratris & Ottonis IV. electioni iterum commissa est. Nec alia ratio succedendi hactenus obtinuit: nisi, quod eligendi jus paucioribus postea commissum est. Et cùm metueretur, ne Austriaci huic juri derogarent, à temporibus Caroli V. Capitulationibus perpetuo insertum, ut successionem nullam prætendere vellent. Imò Rudolpho II. imperante, cùm sparsa esset fama de clandestinis Austriacæ familiæ Principum, circa parandam domui suæ quasi hereditariam Imperatorii muneris possessionem, conspirationibus, inter alia Matthias hunc articulum 35. Sacramento promittere adactus est: Und insonderheyt sollen und wollen wir uns auch keiner succession oder Erbschafft des Römischen Reichs anmassen / unterwinden / noch in solcher Gestalt unterziehen / oder darnach trachten / auff uns selbst / unsere Erben und Nachkommen / oder auff jemands anders unterstehen zu wenden: Sondern wir / dergleichen unsere Kinder und Erben und Nachkommen / die gemelte Churfürsten / ihre Nachkommen und Erben zu jederzeit bey ihrer freyen wahl eines Römischen Königs / dieselbe / so offt sie es einem Käyser zu Behülff / oder sonsten dem heiligen Römischen Reich nothwendig / oder nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers / mit- oder wann derselbe auff angelegte Bitte der Chur-

 fürsten /

fürsten / ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte / ohne eines regierenden Kaysers Consens vorzunehmen.

3. Post hæc de libera electione in Imperio Romano-Germanico nobis dubitare non licet. Quamvis una Domus Austriaca jam ultra annos ducentos & viginti continua serie Cæsares nobis dederit; & forte ratio status nostri non admittat, ut Electores ad alium extra hanc familiam deveniant.

An consultius sit Imperatorem eligi, quam nasci? postquam electio tot legibus est sancita in Imperio nostro, improbum penè est quærere; quamvis, ut Gallis, qui successionem laudant, cum electionis Germanicæ contemptu, & ut suo Regno præ Imperio nostro prærogativam quærant, responderetur, ea à Limnæo sit admissa, *lib.* 2. *c.* 3. *§.* 3. *&* 12. *& seqq. Notit. Reg. Franc. lib.* 2. *c.* 2. certum est, utramque sua commoda habere & incommoda.

4. Electio Imperatoris est modus, quô Electores, ab Archi-Episcopo Moguntino rite conuocati, Principem Imperii Romano-Germanici ad ejus fastigium legitime evehunt, ut ipsi præsit tanquam caput.

5. In electione tria consideramus: Antecedentia, Electionem ipsam, & Consequentia. Ut *primum* Archi-Episcopus Mogunti-

guntinus certior factus de morte Imperatoris, vel à defuncti liberis aut agnatis, vel à Cancellario Aulæ Cæsareæ, vel alio modo, intra mensem continuum, à die notitiæ numerandum, convocare *primò* debet omnes Electores singillatim literis patentibus & majori sigillo signatis *A. B. c.* 1. §. 18. quarum tenor & formula continetur *c.* 18. *A. B.* ut à die intimationis factæ, intra tres menses continuos, Francofurti conveniant, ad eligendum Imperatorem.

Quidam existimant, jus convocandi olim Palatino competiisse. *Cuspin. in vita Caroli IV. p* 382. *ubi dicit*: Caroli IV. electionem à nonnullis ideò fuisse improbatam: tum quòd Elector Palatinus Rheni tum habuerit convocare Electores, non Moguntinus; tum, quòd non fuerit coronatus Aquisgrani, ubi coronari debuit, juxta morem & statuta Imperii: tum tandem, quòd electio, non vacante Imperio, sed dolo è & vivente Ludovico, fuerit facta *In vita Ruperti Imperatoeis p.* 391. Rupertum Palatinum anno 1400. hoc jus exercuisse, & Electores ex officio suo ad Comitia convocasse: quia A.B. Caroli IV. firmata nondum fuerit.

Palatino & Moguntino conjunctim competiisse convocandi jus, tradunt *Speculum Saxonicum c.* 27. §. 3. So sollen sie

ein

ein Gespräch gebieten zu Franckfurt / daß soll gebieten der bischoff zu Maintz bey dem Bann und der Pfaltzgraf bey Rhein soll es gebieten bey der Acht. & *Speculum Suevicum lib.* 1. *c.* 29. §. 3.

Nos huic opinioni non adstipulamur. Si enim jus convocandi Palatino vel soli vel conjunctim competiisset ex antiquo, non se passus esset præteriri á Carolo IV. in Aurea Bulla, quæ præsente ipso condita est: multò minùs permisisset, ut vel adderetur à Carolo IV. hanc potestatem ab antiquo Moguntino competiisse. Et sic dispositioni Carolinæ majorem fidem, quàm Cuspiniano, tribuimus. Quod de Ruperto dicit, ejus tempore A. B. non fuisse firmatam, manifestò falsum est; fuit enim jam 50. annis ante promulgata, etiam firmata. Authoritas Speculi Saxonici dubia est; multas enim ineptas sententias tum primum natas pro antiquis legibus in Codice illo obtrudit: neque iste Codex publicâ authoritate vel promulgatus vel postea confirmatus est. Et licet forte eô tempore, quo scriptus est ille Codex, scriptus autem est, quantum quidem conjecturis adsequi licet, post annum 1250. hoc jus fortè conjunctim Palatino & Moguntino competierit, tamen sine dubio aliud posteà consuetudine introductum est. Speculum Suevicum seculo demum

14.

14. elaboratum est, & integra sæpe capitula ad verbum ex Speculo Soxonico describit: hinc idem etiam de eo judicium ferendum erit. *vid. de his Conring: de Orig: juris Germanici c.3.p. 135. & seqq.*

Quodsi Elector Moguntinus nullus sit, Capitulo, Electores hoc casu convocandi, potestatem haud putamus concedendam, sed vel sponte convenient *A. B. c. 1. §. 19.* vel hoc in casu Trevirensis ea peraget, quæ Moguntino sunt peragenda; vel collegium Electorale Capitulum admonere poterit, ut citò eligat alium Archiepiscopum, ùt videmus tempore Ferdinandi Primi factum; cujus electio erat dilata propter mortem Electoris Coloniensis, Und ist dem Hohen Dombstifft zu Cölln durch eine ansehentliche Bottschafft / als Graffen Georgen von Helffenstein / alsobald zuentboten und anbefohlen worden / innerhalb 14. Tagen einen neuen Ertz-Bischoff zu erwehlen.

Si ElectorMoguntinus à Pontifice nondum est infulatus, non quidem eà poterit peragere, quæ sunt ordinis Episcopalis, sed tamen ea non impeditur tractare, quæ illi competunt, ut Principi Imperii, & ut Electori, & hinc convocare Electores poterit. *Buxtorff. ad A. B. t. 11. lit B.*

Idem dicimus, si Moguntinus ab Imperatore

peratore nondum eſt inveſtitus: quia per inveſtituram promittit ſaltem fidelitatem Imperio, eam autem debet Imperio, quia poſſidet Electoratum, & quia eſt Reipublicæ civis. *Limnæus ad A. B. c.* 1. §. 18. *observ.* 9. *&* §. 19. *&* 20. *obſ.* 6.

Si Moguntinus eſt negligens, ſponte ſua convenire debent, pro fidei ſuæ virtute, quâ ſacrum proſequi tenentur Imperium, *A. B c.* 1. §. 19. Moguntino tamen propter hanc negligentiam nulla dictata eſt pœna.

6. Omnes ſingillatim convocare debet: Eccleſiaſticos, licet nondum ſint infulati, nec ab Imperatore inveſtiti: quia tanquam Principes Imperii, etiam ante inveſtituram, Imperio fide ſunt obſtricti. *d c.* 1. §. 19. Sede tamen vacante, capitulum non vocatur: quia hoc privilegium perſonale eſt, eique ſoli competit, qui ad Archi-Epiſcopatum legitimè adſcitus eſt. *Arum. de Comitiis C.* 14. *num.* 180. & propter unionem Electorum, die Churfürſtliche Vereinigung / *quam exhibet Limn. Tomo.* 4. *Jur. publ. in addit ad lib* 3. *c.* 2. *p.* 314. ubi, quod Moguntino incumbit, ſi ille moriatur & ſedes vacua ſit, non Capitulo, ſed Trevirenſi expediendum datur. Electores ſeculares vocantur, etiamſi nondum ſint inveſtiti, habent enim jus & votum eligendi virtute principatùs electoralis

ralis *A. B. c.* 7. §. 2. *c.* 20. in pr: si minorennes sunt, ipsorum tutor vel admiuistrator vocandus est. *A. B. c.* 7. §. 2. *in fine.*

Si quidam vocatus non est, plus ejus contemptus electioni obsistit, quàm cæterorum contractio prodest, & potest contemptus injuriam, electionis annihilatione vindicare. Beker. *lib.* 2. *c.* 3. §. 2. *in fin.* & hinc Conradi III. Electio impugnabatur à Saxonibus, & Henrico Duce Bavariæ, quod ad eam vocati non erant. *Otto Frisingensis lib.* 7. *Ann. c.* 22. Ludovici Bavari, quod Archi-Episcopi Electores non inter fuerant. *Paralipom: ad Ursperg: in Ludov. Bav.* Caroli IV. Electio dicebatur latenter facta à Palatino & aliis Principibus, quod omnes Electores legitimé, & ut oportebat, non erant vocati, *Cusp: in Caroli IV. vita*, Maximiliano I. à Rege Bohemiæ arma intendebantur, quod ad ipsius electionem non erat vocatus. *Hartm. Maur. de coronatione Carol:. V.*

Limnæus in not. ad Cap. Ferdin. III. p. 746 *& seqq.* distinguit, an aliquis non sit vocatus, ex sola Moguntini negligentia, an ex contemptu, an ex consideratione temporis & moræ, an propter suum delictum: Tribus prioribus casibus strictô jure electionem irritam dicere poterit; amore tamen boni publici, & quia magna exinde in Rempublicam redundare solent

ſolent incommoda, electionem ratam habebit: Ultimo caſu nullo jure eam irritam dicet, quia jure omiſſus eſt. Exemplum vid. §. 50. *in Capitul. Ferdin. III.*

Nos verbis A. B. accuratius conſideratis *c.* 1. §. 21. & *c.* 2. §. 4. putamus, nullo caſu eam irritam dici poſſe: quæ enim eſt ratio, ſi quis nimis tardè advenit, ea etiam eſt ratio, ſi non vocatus planè non venit, utroque enim caſu negligentia ejus verſatur, & punitur: lex enim hic interpellat pro homine; & proprio motu advenire debet, *A. B. c.* 1. §. 19. iſto autem caſu electio firma manet; ergo & hoc caſu.

Quamvis perſecutio injuriæ, quæ ex neglecta intimatione in ipſum redundat, contra Moguntinum ipſi non ſit inhibita.

7. Ita convocari EE. à Moguntino, intra terminum à Moguntino præfixum, ſeu tres menſes continuos *ſecundò* comparere debent; vel ipſi vel nuncii ipſorum, quos inſtruere debent liberâ agendi poteſtate, literis patentibus & ſigillo majori ſignatis, quarum tenor exhibetur. *A. B. c.* 20. Hi Nuncii legales eſſe debent, *c.* 1. §. 18. hoc eſt, ejus conditionis, ut illis nihil poſſit opponi, quod eos ab hoc illuſtri conventu arceat, ut eſt infamia ju-
ris

ris vel facti, vilis conditio &c. *Limn. ad A. B. c.* 1. §. 18. *obs.* 22.

Vel etiam uni ex Electoribus ibi præsenti votum suum commitere possunt. *arg. dicti c.* 1. §. 18. sic Wenceslaus Bohemiæ Rex, defuncto Rudolpho Cæsare, Anno 1290. vices suas Electori Moguntino commisit: Unde Moguntinus in instrumento super hunc actum facto, dicit: Haben wir auch / mit Willen unserer Mit-Churfürsten / seine Stelle eingenommen / und so wohl für unsere Persohn / als an statt und von wegen vorgemelten Königs in Böhmen / den Durchleuchtigsten Fürsten / und Herrn Adolphum zu einem Römischen König erwehlet. Votum tamen nec per literas mittere, neque illud in mandato, quod nuncio suo dat, ad certam personam restringere potest: quia est actus collegialis: & quia debet esse instructus mandato cum libera. Non obstant Goldasti Politische Reichshändel ubi mandatum Electoris Alberti Saxonis de anno 1291. inter alia ita refert daß Hertog Albrecht Churfurst / da zu mahl bey der wahl eines Käysers nicht erscheinen können sonderen bittet daß der König Wencesslaus / ihme über die Summa / alß nemblichen über fünfftehalb tausend mark feinen Silbers welche ein Römischen König jeglichem Wahtfürsten zu geben pfleget / eine versicherung geben wolle / welche seine Gesandten /

sandten / als nemblichen zehen Ritter Zwen Caplön unnd acht Hoffleut die er der König mit kleidung / speise unnd tranck unnd futtter versehen wolte empfahen solte / so woll er dagegen seine Stimm auff keinen anderen zu geben befehlen / alß auff den jenigen / welchen der König auß Böhmen wehlen würde datum Sittaviæ anno 1291. in vigilia S. Andreæ. ita ut Waldemarus Monarchio Brandenburgensis non jure fecerit, quando Legatum suum de Friderico Austriaco, nomine suo eligendo, instruxit, eumque Ludovicum Bavarum contra mandatum eligentem in carcere fame necavit; cùm pomum in conspectum ejus appendi curasset, quod tamen tangere non posset, omni alio præterea alimento denegnato. Albert: Kantz, in Saxon: *lib.* 9. *c.* 8.

8. Elector legitimè vocatus, si neque ipse, neque per alium compareat, electionis voce pro illa vice privatur; nec ejus absentia alios impedit: Si tardius, ante finitam tamen electionem, adveniat: in eo statu admitti debet, in quo electio est adventus sui tempore, *A B.t.*1 §.21.*t.*2.§.4. Sed quid obtinere debeat, si brevior terminus quam in A. B. à Moguntino præscribatur? In Aurea Bulla determinatum hoc non est. Cùm 1530. Elector Saxoniæ à Moguntino vocaretur die 28 Novembris, ad diem 29. Decembris, ad eligendum

gendum Regem Romanorum, ab Electore Saxoniæ & reliquis Principibus opponebatur, citationem nec rectè nec ordine esse factam. Et cum Ferdinandus Primus 1531. die 5. Januarij Rex Romanorum renunciaretur, eum Elector Saxoniæ diu pro legitimo Rege Romanorum agnoscere non voluit. *Sleidan. lib. 7. p. 118. & seqq.* Electio Maximiliani à Moguntino in Comitiis Francofurtensibus infimabatur, die 13. Februarij, 1486. Electoribus, ut die 16. ejusdem mensis ad electionem comparerent. *Vide protocollum Electionis apud Goldast.* in Politischen Reichs-Handeln *part.* 1. *n.* 4. cum Ferdinand. IV. in Comitiis Ratisbonensibus esset eligendus, idem terminus observatus non est.

In Electione Leopoldi, Imperatoris nostri gloriosissimi, terminus trium mensium extensus est Ferdinandus III. moriebatur 1657. die 23. Martii, Electores vocabantur ad novam electionem, ad 4. Augusti ejusdem Anni; Sed conveniebant demum Francofurti 1658. ibique eligebant modernum nostrum Imperatorem die 8. Julij.

Moguntinum hunc terminum pro arbitrio mutare non posse, dubio caret: attamen si salus Reipublicæ omnino celeritatem exquirat, poterit Moguntinus Coelectores suos, brevi constituto termino, ad consilium

consilium vocare, ac tunc in eodem illis exponere, electionem maturari debere, nec terminum trium mensium exspectari posse. Cui certè nemo Electorum contradicet, quorum curæ in ejusmodi collegiali conventu salus Imperii commendata est. *A B. c.* 12. §. 1. *Capit. Caroli V. art.* 5. *Limn. ad A. B. c.* 1. §. 18. *obs.* 19.

9. Hæc convocatio quidem Francofurtum fieri debet & comparitio; sed hodie id præcisè non observatur. Sic Ferdinandus Primus Coloniæ, Rudolphus Secundus & Ferdinandus Tertius Ratisbonæ. Ferdinandus Quartus Augustæ Vindelicorum, electi sunt.

10. Venientes Francofurtum *tertiò* ommes, qui feuda in sacro Imperio Romano tenent, eos, vel nuncios, eorumque Comitatum per territoria sua & aliàs, quanto potuerint remotius, iis postulantibus, absque dolo sub pœna conducere, & victualia in communi pretio atque cursu, pro suis, hominumque suorum necessitatibus, procurare debent: gratis autem hæc victualia non præstantur, nisi ubi fortè Princeps jus Albergariæ, die Atzungs-Gerechtigkeit / acquisitum habet. *A. B. c.* 1. §. 2. & 3.

11. In Comitatu suo Principes Electores *quartò* habent ducentos equites: quia forte eo tempore omnis Comitatus Principum

ipum equestris fuit; de carrucis nihil hic
lisponitur: quia tunc apud Germanos in
ısu non fuerunt. Certe in Gallia, sub fi-
ıem Regni Francisci I. Joannes Lavallus
Bosco Delphinus, qui propter corporis
ıbesitatem commode equo insidere non
ooterat, primus Lutetiæ Parisiorum car-
uca vectus. Postea in aula duæ erant tan-
um carrucæ, quarum usus ex Italia in-
rectus, altera Reginæ, altera, aliquan-
o post, Dianæ Henrici Secundi natura-
is filiæ. Prima deinde in urbe fuit Chri-
tophori Thuani, postquam Princeps se-
ıatus creatus erat. *Thuanus in vitâ suâ.*

Ex his ducentis, quinquaginta armati
antum intrare debent Francofurtum: quia
ıic numerus ad custodiam ordinariam,
um præter eam protectio generalis à ci-
ritate Electoribus sit præstanda, sufficere
ridetur. *A. B. c.* 1. §. 20. & ne unus vel
ılterCoelectorum alterius potentiam præ-
entem extimescens, in illius votum con-
ra liberum eligendi jus transire cogatur;
& ut tumultus, si qui orirentur, eo facilius
Francofurtenses sopire & sedare possint.

12. Francofurtenses 5. juramento secu-
itatem, tutelam & defensionem Electo-
ibus promittunt *A. B. c.* 1. §. 21. post-
quam Electores hoc juramentum a magi-
tratu petierunt, magistratus tympano
er civitatem pulso, omnes ad ejus præ-

ſtationem convocat. Quibus convocatis, illud a Senatoribus, & præcipuis militum Præfectis, in certo loco curiæ civitatis præſtatur, reliqui vero cives, incolæ & milites præſidiarii, ſub dio, auf dem Römerberg. *Diar. Europ. part.* 1. *p.* 806. & *ſeqq.*

13. 6. Francofurtenſes nullum alium præter Electores, in ſuam admittant civitatem, cujuscunque etiam ſit dignitatis, conditionis, vel ſtatus: quod ſi vero ante aliquem admiſiſſent, eundem abſque mora expellant *d. c.* 1. §. 22. Hinc Galliarum Rex Franciſcus Primus, ut Orator ejus in civitatem admitteretur 1519. nec a magiſtratu, nec à Statibus Imperi obtinere potuit.

Et cum ſecundum A. B. diſpoſitionem Electores, altero poſt adventum die, ad electionem procedere debeant: injungitur Magiſtratui Francofurtenſi, ut ſtatim poſt introitum Electorum, alios exire faciant. Hodie, cum plerumque non ſtatim electionem ſuſcipiant E E. an alii Magnates, præter eos, ſtatim poſt horum introitum exire debeant, an tantum paulo ante ſuſcipiendam electionem, quæſitum eſt 1657. inter Electorem Moguntinum, Bavarum & Saxonem? Hi verba diſpoſitionis A. B. ſtricte accipiebant: Ille late interpretabatur ex conſuetudine, daß

ver-

verschiedener Potentaten nnd Cronen Gesandschafften/ bißher in loco zugegen gewesen/ und ehender nicht aus der Stadt gewichen / noch länger daraus geblieben seind/ als so lang die Wahl würcklich vorgenommen und vollzogen worden. Et hoc quidem tunc temporis observatum fuit, sed postea decreto Collegii Electoralis constitutum, obwohlen ein hoch löbliches Churfürstliches Collegium, aus sonderbahren erheblichen Ursachen / vor diesesmahl hat geschehen lassen / daß so wol außwertiger Potentaten und Republiquen, Bottschafften / Gesandte und Abgeordnete / als auch allerhand Stands personæ publicæ, bey itziger wehrender capitulation und anderen zu der Wahl gehörender deliberationibus sich allhier / in Franckfurth am Mayn / auffgehalten; So soll doch solches inskünfftig von niemand / weß Stads oder Würde er seye / in consequentz gezogen/ oder aber wieder die güldene Bull die Churfürstliche præeminentz, und in diesem Fall züstehendes sonderbahres Recht allegiret oder gemißdeutet werden 2c.

Quamvis autem A. B. dispositio generalis sit, & omnes ex civitate exire velit, cujus status & conditionis illi sint; tamen hæc dispositio intelligenda saltem est de personis publicis. Sic enim decretum Electorale modo allegatum A. B. interpretatur: verba hæc sunt: daß sie ins Künf-

tig / wann ein wahltag außgeschreiben sein wirdt/außerhalb die Herren Churfürsten/unnd welche sich in deroselben Suiten zu würcklichen dienst unnd auffwarttung befinden werden / keine personas publicas, sie seyen wer sie wollen / außwärtig oder zum Heiligen Römischen Reich gehörig / einlassen / noch ihnen bey annahendem wahl termin auffenthalt verstatten sollen &c. sive illæ sint exteræ nationis, sive ipsius Imperii status membra, aut horum ablegati. Sive hi propriam domum ibi habeant, ut Landgravius Hassiæ Darmstadiensis, sive non; ratio enim A. B. generalis est, & Electoribus, durante Electionis actu, in illo incommodum nullum adferri debet. Certas tamen ob causas, in Electione Imperatoris moderni, Magister ordinis Teutonici mansit in civitate *Diar. Europ. p. 1. p.* 920.

14. Præsentibus Electoribus in loco Electionis, & omnibus ad Electionem necessariis aptatis, status dies electionis, à directorio Moguntino singulis Electoribus die præcedente indicitur: dicto die clausæ manent portæ, matutino tempore per horam, sive sexta sive septima, clangunt campanæ; congregantur Electores in Curia, habitum ibi singuli in suis conclavibus electoralem induunt, & Ecclesiastici panno, seculares verò rubro incedunt.

dunt ſerico, cum pretioſo hermelino, & mitris ſuis ejusdem panni & ſerici electoralibus. Ita veſtiti ante Curiam ſinguli equos conſcendunt, binique ordine Electorum ſolito procedunt. Moguntinus & Trevirenſis, Colonienſis & Rex Bohemiæ; Bavarus & Saxonicus, Brandenburgicus & Palatinus: ſi Legati adſunt, Præcedentiam præſentibus Electoribus cedunt: ante Electores ipſos illorum Mareſchalli hereditarii, verſis in altum gladiis equitant. Hic ingreſſus in Eccleſiam fit, citra tympanorum & tubarum ſtrepitum in ſacro ſilentio. Eunt ad latera intermixti Electorum ſtipatores & haſtiferi: quam-primum intrarunt Eccleſiam, Suffraganeus Moguntinus introitum auguratur cantu: Veni Creator Spiritus: Intrant interim Chorum, ſedesque ſuas occupant, ex regione altaris Trevirenſis, Moguntinus, Bohemiæ Rex, Bavarus, Brandenburgenſis, a dextra; a ſiniſtra parte Colonienſis, Saxo, Palatinus. Subſellia ſunt ſerico rubro veſtita; Regis Bohemiæ vero auro ſplendet. Minor Miniſtrorum pars ſuos Dominos in chorum comitatur, juxta quod inter Electores de numero admittendorum conventum eſt: horum nomina, ad evitandam confuſionem, leguntur a Mareſchalli Vicario ad portam chori, interim requieſcente cantu.

Ubi ſedes ſuas occuparunt Electores, horumque nobiles & Conſiliarii ſunt in Choro, clauditur chori porta ſive a Mareſchallo hereditatio, ſive a Vicario, vulgò Reichs-Quartiermeiſter: tum vel orditur cantum Suffraganeus Moguntinus, vel proſequitur; conjungit primò officium miſſæ: quo durante, antehac ſeceſſerunt in ſacriſtiam Electores proteſtantes, a tempore vero Ferdinandi IV. Regis Romanorum, illi etiam interſunt. Hoc acto, appropinquant 2. altari: ibi, verſo ad populum vultu, Eccleſiaſtici manu pectori impoſita, coram Evangelio Joannis, initio erat verbum, Seculares vero illo tacto inermes jurant. Formulam Juramenti. Vid. in *A. B. c.* 2. §. 2. Moguntinus primus jurat Trevirenſi, poſtea a cœteris juramentum exigit, a Trevirenſi, Colonienſi, Rege Bohemiæ &c. Electores præſentes jurant ante Legatos. Præſtito juramento ſinguli E E. ſua ſubſellia repetunt: & proſequente Suffraganeo cantum: Veni creator Spiritus, E E. Deum invocant, & ſtatim, finita devotione, ſacriſtiam, conclave nimirum electionis, in quo etiam altare conſpicitur, intrant: ubi ſedes ſuas occuparunt, clauditur a Mareſchallo porta conclavis, poſtquam Seculares promiſerunt de ſervanda Capitulatione, ubi in unum vel alterum digni-

dignitas per electionem ceciderit; Moguntinus Elector, facto præliminari, inquirit 3. in vota, primò à Trevirensi, 2. à Coloniensi &c. ita ut Legati, loco suorum Principalium, se exprimant, non observato, si alii E E. præsentes priorem teneant sessionem: votis omnium collectis, reliqui E E. quærunt ex Moguntino suum. *A. B. c.* 4. §. 9. Hic ordo vota colligendi, semper observatus est: etiam in electione Caroli V. ut recte sentit Limnæus. Neque dissentientes ex Sleidano aliquid probant, quando, Moguntinum in hujus Imperatoris Electione primum votum dixisse, arbitrantur. Neque enim confundendæ sunt præconsultationes, de quibus loquitur Sleidanus, cum ipsa electione. In hac enim Moguntinus ultimum votum dixit, ut claré hoc constat ex protocollo Coronationis Caroli V. *quod habetur apud Goldast.* in Reichs-Handlungen: *Ex Georgio Sabino in descriptione Electionis & Coronationis, Caroli V. relata à Goldast. in Politicis Imperial. part.* 1. *disc.* 7. *p.* 128.

15. Vota collecta aut concordantia sunt, aut discordantia: illo casu res bene se habet: hoc casu, ille erit, quem major pars elegerit. *A. B. c.* 2. §. 2. intelligimus hic majorem partem Collegii, non singulorum: & hinc, quando hodie

duo alium eligerent, & iterum duo alium, electio esset nulla. Hanc enim esse sententiam A. B. suadent regulæ bonæ interpretationis: praxis & observantia omnium temporum: & evincit omnium clarissime *c.* 2. §. *fin.* ubi dicitur, quando tres aliquem elegerunt ex collegio, quod tunc ipse aliquis possit facere majora, vota confirmando. *vid. Rumelin. ad A. B. dissert.* 3. *th.* 9 *in fine*; licet, docente *Francisco Zypæo lib.* 3. *de Jur. Pontific. titulo, de his quæ fiunt a majore parte capit. p.* 225. usu obtineat alias, ut quod major numerus, non quidem respectu totius, sed minoris partis, decrevit, ratum sit. *vid. Buxtorff. ad A. B. concl.* 35.

Postquam in A. B. conceptis verbis decisum est, aliquem se ipsum eligere posse, sive primus rogetur votum, sive secundus *c.* 2. §. 7. frustra quæritur, an aliquis se ipsum eligere possit? votum enim uniuscujusque consideratur, ut collegiatum Exemplum nos habere dicunt in Sigismundo Caroli IV. filio; qui cùm ad Comitia, tanquam Elector Brandenburgensis, vocatus esset, dignitatisque Regiæ gratia primus sententiam dicere de nominando Cæsare rogaretur, se ipsum nominavit: Me, inquiens ego novi, alios non itidem, an æque mecum imperio orbis digni sint; præsertim in tanto motu,

quo

quo Italia quoque schismate ibi durante, plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam vocem Sigismundi, cæteri Electores communi assensu illam approbarunt. *Dubrav. lib. 22. hist. Bohem.* Exemplum hoc non tantum suspectum reddit illud, quod dicitur, Sigismundum, tanquam Electorem Brandenburgensem, primum tulisse votum, cum tamen secundùm A. B. dispositionem *c.* 4. §. 9 penultimus rogetur votum: sed etiam decretum electionis Sigismundi, quod, eum in Hungaria absentem fuisse & Legatos suos misisse, testatur. *Lehm. lib. 7. Chron. Spirens. c. 81. Goldast. de regno Bohem. lib 3 c. 4.*

16. Si intra triginta dies non conveniunt E E. inter se, pane & aqua secundum A. B. dispositionem, sunt nutriendi. Si unus vel alter discedere velit, antequam electio sit finita, Francofurtenses ipsum nullo modo cohibere possunt, reliqui tamen E E. eum rogabunt, ut ante finitam electionem discedere non velit. Quod si susque deque habeat, iste tamen Imperator erit, quem reliqui eligent. *A. B. c.* 2. §. 4.

17. Electione jam facta, illa à Moguntino in conclavi edicitur, & notariis & testibus ad hibitis, refertur in literas, quæ Electorum sigillis appositis muniuntur.

Fit proclamatio publica electionis in Ecclesia Bartholomæi, si facta Francofurti, aut in majori æde sacra ejus loci, ubi electio peracta, voce ejus, quem Moguntinus ad hoc delegit: illa denunciatur electo ab Electoribus, addita rogatione, ut eam velit acceptare. Offertur capitulatio, in quam si consentiat electus, ad ejusdem observationem se juratoria adstringit obligatione. Si electus præsens est, deducitur ex conclavi ab Electoribus, solemni pompâ ad altare, ubi flexis in superiore gradu genubus, ad orandum se componit; Electoribus ad latera utrimque consistentibus; statim, adjutorium nostrum, psalmusque; in virtute tua lætabitur Rex cum pertinentibus ad eum precatiunculis, super novo Rege dicuntur: quibus finitis, electus in altare ab Electoribus elevatur & collocatur, hymnusque Ambrosii & Augustini: Te Deum laudamus, decantatur. Deinde deducitur extra chorum, & ascendit pegma ad hoc in Ecclesia exstructum, tunc fit publicatio & proclamatio ad populum *vid. Limn. in not. ad A. B. c.* 2. §. 5. *Obs.* 1. olim electione publicatâ & acceptatâ, statim confirmavit privilegia Electoribus; hodie mores sunt, ut non statim post electionem hæc confirmatio fieri soleat: nam in Capitulatione, in quam post electionem Rex Romanorum jurat, promit-

promittit se confirmaturum (ergo nondum, confirmata) Electoribus competentia privilegia. Reliquis Imperii Statibus licet A. B. hoc non dicat, nihilominus tamen Imperator etiam confirmare cogitur privilegia competentia, non minus quam Electoribus.

TIT: VII.

De Capitulationibus.

Origo Capitulationum incerta est. Alii eam referunt ad Carolum Calvum. Alii eas natas putant sub turbulento Henricii IV. Imp. statu, easque tractu temporis magis magisque auctas, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoria; donec in eam, quæ hodie in usu est, amplitudinem excreverunt. *Bæcl. in Notit. Imp. lib.* 12. *c.* 3. existimat vulgatam de antiquitate Capitulationum sententiam, si de Imperio Romano-Germanico loquamur, magis jactari ad alios usus & diversa proposita, quam revera demonstrari posse: esseque usitatam plerisque manifestam confusionem jurisjurandi regii, ejusque formularum & Capitulationum, inde à Carolo V. introductarum; antiquiorem enim non reperiri citra mutatos quæstionis terminos.

1. Huic opinioni facile accedimus, si per capitulationem intelligamus legem scriptam, per quam communio Majestatis inter Imperatorem, & reliquos Imperii Status introducta est: tunc enim Caroli V. capitulatione antiquior nulla est, neque de tali Capitulatione verbo quidem fit mentio in A. B.

Nec illa Maximiliani Primi, quam *Goldastus exhibet, part* 1. der Reichs-Satzungen *p.* 240. authentica est, nec integra extat, cum eam primo tantum per extractum exhibeat, reliquorum autem Imperatorum capitulationes integras habeat, & sic præsumendum sit quod authenticam Maximiliani capitulationem nullam invenerit. Secundò, quia fatetur *p.* 315. se eam accepisse à Sleidano *lib.* 1. Hist. cum tamen Sleidanus eo libro, circa finem, tradat tantum capitulationem Caroli V. Tertiò, quia nulla historia alia invenitur fide digna, ubi hujus capitulationis fiat mentio Quartò, quia, quando Wormatiæ in Comitiis anno 1509. inter Maximilianum & Status Imperii disputatum fuerat, an ipsi licuerit, Imperii respectu, fœdus cum Pontifice & Regibus Galliæ & Arragoniæ contra Venetos inire, citra consensum & præscitum Statuum; non provocarunt Status ad capitulationem (quod tamen fecissent, si aliqua fuisset) sed ad consuetu-

ſuetudinem. Hæc ultima ratio refutatur tamen à *Limnæo in Proleg. ad Cap. p.* 12. ex eo, quod ſtatus Imperii etiam non allegaverint die Handhabung des Friedens / Rechtens und der Ordnung zu Wormbs anno 1495. auffgericht / tit. die Königliche Majeſtät ſoll keinen Krieg anfahen / auch keine Einigung oder Bündnuß annehmen 2c. Et tamen non ſequitur, ergo hæc conſtitutio facta non erat.

Cum capitulationes faciant, ut Imperator non ſolus habeat Majeſtatem, & adſumant Status Imperii in communionem Majeſtatis; nos putamus originem earum repetendam eſſe ab iis temporibus, quibus Status Imperii hanc communionem obtinuerunt, ſcilicet, à temporibus Conradi I. & Ottonum. Et olim juramento res tota agebatur, & diverſa in capita jurabant illi, qui ad Imperii habenas accedebant: inde capitulationis nomen hodierno loquendi more etiam illis juramentis non inepte attribuitur, quorum capita, variis variorum temporibus creverunt.

Non incommodè omninò hic adſcribere poſſumus verba *Goldaſt. Tomo.* 3. *Conſtit. in præf.* Imperatori autem, inquit, quemadmodum ipſis quoque Regibus, nunquam apud Teutones infinita aut abſoluta poteſtas fuit, ſed certis limitibus ac legibus circumſcripta, quas Romani re-

gias, nostri palatinas dixere, ut Abbas Urspergensis & alii authores sunt. Nos capitulationes hodie vocamus, quibus cavetur, ut operam det, ne Respublica aliquid detrimenti capiat: ut Principum lites, salvis cujusque privilegiis, componat: ut fœdera servet: ut onera, sine consensu populi nulla imponat: ut bellum sine ejusdem scitu non incipiat: ut provincias exteras bello partas inter nationes Teutonicas distribuat: & id genus alia capitula, in quorum verba sacramentum dare cogitur.

Juramenta autem instar Capitulationum esse posse dubio caret: si nimirum juramenta sint concepta, & de voluntate & facultate Imperantis. e. g. Wir sollen und wollen / & non tantùm de voluntate. Priora enim ipsam Majestatem & ejus communicationem respiciunt: posteriora saltem modum admininistrandi. *vid. Grot. lib.* 1. *c.* 3 §. 16. *& Bæcl, ibid.*

2. Capitulationẽ præscribunt Principes EE. Rudolphi II. temporibus autẽ hat man dafür gehalten / daß Electores in tractandis Imperii negotiis etwas zu weit lauffen / und ihre Facultät / die allein auff die election restringirt ist / viel zu weit extendiren wollen. *Lundorp. Tomo.* 2. *act. publ. lib.* 3. *p.* 639. Et cum reliqui status viderent, quantopere ipsorum interesset, ut capitulationem

simul

ſimul cum Electoribus conderent, hinc Monaſterii anno 1646. gravamen propterea propoſuerunt. *Vid. Theatr. Eur. tomo. 5. p* 1052. & conſtitutum in Inſtr. pacis *art.* 8. *verſ. habeantur &c.* ut inpoſterum perpetua & certa fieret capitulatio ab omnibus ſtatibus. Cùm poſteà in Comitiis anno 1654. ſtatus conſtitutionem pacis urgerent, E E. hoc interpretati ſunt, tanquam imminutionem jurium ſuorum; & cum interea electio Ferdinandi IV. Regis Romanorum ſuſciperetur, Electores nihil, niſi monita reliquorum ſtatuum admittere voluerunt. Sicut & in electione Imperatoris hodierni, & cum Deputati eorum viderent, ſua monita non omnia fuiſſe obſervata, exiſtimarunt, eine unumbgängliche Nothdurfft zu ſeyn/ dawieder feyerlich zu proteſtiren / und geſambter Fürſten und Stände Befugnuß / auff nechſt künfftigen prorogirten Reichs-Tag / dießfals außtrücklich vorzubehalten / und daß ſie die Kayſerliche capitulation in ſo weit dieſelbe mit ermelten monitis nicht einſtimmet / oder dem Inhalt des inſtrumenti pacis ohngemäß iſt / pro lege publica nicht gehalten haben wollen.

Ut ita hodie nullam habeamus Capitulationem (licet alii quidam contradicant) quæ ſecundùm normam Inſtrumenti Pacis ſit confecta. Quid tandem in futuris comi-

comitiis futurum, dies docebit. *Vid. Textor. de rat. status Germ. c* 18 ubi & ea refert quæ capitulationi perpetuæ inferenda putat. *Confer. Notitiam Rerum Imperii Rom: Germ: Oldenburgeri part:* 3. *disc.* 5.

3. Capitulatio, ut hodie est, est lex Imperii fundamentalis, ab Electoribus nomine Imperii scripta, & ab Imperatore, ut secundum istam Imperium administretur, juramento acceptata.

5. An Imperator ad hanc capitulationem observandam obligetur per modum legis, an per modum pacti? D D. non conveniunt. Nos eum tantum obligari, per modum pacti, non autem per modum legis, merito putamus. Non tantum, quia in primo capite dicitur ipsum convenisse cum Electoribus, nomine Imperri: sed quia Imperator nulla lege civili obligari potest: qui enim obligatur lege civili, certo respectu subditus est: Imperator autem noster omnino non potest considerari ut subditus Imperii. Ergo etiam omnino non potest obligari lege civili. Mixtura enim in Republica Romano-Germanica, à parte Imperatoris, est per modum Monarchiæ, in qua imperans non potest habere voluntatem imperandi & parendi, secus, quàm ubi plures sunt, in quibus Majestas existit, e. g. in Aristocratia,

tia, Democratia &c. in his enim unusquisque duplicem habere potest voluntatem activam scil. & passivam, seu voluntatem imperandi & parendi: & hinc omnes Status Imperii, quia a parte eorum mixtura est per modum Aristocratiæ, obligantur legibus Imperii, per modum legis, quia considerari possunt ut subditi.

5. An Capitulatio deroget Majestati Imperatoris? non minus dubium est. Alii quæstionem affirmant, alii eam negant. Nos putamus, si derogare Majestati Imperatoris, est, quòd Imperator non habeat Majestatem, accedimus opinioni negantium: si vero derogare Majestati Imperatoris, est, quòd eam solus non habeat, cum aliis quæstionem affirmamus. Illis quidem accedimus, non quidem eorum rationibus commoti: quæ non subsistunt, quando comparant capitulationes cum lanterna, quæ non tollit radios candelæ, sed conservat potius, ne extinguatur vento; vel etiam, quando distinguunt inter summitatem Majestatis & plenitudinem, & dicunt: Capitulationes non impedire, quo minus habeat summam Majestatem, sed facere, ut eam plenam non habeat: quia enim est summa, à nemine dependet; & quia à nemine dependet, cohiberi non potest & plena est. Sed quia

Majestas

Majeſtas eſt unicum ſummum & indiviſibile jus, quod Deus jure creationis & conſervationis habet in hoc univerſum, & quod Deus in Imperantes, Vicarios ſuos, propter ordinem naturæ rationali convenientem, & quem in hoc univerſo obſervari voluit, transtulit: quodque ſaltem a variis objectis varia accipit nomina, e. g. quando Majeſtas leges fert, dicitur hoc jus, jus ferendi leges: quando tributa imponit, idem numero jus, dicitur jus tributa imponendi &c. ad exemplum radiorum ſolarium, qui pro diverſitate objectorum mox dicuntur indurare, mox liquefacere, vel potius ad exemplum poteſtatis divinæ, cujus vicaria eſt, quæ ſemper eſt una & indiviſibilis, & ſaltem à ſuis objectis variô denominatur. Hinc ergò, ſi ſecundùm veriorem opinionem, in pluribus ſubjectis exiſtere & dividi poteſt, ita ut revera ibi ſit tota, ubi debet eſſe: per conſequens tota erit in Imperatore, & tota erit in unoquoque Imperii ſtatu. Nec obſtat primò, quod ſic plures haberemus Majeſtates, quia Majeſtas, ubi ſunt plura ſubjecta exiſtentiæ, in iis eſt citra ſui multiplicationem: ad exemplum animæ, quæ eſt in pluribus membris corporis, citra tamen ſui multiplicationem: vel ad exemplum obligatiouis correalis, quæ in tribus, quatuor, vel pluribus eſſe poteſt, citra

ſui

ſui multiplicationem. Nec obſtat ſecundò, ſi eſſet tota in Imperatore, quòd omnia poſſet ubique; Majeſtas enim eſt ſumma in civitate poteſtas ubique; atqui Imperator non omnia poteſt ubique. Quia utique Imperator omnia poteſt ubique in Imperio, ſed non ſolus, verùm conjunctim cum aliis. Nec obſtat tertiò, ſi omnia poteſt ubique, ergo etiam omnia poteſt, quando eſt ſolus, & per conſequens ſolus omnia poteſt; quia aliud eſt poſſe omnia, quando aliquis eſt ſolus, & aliud eſt ſolus poſſe: quando eſt ſolus, omnia poteſt, e. g. Viennæ, ſed ſolus non poteſt, in pluribus enim ſtatuum conſenſus præcedere debet. Sicut in Ariſtocratia unus quisque omnia poteſt ubique in Republica; ſed non ſolus, imò, prout pacta ſunt, etiam interdum quando ſolus eſt, h. e. extra Collegium Imperantium, ſed tamen ſolus non poteſt, quia aliàs eſſet Monarcha.

6. An capitulatio faciat ſtatum Imperii mixtum? nos affirmamus: quia quidquid facit, ut ſubjecta exiſtentiæ Majeſtatis ſint diverſa & mixta, illud formam Reipublicæ facit mixtam. Atqui capitulationes faciunt, ut ſubjecta exiſtentiæ Majeſtatis ſint diverſa & mixta: ergo ipſum Statum ſeu formam Reipublicæ faciunt mixtam. Formæ enim Rerumpublicarum

carum a subjecto existentiæ denominantur. Subjecta autem existentiæ esse diversa in Republica nostra, apparet omnium clarissimè ex *art.* 8 *J. P.* quod Instrumentum Pacis, sicut & aliæ LL. fundamentales, in capitulationibus confirmatur. Plura de hac quæstione dicemus suo loco.

TIT: VIII.

De Coronatione.

Capitulatione juramento acceptatâ, sequitur Coronatio.

1. Coronatio est actus, quò legitime electus, coronæ impositione & insignium traditione, ab eo, cui hoc jus competit, solenniter inauguratur.

Coronatio triplex est, Aquisgranensis, Lombardica, & Romana *A. B. c.* 22, 25. & 26.

Author Chronici Belgici quatuor Coronarum facit mentionem, quibus olim Imperator coronabatur. Sed ea quæ refert de corona, quæ ipsi dicitur facta ex variis metallis, & quæ Imperatori ab Archi-Episcopo Trevirensi imponitur, aut somnium sunt, aut ignorantissimi

tissimi hominis delirium. *Limn. ad Cap. p.* 110.

2. Instante coronatione Aquisgrani, Insignia Imperialia, quæ Norimbergæ sunt, transmittuntur in locum coronationi præstitutum. Transmissionem eorum insignium requirunt E E. literas, ad Senatum Norimbergensem propterea dantes. Electus vero per literas monere solet Marchionem Brandenburgensem, Burgravium Norimbergensem, ut ad petitionem Senatus civitatis, amictum illum, & cætera clinodia adjuncta, conduci faciat, per loca ditionis suæ, ita ut securè, integra & illæsa, ad locum coronationis transferri possint.

Insignia ista imperialia sunt, primò corona Imperialis clausa, cum cruce superimposita. Secundò gladius. Tertiò annulus. Quartò sceptrum. Quintò pomum, cruce superimpositâ. Sextò amictus & pallium regale.

Ante coronationem & unctionem præstat juramentum. Et a Coloniensi rogatus: an fidem Catholicam operibus justis servare, Ecclesiarum tutor & defensor existere, regnum efficaciter secundum justitiam defendere velit, an jura regni dispersa congregare, viduarum, miserabiliumque personarum defensor & judex esse, Romano Pontifici debitam subjectionem

nem exhibere velit? respondet: sic volo, & in quantum divino fultus fuero adjutorio, precibusque Christianorum fidelium adjutus valuero, omnia promissa fideliter adimplebo: sic me Deus adjuvet & Sancti ejus.

Coronatio hæc, secundùm dispositionem A. B. fieri debet Aquisgrani: sed à Caroli V. temporibus ex justis causis, hoc non observatum: & Ferdinand. I. & II. Maximilianus II. & Matthias Francofurti: Rudolphus II. Ferdinand. III. Ratisbonæ: Ferdinandus IV. Augustæ Vindelic. coronati sunt, salva tamen semper dispositione A. B. & Aquisgranensium privilegiis. *In Capit. Leopold.* Colonia Agrippina coronationis locus determinabatur, sed Francofurti ea postea facta est.

Primis temporibus, ab Ottone Primo, usque ad tempora Conradi Secundi hanc coronationem peregit Archi-Episcopus Moguntinus. *Wittikindus lib. 2. de rebus gest. Saxon. Otto Frisingens. lib. 8. c.* 19. Hoc jus postea Coloniensis sibi attribuit; quia Aquisgranum in ipsius ditione situm, & per Carolum IV. in A. B. ipsi est confirmatum.

Matthiam I. coronavit Moguntinus, quia Coloniensis pallium nondum redemerat. Controversia postea inter hos Electores intercessit, de coronando Imperatore.

tore. Moguntini jura ſtrenuè defendit *Dominus Conring. in Diſput. cui titulus, Aſſertio Juris Moguntini, in Coronandis Regibus Germanorum: Cui Anonymus quidam ſe oppoſuit in ſcripto, cui titulus, Anti-Conringiana defenſio.*

Tandem tranſactione eſt finita, ita ut ſi Imperator ſit coronandus in ditione Colonienſis, Colonienſis hoc peragat, ſi in ditione Moguntini, Moguntinus, ſi in neutrius, ut alternare debeant. Coronationem Leopoldi 1658. Colonienſis peregit, Cæſaremque unxit, tres EE. eccleſiaſtici ſimul Cæſareo capiti coronam impoſuerunt.

Hæc coronatio, ſicut & coronatio Romana & Lombardica, nihil aliud tribuunt, quam quod ante habuit, ex ſola electione, ut conſtat ex confirmatione privilegiorum Electorum, quam poſt electionem præſtat. *A. B. c.* 2. & ex eo, quod poſt coronationem, æquè ut ante, ſe interdum ſcribant, Erwehlte Römiſche Käyſer / innuentes, quòd ſuam poteſtatem electioni, non coronationi adſcribant, Exempla Caroli V. & Ferdinandi Primi ſunt illuſtria. *vid. Hieron. Balb. de Coronat. c.* 20. *p.* 259. *Goldaſt. in Polit. Imp. part.* 3. *Diſc.* 2. *p.* 260. *Conſtitutionem Ludovici IV. Tomo un: conſtit p.* 336.

Coronatione peractâ, in hanc ferè ſententiam

tentiam juramentum præstat; profiteor & promitto coram Deo & Angelis ejus, leges servare, justitiam facere, jura Regni conservare, debitumque honorem Romano, aliisque Pontificibus atque Vasallis exhibere; donata Ecclesiis conservare, Christo mihi præstante auxilium, fortitudinem, decorem, *Limn. lib. 2. c. 4.* Ubi a numero, *56. & 57. & seqq. usque ad* 89. probat Imperatorem non debere suam potestatem coronationi; & respondet contrarium statuentibus pro Summo Pontifice.

His omnibus absolutis, in curiam imperialem deducitur Imperator. Dux Saxoniæ Imperialem seu Regalem ensem defert, & Imperatorem immediatè præcedit, & inter illum & Archi-Episcopum Trevirensem medius habetur; hodie Elector Bavariæ, post institutum octavum Electoratum, antecedit immediate Saxonem cum pomo Imperiali, & postea Elector Trevirensis. A latere dextro Saxonis, Elector Brandenburgicus cum sceptro. A latere sinistro, Elector Palatinus cum corona. Ab Imperatoris latere dextro, est Moguntinus cum typariis & sigillis Imperii: A sinistro, Coloniensis cum typariis & sigillis Regni Lombardici. Rex Bohemiæ sequitur Imperatorem, coronam suam in capite gestans.

ſtans. Hic omnino videnda varia ſchemata Proceſſionis ſolennis, quæ hodie pro diverſitate caſuum diverſimode obſervari ſolet, apud *Limn: in A. B. c. 4. §. 1. obſ: 9. & in Sprengeri Inſtitution: Juris Publ: lib.* 1. *c.* 29. *p.* 174. *& ſeqq.*

2. Imperatore in curiam Imperialem deducto, & in ſede regia collocato, E E. ſua de ſervire & exercere debent officia. Primo Elector Saxoniæ ex acervo avenæ, ante ædificium ſeſſionis Imperialis, menſuram argenteam implet. Secundo ingreſſo Imperatore ad menſam, Principes E E. eccleſiaſtici, ante menſam ſtantes, benedicent eidem: & poſtea aportabunt ſigilla & typaria Imperialia ex baculo argenteo ſuſpenſa, inque menſa reverenter deponent, quæ Imperator accepta mox ipſis reſtituet. Tertio Marchio Brandenburgenſis aquam dabit Imperatori, lavandis manibus. Quarto olim comes Palatinus, hodie Elector Bavariæ, quatuor ſcutellas argenteas, bove aſſato impletas, ponet in menſa ante Imperatoren. Quinto Rex Bohemiæ porriget Imperatori ſcyphum vino aqua mixto impletum, ad bibendum. Sexto Elector Palatinus nummos ſparget inter populum.

Omnes Electores ante menſam ſtabuntusque dum hæc officia ſunt peracta.

4. Præter menſam Imperatoris quæ eſt

ſex gradibus altior, ſunt adhuc hodie octo aliæ tabulæ pro Electoribus: a latere dextro quatuor, prima illius Electoris, qui coronavit, ſecunda Regis Bohemiæ, tertia Saxonis, quarta Brandenburgici: à latere ſiniſtro tres, prima Electoris Colonienſis aut Moguntiui, ſecunda Bavari, tertia Palatini: Trevirenſis diametraliter adverſus faciem Imperatoris poſita eſt; ad has menſas nullus alius, præter ipſos Electores accumbit.

Si Imperatrix adeſt, ſecundùm A. B. diſpoſitionem, ſeparatam habet menſam, tribus gradibus depreſſiorem, menſa Imperatoris. In coronatione Matthiæ accubuit cnm ipſo Imperatore ad Menſam. *vid. hæc omnia latius in AB, c. 22, 25. & 26.*

5. Reliquæ duæ Coronæ, Lombardica nimirum & Romana, jam diu ſuſceptæ non ſunt: Imperator tamen in Capitulationibus jurare cogitur, quod Romanam accipere velit, quamprimum hoc fieri poſſit: & hinc non pendet hoc ex ipſius arbitrio, ſed neceſſitatis eſt, non quidem abſolutæ, ſeb conditionatæ, ſi nimirum legitima impedimenta non obſtent. *Limn, ad Cap. Carol. V. art. 30. p. 343.*

Imperator noſter Leopold. in Cap. non aſtringitur ad accipiendam die Kayſerliche Cron. h. e. coronam Romanam: Sed tantum

tum die Königliche Cron / i. e. coronam Aquisgranensem seu Germanicam. *Capit. Leop. art.* 37.

Coronatio hæc fiebat Romæ, ab ipso Pontifice. Interim tamen & alibi locorum facta, notante Limnæo: exemplo Caroli V. qui Bononiæ eam accepit. Lombardica olim fiebat Modetiæ, sede Regni Italici in Basilica S. Joannis. Quandoque Mediolani, in Ecclesia S. Ambrosii: Fridericus III. eam Romæ suscepisse dicitur.

Author hujus coronæ censetur esse Theodoricus Ostgothorum Rex: cujus regno per Justinianum everso, Longobardi successerunt eamque continuarunt; quibus ejectis Carolus Magnus ad posteros eam transmisit. Sed tamen ab Imperatoribus nostris diu non est suscepta; & in nulla capitulatione ejus fit mentio, neque ad eam accipiendam Imperatores adstringuntur.

6. Omnes tres coronæ sunt aureæ, & fabula est, quod Germanica sit ferrea, Lombardica argentea, & Romana tantum aurea, *Hieron. Balb. d. loc.*

Lombardicam quidam ex paleis contextam putabant, decepti, quod Mediolanenses, Conradi I. qui eam alibi accepit, quam Mediolani, in contemptum vocarunt palearem, quasi nullius momenti,

7. Poteſtas Imperatoris, quam diximus eum habere, etiam ante coronationem, eſt ſumma poteſtas, in Imperio Romano-Germanico, ipſi competens ubique, vel ſoli, vel conjunctim cum Statibus Imperii.

De hac poteſtate Imperatoris plura dicemus *lib.* 3.

TIT: IX.

De Modis, quibus Imperator deſinit eſſe Imperator.

Deſinit Imperator eſſe, primo morte, ſecundo reſignatione, tertio addunt alii depoſitionem.

1. Reſignatione deſinit eſſe Imperator. Quamvis enim legibus atque ſtatutis introduci poſſit, ut reſignare officio non liceat, ut hæc ex variis textibus Juris Canonici & Civilis, quos *Limnæus citat ad Cap. Ferd. I. p.* 451. patet. Imperatoribus tamen prohibitum non eſt, neque in dubio id unquam præſumendum. Hiſtoria antiqua exempla habet in Diocletiano, qui poſt adminiſtratum, virtute ſumma ac prudentia, totos 20. annos Imperium, Nicomediæ eo ſe abdicavit, anno 308. & Salone in Dalmatia vitam hortorum cultu oblectavit, privatuſque tranſegit. Anaſtaſio

ſtaſio & Theodoſio Chriſtianis, qui Imperio depoſito, in Monaſterium ſe receperunt. Noſtra hiſtoria exhibet nobis Carolum V. Licet ob quaſcunque & leviuſculas cauſas Imperatores hoc non faciant: exemplo Henrici II. qui præmatura devotione commotus, Monaſterium ingreſſurus erat, ſed, à Principibus Imperii rogatus, à propoſito deſtitit.

2. Juſtæ reſignationis cauſæ legibus definitæ non ſunt. Ex hiſtoria reſignationis, quæ à Carolo V. facta eſt, inter eas referri videmus, ingraveſcentem ætatem & ſenectutem. *Limnæus ad Cap. Ferdinand. I. p.* 453. aliorum, de hujus Imperatoris reſignatione, judicia varia fuiſſe teſtatur Famianus Strada lib. 1. de Bello Belgico p. 10. ſc: ipſum felicitate Henrici II. Regis Galliarum fuiſſe deterritum: vel cupidinem in uſitatæ gloriæ: vel neceſſitatem placandæ iræ Dei offenſi ob fœdus cum Henrico Anglo contra fidem Pontifici datam: ob Interim in Religione permiſſum, fuiſſe cauſam.

3. Reſignatio debet fieri Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, non Pontifici; quia jus, quod Pontifex in Imperatorem prætendit, nullum eſt; & Electores, nomine Statuum, Imperatorem deſignarunt, ut præ eſſet Imperio. *Vid. Lamp. p.* 3. *c.* 2. §. 7. *& ibi Conring.*

4. Depositione etiam eum desinere esse Imperatorem, plures affirmant. Antiquis enim Romanorum Imperatorum temporibus quam plurimi occisi sunt, aut in privatam conditionem redacti, non duntaxat militari licentia, verum etiam interdum ex Senatus, Populique Romani consultis. Imò & Francorum Reges complures solio deturbati sunt, exemplo Ludovici Pii, Caroli Crassi. Germani etiam postea, horum exempla secuti sunt, in Henrico IV. Adolpho Nassovio & Wenceslao. Veruntamen ista hypothesis hic fieri non debet, quod exempla pro lege valere debeant: cum ea primo sint dissimilia, tum secundo sine discrimine justi atque injusti, non enim semper quod fit, jure fit.

Inter omnia forte exempla, illud Wenceslai, jure factum esse, defendi posset: quia sæpius officii sui admonitus, hoc facere recusavit, quo in casu Imperatorem deponi posse, etiam moderatiores existimant. *Dietericus in A. B. p.* 44. hanc quæstionem ita concludit: quod si vero casus adeo funestus & insperatus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut a contraveniendi scopo averti queat; sed injustis bellis, ac persecutionibus ordines infestare pergat, causaque sit desperata, nec saluti Reipubl. aliud, nisi mutata

tata Imperatoris persona, remedium applicare, utile ac necessarium sit, hoc extremo casu, Electoribus, adhibito, propter negotii gravitatem, Statuum Imperii consilio, jus turbandi de solio Regem competere, nullus dubitavi. An propter alias etiam causas deponi possit, omnino dubium est; neque id, quod alii putant, ita facile ex exemplis colligi potest: imo, si conjungantur ea quæ *Grotius habet. lib. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 12 & c. 4. & Commentatores ad hæc capita*; nec ea, quæ ex Dieterico attulimus, firma sunt; nulla enim lex commissoria Capitulationibus est adjecta; & Imperator suam Majestatem a solo Deo recognoscit: ergo, solus Deus eum deponere potest: non quidem mediantibus suis subditis, quia dubium est, an hæc sit voluntas Dei, & ex conscientia dubia nihil agendum, sed aliis mediis, Deo notis. Bæclerus in Grotium *lib. 1. c. 4, §. 9. in fin:* graviter loquitur: Fateor interim, inquit, Wenceslaum talem fuisse, qui in quovis Regno suis flagitiis & sceleribus potuerit patientiam excutere civium ac ordinum animis, & solio excidere. Sed facta, quibus ignoscendum esse magna ratio dictat, jus nec constituunt, nec probant. Qui enim accuratissime velit quæstionem juris excutere, desiderabit legem in Rep: mixta, qua definiatur,

quid tali casu faciendum sit. Quodsi deficiente tali lege, ex usu & consuetudine Reip: aliquid consilii eliciendum est cautissimus quisque maxime sapere videbitur. Putat equidem Tholosanus melius fuisse facturos Electores si Wenceslao Coadjutorem potius dedissent, quam Imperium abrogassent. Propius ad rationem constitutæ Reip: diceremus : melius esse tali in casu, Regem Romanorum eligere, & vivo Cæsare adjungere.

T I T: X.

De Rege Romanorum.

Rex Romanorum in A. B. dicitur, qui post mortem: Imperatoris, vel quando alias Imperator esse desiit, eligitur, in Imperatorem promovendus.

1. Hodie, Rex Romanorum est Princeps Imperii, qui vivo Imperatore, & rerum potiente, eo vel consentiente, vel invito, eligitur ab Electoribus, ut sit perpetuus Imperii Vicarius, & Imperatore esse desinente, citra ulteriorem electionem in Imperatorem promoveatur.

2. Quidam putant, de hoc Rege Romanorum agi in A. B. primo quia dicitur Regem Romanorum esse eligendum, quoties necessitas Imperii exigit. Secundo

quia

quia ipse Carolus Quartus, se vivo, eligi curavit Filium Wenceslaum. *Sed Limnæus* meritò ab ipsorum recedit opinione, *lib. 2. J. P. c. 15. n. 26. & seqq. ut & in notis ad Capit. Ferd. I. n. 15 & seqq.* nam A. B. semper loquitur de necessitate, quæ est vacante Imperio. *c. 2. & 4.* Nec sequitur, Carolus IV. se vivo curavit eligi ab Electoribus filium Wenceslaum; ergo, de eo egit in A. B. quia filius ejus aliquot annis post Auream Bullam demum natus est.

3. Utile autem est Imperio, & Cæsareo honori & Reipublicæ tranquillitati optime consultum electione Regis Romanorum: quia sic evitantur inter regna, ex quibus quocunque tempore maxima in Rempublicam redundant incommoda, licet evenire possit interdum, ut magis expediat, exspectare, quam habere successorem; nam multi inventi sunt; qui spretis, quæ tarda cum secnritaie adventura erant, præmatura, vel cum exitio præpararunt, cujus exemplum crudele refert *Cominæus lib. 4. c. 1. histor.* Hinc Elisabetha Angliæ Regina cum a Regni Statibus de novo Successore eligendo solicitaretur, sub pœna capitis vetuit, ne quis de novo Successore, se viva, disquireret: Sibi, inquiens, in vita struendum non esse sepulchrum. Tales enim casus funesti & talia

nefanda scelera, nec speranda nec præsumenda sunt de eo, qui, ut studeat tranquillitati Reipublicæ, quæ istiusmodi sceleribus in manifesta adducitur discrimina, juramento obstringitur.

4. Et si E E. tempore conditæ A. B. perinde publico bono studuissent quam augendæ suæ libertati & dignitati, quæ in gratiam, & propter auctoritatem viventium Imperatorum, solet aliquanto restrictior esse, sine dubio Regis Romanorum; vivo Imperatore, eligendi, mentionem fecissent, & electionem Wenceslai filii, se vivo, Carolus IV. immani pretio centenorum millium ducatorum singulis Electoribus promisso, & hinc oppignoratis vectigalibus publicis, & Imperii urbibus liberis, amplius sedecim, æterno Imperii damno pariter, & eligentium dedecore, emere coactus non fuisset.

5. Hinc Caroli V. tempore, Elector Saxoniæ & socii, Dux Luneburgicus & Landgravius, Anhaldinus & Mansfeldici, vehementer electioni Regis Romanorum Ferdinandi I. se opposuerunt, eamque, & electionis libertati & A. B. contrariam esse, existimarunt, & Ferdinandum I. Electorem Saxoniæ, postquam 1531. ab aliis Electoribus electus esset, pro Rege Romanorum agnoscere noluit, usque dum hæc res transactione Cadamensi in Bohemia

1534.

1534. confecta fuit: ubi Elector Saxoniæ promisit, se agniturum Ferdinandum Primum pro Rege Romanorum, sicut alii Principes: Ferdinandus promisit, se apud Imperatorem, & E E. reliquos effecturum, ut sequentes articuli confirmarentur. Primo ut imposterum, vivo Imperatore, nullus in Regem Romanorum eligeretur, nisi prius omnes Electores convenissent, & cognita causa, hoc Imperio utile judicassent. Secundo si utile hoc judicassent, ut electio susciperetur secundum A. B. dispositionem. Tertio si contra A. B. quicquam fieret, quod hoc ex se nullum esse deberet. Quarto si hi articuli ad intercessionem Ferdinandi I. ab Imperatore & reliquis non rati haberentur, quod ipse, & socii ejus, jus suum integrum sibi reservarent.

Cum huic transactioni omni ex parte non fuisset à Ferdinando satisfactum, Elector Saxoniæ titulum Regis Romanorum ipsi denegare perrexit, usque ad annum 1546. quo mense Majo, in Comitiis Spirensibus, hoc dissidium penitus compositum est, *Sleid. lib. 15. Limn. ad Cap. Ferd. 1. p. 428. & seqq.*

6. Præterea Rudolphi II. tempore quæsitum est, an Imperatore invito Rex Romanorum eligi posset? quod, quamvis Rudolphus II. se vehementer opponebat,

ſex gradibus altior, ſunt adhuc hodie octo aliæ tabulæ pro Electoribus: a latere dextro quatuor, prima illius Electoris, qui coronavit, ſecunda Regis Bohemiæ, tertia Saxonis, quarta Brandenburgici: à latere ſiniſtro tres, prima Electoris Colonienſis aut Moguntini, ſecunda Bavari, tertia Palatini: Trevirenſis diametraliter adverſus faciem Imperatoris poſita eſt; ad has menſas nullus alius, præter ipſos Electores accumbit.

Si Imperatrix adeſt, ſecundùm A. B. diſpoſitionem, ſeparatam habet menſam, tribus gradibus depreſſiorem, menſa Imperatoris. In coronatione Matthiæ accubuit cnm ipſo Imperatore ad Menſam. *vid. hæc omnia latius in AB, c. 22. 25. & 26.*

5. Reliquæ duæ Coronæ, Lombardica nimirum & Romana, jam diu ſuſceptæ non ſunt: Imperator tamen in Capitulationibus jurare cogitur, quod Romanam accipere velit, quamprimum hoc fieri poſſit: & hinc non pendet hoc ex ipſius arbitrio, ſed neceſſitatis eſt, non quidem abſolutæ, ſeb conditionatæ, ſi nimirum legitima impedimenta non obſtent. *Limn, ad Cap. Carol. V. art. 30. p. 343.*

Imperator noſter Leopold. in Cap. non aſtringitur ad accipiendam die Kayſerliche Cron. h. e. coronam Romanam: Sed tantum

tum die Königliche Cron / i. e. coronam Aquisgranensem seu Germanicam. *Capit. Leop. art.* 37.

Coronatio hæc fiebat Romæ, ab ipso Pontifice. Interim tamen & alibi locorum facta, notante Limnæo: exemplo Caroli V. qui Bononiæ eam accepit. Lombardica olim fiebat Modetiæ, sede Regni Italici in Basilica S. Joannis. Quandoque Mediolani, in Ecclesia S. Ambrosii: Fridericus III. eam Romæ suscepisse dicitur.

Author hujus coronæ censetur esse Theodoricus Ostgothorum Rex: cujus regno per Justinianum everso, Longobardi successerunt eamque continuarunt; quibus ejectis Carolus Magnus ad posteros eam transmisit. Sed tamen ab Imperatoribus nostris diu non est suscepta; & in nulla capitulatione ejus fit mentio, neque ad eam accipiendam Imperatores adstringuntur.

6. Omnes tres coronæ sunt aureæ, & fabula est, quod Germanica sit ferrea, Lombardica argentea, & Romana tantum aurea, *Hieron. Balb. d. loc.*

Lombardicam quidam ex paleis contextam putabant, decepti, quod Mediolanenses, Conradi I. qui eam alibi accepit, quam Mediolani, in contemptum vocarunt palearem, quasi nullius momenti

7. Poteſtas Imperatoris, quam diximus eum habere, etiam ante coronationem, eſt ſumma poteſtas, in Imperio Romano-Germanico, ipſi competens ubique, vel ſoli, vel conjunctim cum Statibus Imperii.

De hac poteſtate Imperatoris plura dicemus *lib.* 3.

TIT: IX.

De Modis, quibus Imperator deſinit eſſe Imperator.

Deſinit Imperator eſſe, primo morte, ſecundo reſignatione, tertio addunt alii depoſitionem.

1. Reſignatione deſinit eſſe Imperator. Quamvis enim legibus atque ſtatutis introduci poſſit, ut reſignare officio non liceat, ut hæc ex variis textibus Juris Canonici & Civilis, quos *Limnæus citat ad Cap. Ferd. I. p.* 451. patet. Imperatoribus tamen prohibitum non eſt, neque in dubio id unquam præſumendum. Hiſtoria antiqua exempla habet in Diocletiano, qui poſt adminiſtratum, virtute ſumma ac prudentia, totos 20. annos Imperium, Nicomediæ eo ſe abdicavit, anno 308. & Salone in Dalmatia vitam hortorum cultu oblectavit, privatuſque tranſegit. Anaſtaſio

stasio & Theodosio Christianis, qui Imperio deposito, in Monasterium se receperunt. Nostra historia exhibet nobis Carolum V. Licet ob quascunque & leviusculas causas Imperatores hoc non faciant: exemplo Henrici II. qui præmatura devotione commotus, Monasterium ingressurus erat, sed, à Principibus Imperii rogatus, à proposito destitit.

2. Justæ resignationis causæ legibus definitæ non sunt. Ex historia resignationis, quæ à Carolo V. facta est, inter eas referri videmus, ingravescentem ætatem & senectutem. *Limnæus ad Cap. Ferdinand. I. p. 453.* aliorum, de hujus Imperatoris resignatione, judicia varia fuisse testatur Famianus Strada lib. 1. de Bello Belgico p. 10. sc: ipsum felicitate Henrici II. Regis Galliarum fuisse deterritum: vel cupidinem inusitatæ gloriæ: vel necessitatem placandæ iræ Dei offensi ob fædus cum Henrico Anglo contra fidem Pontifici datam: ob Interim in Religione permissum, fuisse causam.

3. Resignatio debet fieri Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, non Pontifici; quia jus, quod Pontifex in Imperatorem prætendit, nullum est; & Electores, nomine Statuum, Imperatorem designarunt, ut præ esset Imperio. *Vid. Lamp. p. 3. c. 2. §. 7. & ibi Conring.*

4. Depositione etiam eum desinere esse Imperatorem, plures affirmant. Antiquis enim Romanorum Imperatorum temporibus quam plurimi occisi sunt, aut in privatam conditionem redacti, non duntaxat militari licentia, verum etiam interdum ex Senatus, Populique Romani consultis. Imò & Francorum Reges complures solio deturbati sunt, exemplo Ludovici Pii, Caroli Crassi. Germani etiam postea, horum exempla secuti sunt, in Henrico IV. Adolpho Nassovio & Wenceslao. Veruntamen ista hypothesis hic fieri non debet, quod exempla pro lege valere debeant: cum ea primo sint dissimilia, tum secundo sine discrimine justi atque injusti, non enim semper quod fit, jure fit.

Inter omnia forte exempla, illud Wenceslai, jure factum esse, defendi posset: quia sæpius officii sui admonitus, hoc facere recusavit, quo in casu Imperatorem deponi posse, etiam moderatiores existimant. *Dietericus in A. B. p.* 44. hanc quæstionem ita concludit: quod si vero casus adeo funestus & insperatus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut a contraveniendi scopo averti queat, sed injustis bellis, ac persecutionibus ordines infestare pergat, causaque sit desperata, nec saluti Reipubl. aliud, nisi mutata

tata Imperatoris persona, remedium applicare, utile ac necessarium sit, hoc extremo casu, Electoribus, adhibito, propter negotii gravitatem, Statuum Imperii consilio, jus turbandi de solio Regem competere, nullus dubitavi. An propter alias etiam causas deponi possit, omnino dubium est; neque id, quod aliii putant, ita facile ex exemplis colligi potest: imo, si conjungantur ea quæ *Grotius habet. lib. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 12 & c. 4. & Commentatores ad hæc capita*; nec ea, quæ ex Dieterico attulimus; firma sunt; nulla enim lex commissoria Capitulationibus est adjecta; & Imperator suam Majestatem a solo Deo recognoscit: ergo, solus Deus eum deponere potest: non quidem mediantibus suis subditis, quia dubium est, an hæc sit voluntas Dei, & ex conscientia dubia nihil agendum, sed aliis mediis, Deo notis. Bæclerus in Grotium *lib. 1. c. 4, §. 9. in fin*: graviter loquitur: Fateor interim, inquit, Wenceslaum talem fuisse, qui in quovis Regno suis flagitiis & sceleribus potuerit patientiam excutere civium ac ordinum animis, & solio excidere. Sed facta, quibus ignoscendum esse magna ratio dictat, jus nec constituunt, nec probant. Qui enim accuratissime velit quæstionem juris excutere, desiderabit legem in Rep: mixta, qua definiatur,
 quid

quid tali casu faciendum sit. Quodsi deficiente tali lege, ex usu & consuetudine Reip: aliquid consilii eliciendum est cautissimus quisque maxime sapere videbitur. Putat equidem Tholosanus melius fuisse facturos Electores si Wenceslao Coadjutorem potius dedissent, quam Imperium abrogassent. Propius ad rationem constitutæ Reip: diceremus: melius esse tali in casu, Regem Romanorum eligere, & vivo Cæsare adjungere.

TIT: X.

De Rege Romanorum.

Rex Romanorum in A. B. dicitur, qui post mortem Imperatoris, vel quando alias Imperator esse desiit, eligitur, in Imperatorem promovendus.

1. Hodie, Rex Romanorum est Princeps Imperii, qui vivo Imperatore, & rerum potiente, eo vel consentiente, vel invito, eligitur ab Electoribus, ut sit perpetuus Imperii Vicarius, & Imperatore esse desinente, citra ulteriorem electionem in Imperatorem promoveatur.

2. Quidam putant, de hoc Rege Romanorum agi in A. B. primo quia dicitur Regem Romanorum esse eligendum, quoties necessitas Imperii exigit. Secundo

quia

quia ipse Carolus Quartus, se vivo, eligi curavit Filium Wenceslaum. *Sed Limnæus* meritò ab ipsorum recedit opinione, *lib. 2. J. P. c. 15. n. 26. & seqq. ut & in notis ad Capit. Ferd. I. n. 15 & seqq.* nam A. B. semper loquitur de necessitate, quæ est vacante Imperio. *c. 2. & 4.* Nec sequitur, Carolus IV. se vivo curavit eligi ab Electoribus filium Wenceslaum; ergo, de eo egit in A. B. quia filius ejus aliquot annis post Auream Bullam demum natus est.

3. Utile autem est Imperio, & Cæsareo honori & Reipublicæ tranquillitati optime consultum electione Regis Romanorum: quia sic evitantur inter regna, ex quibus quocunque tempore maxima in Rempublicam redundant incommoda, licet evenire possit interdum, ut magis expediat, exspectare, quam habere successorem; nam multi inventi sunt, qui spretis, quæ tarda cum securitate adventura erant, præmatura, vel cum exitio præpararunt, cujus exemplum crudele refert *Cominæus lib. 4. c. 1. histor.* Hinc Elisabetha Angliæ Regina cum a Regni Statibus de novo Successore eligendo solicitaretur, sub pœna capitis vetuit, ne quis de novo Successore, se viva, disquireret: Sibi, inquiens, in vita struendum non esse sepulchrum. Tales enim casus funesti & talia

nefanda scelera, nec speranda nec præsumenda sunt de eo, qui, ut studeat tranquillitati Reipublicæ, quæ istiusmodi sceleribus in manifesta adducitur discrimina, juramento obstringitur.

4. Et si E E. tempore conditæ A.B. perinde publico bono studuissent quam augendæ suæ libertati & dignitati, quæ in gratiam, & propter auctoritatem viventium Imperatorum, solet aliquanto restrictior esse, sine dubio Regis Romanorum; vivo Imperatore, eligendi, mentionem fecissent, & electionem Wenceslai filii, se vivo, Carolus IV. immani pretio centenorum millium ducatorum singulis Electoribus promisso, & hinc oppignoratis vectigalibus publicis, & Imperii urbibus liberis, amplius sedecim, æterno Imperii damno pariter, & eligentium dedecore, emere coactus non fuisset.

5. Hinc Caroli V. tempore, Elector Saxoniæ & socii, Dux Luneburgicus & Landgravius, Anhaldinus & Mansfeldici, vehementer electioni Regis Romanorum Ferdinandi I. se opposuerunt, eamque, & electionis libertati & A. B. contrariam esse, existimarunt, & Ferdinandum I. Elector Saxoniæ, postquam 1531. ab aliis Electoribus electus esset, pro Rege Romanorum agnoscere noluit, usque dum hæc res transactione Cadamensi in Bohemia

1534. confecta fuit: ubi Elector Saxoniæ promisit, se agniturum Ferdinandum Primum pro Rege Romanorum, sicut alii Principes: Ferdinandus promisit, se apud Imperatorem, & E E. reliquos effecturum, ut sequentes articuli confirmarentur. Primo ut imposterum, vivo Imperatore, nullus in Regem Romanorum eligeretur, nisi prius omnes Electores convenissent, & cognita causa, hoc Imperio utile judicassent. Secundo si utile hoc judicassent, ut electio susciperetur secundum A. B. dispositionem. Tertio si contra A. B. quicquam fieret, quod hoc ex se nullum esse deberet. Quarto si hi articuli ad intercessionem Ferdinandi I. ab Imperatore & reliquis non rati haberentur, quod ipse, & socii ejus, jus suum integrum sibi reservarent.

Cum huic transactioni omni ex parte non fuisset à Ferdinando satisfactum, Elector Saxoniæ titulum Regis Romanorum ipsi denegare perrexit, usque ad annum 1546. quo mense Majo, in Comitiis Spirensibus, hoc dissidium penitus compositum est, *Sleid. lib. 15. Limn. ad Cap. Ferd. 1. p. 428. & seqq.*

6. Præterea Rudolphi II. tempore quæsitum est, an Imperatore invito Rex Romanorum eligi posset? quod, quamvis Rudolphus II. se vehementer opponebat,

tunc factum est: & ut inposterum omnis difficultas tolleretur, in Capitulatione Matthiæ *art.* 35. sancitum, daß auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers mit-oder/ wann derselbige / scil. Römische Käyser/ auff angelegte Bitte der Churfürsten ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte / ohne eines regierenden Käysers consens, könne erwehlet werden. Id quod in sequentium Imperatorum Capitulationibus semper repetitum. Et, cum omnium Statuum interesset, ut circa electionem Regis Romanorum certi quid constitueretur, in Instrum. Pacis *art.* 8. §. 3. deliberatio circa electionem Regis Romanorum, in proxima Comitia transmissa est: & Ordines circuli inferioris Saxoniæ, in Comitiis de 1652. in Προβουλία sua, Status Imperii hujus constitutionis admonendos esse, judicarunt. *Continuat. Theatr. Europ. ad ann.* 1652. *p.* 305. Hunc Regem Romanorum propriam habere potestatem & non vicariam tantum, quidam existimant: quia dicunt, qualis quæso Rex esset, si nulla regia potestas ei competeret, præsertim absente Imperatore? infirmo partim, partim absurdo argumento. A nomine enim ad rem ipsam, argumentum infirmum est; & si absente Imperatore haberet Majestatem, aut Imperator, extra Imperium abiens, eam deponeret, & nul-

lam

lam haberet; aut duæ in Imperio essent Majestates a parte Imperatoris: utrumque est absurdum & contra Imperii leges. Alii eum propriam potestatem habere, arbitrantur: quia a lege seu universitate constitutus est; verum nec hæc ratio sufficit, quia Legatus Proconsulis etiam a lege seu universitate constitutus est, & tamen proprii nihil habet. *l. 13. ff. de offic. Procons. & leg.*

Nos eum habere potestatem vicariam & delegatam putamus: quia vices Imperatoris absentis subit. *R. I. de Anno* 1555. §. Und im Fall Käyserliche Majestät ꝛc. *ubi expresse caput Imperii vicarium appellatur.*

Nec obstat R. J. 1548. in pr. vers. So haben wir (Ferd. Röm. König) in Krafft hochgedachter Römischer Käyserlicher Majestät unsers lieben Bruders und Herrn / und gegebener Vollmacht und Heimstellung / auch für uns selbst als Römischer König.

Ita enim non loquitur, quia jam actu habet potestatem propriam, (mandatarius enim non propriam, sed alienam exercet potestatem) sed quia certa spe nititur, perveniendi ad Imperium: ad exemplum filiorum, qui propter spem successionis certissimam, etiam vivis parentibus dicuntur Domini rerum paternarum, *l. 11. d. liberis & posth. hered. instit.* confer

 literas

literas Caroli V. iu Belgium discedentis, ad Electores & Ordines Imperii, ap. Goldast. & hinc etiam dicitur Rex Romanorum, non quia Imperator Imperium Romanum ipso actu non habet, sed quia aliquando hoc Imperium se habiturum, sperat æque certò, ac in Gallia Delphinus, in Anglia walliæ Princeps, in Hispania Princeps. *Goldast. de Majorat. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 10. *Confer. Spreng: instit: jur: Publ: l:* 1. *c.* 29. *p.* 174.

6. Essentialis differentia inter Imperatorem & Regem Romanorum hinc desumenda est: & proprerea Rex Rom. appellat Imperatorem Dominum suum: Imperatoriam Majestatem. Potest committere crimen læsæ Majestatis in Imperatorem. In insigniis suis adhibet aquilam simplicem &c. *Limn. lib.* 2. *c.* 15. §. 46. *de juribus Regis Roman. infra lib.* 3. *plura dicemus.*

TIT: XI.

De Vicariis Imperii.

Vicarius, in genere, est persona, nomine alterius, munus exercens. Vicarius vel est persona privata, & mox Procurator, mox mandatarius &c. dicitur vel persona publica, & variis nominibus venit: quamvis certum sit etiam per-

sonas

ſonas publicas Procuratorum, & Mandatariorum nomine venire.

1. Vicarii Regum Romanorum antiquorum, dicebantur Præfecti Urbi. Antiquorum Imperatorum, Præfecti prætorio. Apud Francos, Majores domus, item Comites Palatini: apud quos per conſuetudinem, Imperatore mortuo, hoc munus poſtea manſit: qui enim digni erant, ut adminiſtrarent negotia Imperii, vivo Imperatore, non minus digni hoc munere videbantur eſſe poſt mortem ejus. Et hinc eſt, ut in Germania hæc munera annexa videamus Palatiis Imperii, den Reichs-Pfaltzen.

2. Vicarii alii ſunt primo generales, ut Rex Romanorum, alii particulares, ut hi noſtri. Secundo alii ſunt pepetui, ut Duces Mediolanenſes, Mantuani, Saubaudi, per Italiam: & olim Delphinus, in regno Arelatenſi: alii temporarii. Tertio alii ſunt Vicarii Imperatoris, ut Ferdin. I. Caroli V. alii Imperii, ut Saxo & Elector Palatinus ad Rhenum.

3. Vicarii Imperii, ſunt Principes Imperii, Elector Saxoniæ, & Palatinus, lege conſtituti, ut, vacante Imperio, illud ſecundum datam ipſis poteſtatem adminiſtrent, illudque, finita electione, intra electi Regis Romanorum manus reſignent.

4. Ori-

4. Origo Vicariorum Imperatoris, sicuti certa est, & cum ipsis Imperatoribus cœpit: ita incertum est, quando Elector Palatinus, & Saxoniæ, hoc jus Vicariatus Imperii sibi acquisiverint: & fatendum est, hic vel neglectum, vel potius defectum esse historiæ, sicut plerumque evenire solet in iis, quæ per consuetudinem introducuntur; quemadmodum Vicariatus Imperii *A. B. tit. 5. circa f.* Nec confundendi sunt Vicarii Imperatorum, de quibus ex historiis constat, cum his Vicariis Imperii. Quamvis probabile sit, post mortem Imperatoris Imperium per Comites Palatinos fuisse administratum, quando vivus Imperator Successorem non designavit.

Et hinc hos Vicarios Imperii etiam antiquiores putamus, & A. B. & Collegio Electorali, & eos Carolus IV. in Aurea Bulla postea confirmavit, *arg. tit. 5. in fin. ibi. per consuetudinem.*

An Vicariatus Saxoniæ etiam fuerit ante Auream Bullam, quæritur? quidam id negant, eumque a Carolo IV. Imperatore noviter constitutum esse, ex eo arguunt: quod in Aurea Bulla nulla fiat mentio, hoc ei jus ab antiquo competiisse, sed dicatur, Nos eum hoc jure frui volumus, eo modo &c. Rectius tamen affirmatur, & hunc antiquiorem esse A. B. quia primo

non

non minus in Saxonia Palatium Imperii fuit, ac in partibus Rheni, & Comes Palatinus Saxoniæ mortuo Imperatore non minus hoc jus ſibi videtur voluiſſe conſervare, quam Comes Palatii in partibus Rheni. Secundo, quia non conſtat ex hiſtoriis, Comitem Palatinum in partibus Rheni ſuam poteſtatem exercuiſſe in partibus Saxoniæ. Non incommode huc referuntur verba *Chronici Manſſeldici c.* 140. *Otto I.* Der hat ſeinem Sohn/ dem jungen König Otten/ ſeinen andern Sohn Ertzbiſchoff zu Maintz/ Willhelmen / beneben den Landen am Rhein / in ſeine getreue Verwaltung befohlen; damit aber die Lande an der Weſer und Elbe mittler Weile auch Schutz haben möchten / hat er dieſelbe Herman von Stubens-Kron bey Soltau wohnend / befohlen / und ihn nicht allein darüber zum Statthaltter gemacht / ſondern ihm auch gut theil Landes zum Erbe gegeben. Et tertio quia ſic maxima Germaniæ pars ſine adminiſtratione manſiſſet. Verba A. B. huic opinioni non contrariantur; non enim dicunt juris conſtituti novitatem, ſed juris per conſuetudinem acquiſiti perpetuitatem, ita ut ſenſus ſit: Nos eum hoc jure frui volumus, ut hactenus ſcilicet, ita & impoſterum, eo modo, quo &c.

5. Jus Vicariatus Electori Palatino a

Bavaro

Bavaro in dubium vocatum est, & de hac re varia scripta edita sunt 1614. & 1615. *Vid. Goldast.* Politische Reichs-Händel *part.* 7. deinde in nupero interregno 1657. priora scripta partim recusa sunt, partim nova addita. Bavari hoc jus sibi vindicabant: Palatini hoc negabant. Fundamenta Palatinorum sunt, quod jus Vicariatus sit annexum Comitatus Palatini, & non Electoratus: primo quia Vicariatus est jus, Electoratu antiquius, ut videre est ex superius dictis. Secundo quia in *A. B. c. 5.* hoc jus Electoribus expresse competere dicitur, ratione Comitatus Palatini ad Rhenum. Tertio quia ipsi Imperatores quocunque tempore hoc ita sunt interpretati: Rupertus Imperator, in Italiam profecturus, filio Ludovico Vicariatum commisit anno 1401: ita advertentes a divis Romanis Imperatoribus & Regibus prædecessoribus nostris, hactenus extitisse observatum, ac etiam de jure Comitatus Palatinatus fuisse, & esse, quod cum Romanus Imperator ultra montes Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentia, Vicariatum Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse & pertinere, *vid. Freher. lib. de orig. palat. c.* 16. Adscribimus hic verba Constitutionis Ludovici Bavari quæ habentur apud Cuspinianum: Longa

&

& approbada consuetudine inconcusse a majorum Ordinatione hactenus observata vacante Imperio jus administrandi Imperii, jura feuda conferendi & negotia cætera disponendi Palatino Rheni debetur non obstante Clementina, Pastoralis: Cuspinianus addit: Hæc atque multa alia in hanc sententiam pro Imperio firmando, promulgavit Ludovicus Imperator in Libello A. B. vetustate superante, cui titulus, Ordinatio Imperii.

Bavarorũ fundamenta sunt: primo, plura competiisse ratione Comitatus Palatini, quæ jam mutata sint. Ex A. B. exercuisse electoralem dignitatem, quæ jam in se translata cum omnibus annexis dignitatibus, qualis est Vicariatus dignitas. *A. B.* c. 5. ubi habenrur hæc verba: Von des Churfürstenthumb und Pfalzgraffschafft Freyheit wegen: Secundo quia investitura Maximiliani expresse etiam in Bavaros transferat Vicariatum. Tertio quia jam olim hoc jus ipsis competierit, propter electoralem dignitatem, quæ prius in Domum Bavaricam illata, *Gevvoldus de Septemviratu c.* 11. Quarto quia hodie Archidapiferiam & insignia ejus habeant, cum quibus jus Vicariatus inseparabiliter sit connexum. Respondent Palatini ad primum: Vicariatus dignitatem non esse annexum Electoratus, sed jus Electoratũ

longe

longe antiquius; textum vero A. B. germanicum: primo non esse authenticum, sed latinum, in quo aliter legatur. Secundo sensum istorum verborum esse; Von wegen der Freyheit so das Churfürstenthumb und Pfaltzgrafschafft von Pfaltzgräffischer Würde herhaben. Ad secundum: Investituram Maximiliani Electoris Bavariæ esse cassatam in Instru. Pacis *art.* 4. §. 6. & Electorem Palatinum esse restitutum in Palatinatum inferiorem, & omnia ejus annexa, & sic in Vicariarum. Et hinc esse, quod in ultima investitura Electoris Bavariæ de anno 1652. Vicariatus non fiat mentio.

Ad tertium quod Vicariatus sit annexum Comitatus, non Electoratus: & hinc, licet Electoratus sit prius illatus in Domum Bavaricam; non tamen sequitur, ergo Vicarii fuerunt, quia fuerunt E E. alias omnes E E. essent Vicarii. Ad quartum, quod adhuc hodie in Instrumento Pacis *art.* 4. §. 3. Archidapiferia ipsis concedatur & ejus insignia, sed Vicariatum esse jus diversum ab Archidapiferia & jus antiquius.

Cum hæc controversia 1657. vehementer fuisset agitata, & post mortem Ferdinandi III. & Elector Bavariæ & Elector Palatinus ad plerosque Status Imperii literas dimisissent, indicantes susceptionem

Vica-

Vicariatus. Elector Bavariæ quidem favorabilia suffragia hinc inde habuit, lis tamen adhuc indecisa mansit. Existimant nonnulli tranquillitati publicæ non parum interesse, ut utrique adjudicetur, & tertius Vicariatus constituatur. *Not. Imp. Bœcl. lib. 4. c. 3. p. 70.*

6. Limites Vicariatus Palatini ad Rhenum sunt ditiones, quæ olim jure Franconico usæ sunt: *Quas enumerat Goldast. in præf. ad constit. Imp.* scilicet Sueviam, Franconiam, Ripam Danubii, usque ad limites Ungariæ, cum Tyroli, Carinthia, Bavaria, Austria, totam ripam Rheni, à Lombardiæ finibus, usque ad ostium Rheni, ubi se in mare Britannicum immersit, cum Helvetia, Sabaudia, Burgundia & Regno Arelatensi ab hac parte Rhodani, Lotharingia, & Belgio. Electori Saxoniæ commissus est Vicariatus illis in locis, ubi olim jure Saxonico utebantur, id est, Bohemia, Polonia, Principes Silesiæ, Marchgravii Brandenburgenses; Lusatia, Moravia, & Misnia, item Thuringia, usque ad limites Franconiæ, inferior & superior Saxonia, Duces Brunsuicenses, & superior circulus Saxonicus usque ad Wisurgim &c.

Et licet in quibusdam locis juribus istis hodie non utantur, sed illa abrogata sint, ut in Ducatu Brunsuicensi & Lunebur-

gensi ; tamen non impedit , quin Vicariorum ibi sit jurisdictio : cum juris Saxonici & Francici observantia non sit de essentia vel causa Vicariatus , sed saltem demonstrationis locorum gratia tum temporis adjecta.

Item & de locis, nec uni nec alteri expresse assignatis judicandum : dummodo extra germaniam sita non sint ; horum enim Vicariorum munus ultra se non videtur extendisse , in Italiam scilicet ; tum quia in Italia fuerunt perpetui Vicarii , tum quia proprio jure usi sunt non Franconico, vel Suevico quæ tamen jurisdictionis ipsorum limites describunt.

7. Quæritur , an Imperatori , hâc Vicariorum constitutione, sit potestas adempta constituendi se vivo Vicarium ? Quidam putant Imperatori liberum esse adhuc constituere Vicarium ; tum , quia A. B. facit saltem mentionem vacantiæ , non verò absentiæ : tum , quia quæ vergunt in alicujus præjudicium , stricte sunt interpretanda , & quod verbis expressum non est, pro omisso habetur : & hinc olim Sigismundus Archi-Episcopum Moguntinum Vicarium constituit. Carolus V. Ferdinand. I. Nos existimamus , Imperatorem non quidem impediri , propter constitutionem A. B. dum in casu vacantiæ, Electorem Patinum & Saxonem constituit:

stituit: sed per privilegium, quod soli Electori Palatino concessum est, & cujus mentio fit in confirmatione Caroli V. de anno 1521. 28. Maji apud Goldast: part: 1. der Reichssatzungen; p. 241. & quod ibi probavit Elector Palatinus; mit Laut und inhalt briefflicher Uhrkund von vielen Römischen Kaisern / unnd Königen / je von einen auff den anderen ausgangen / die er der Kaiserlichen Majestät / auch Churfürsten / Fürsten / unnd Ständen des H. R. gungsamlich fürgelegt / unnd verlesen lassen *Limn. ad Capit. Carol: V. art. 3. p. 142. ubi contra Schüzium vol: 1. Exerc: 5. th: 11. lit. C. pluribus disputat* per quod ipse in casu absentiæ constituitur Vicarius Imperii, quodque ipsi post Carolum V. confirmatum est a Maximiliano II. 1566. Rudolpho II. 1575.

Et hinc cum Carolus V. Ferdinandum Primum Vicarium constitueret, propter hoc privilegium, Electori Palatino reversalia dedit: hujus Vicarii constitutionem non debere imposterum allegari, in præjudicium sui privilegii.

Ex quo manifestum est; Imperatorem solum non posse in casu absentiæ constituere Vicarium; sed Satuum consensum accedere debere; Imprimis Electoris Palatini: *arg. eorum, quæ acta sunt* 1521. in constitutione Ferdinandi Primi. Neque

tamen

tamen hæc reversalia probant, idem hoc privilegium competere Electori Saxoniæ: quia non sunt ejusdem tenoris, & in quantum loquuntur de Electore Saxoniæ, de casu vacantiæ accipienda sunt. *Vide Limn: ad Capit: Carol: V. art: 3. p. 142.*

8. Potestas Vicariorum est potestas dependens, ordinaria, vacante Imperio, ipsis in iis, quæ expresse nominata sunt, pleno jure competens, nisi quatenus quid exceptum est.

Hinc sequitur primo eos non habere Majestatem. Secundo non habere eandem potestatem, quam vivus Imperator habet.

De potestate in specie ipsis concessa agemus infra *lib.* 3.

TIT: XII.

De Statibus Imperii & Matricula eorum.

Statum Imperii definiunt quidam, quod sit *primo* Civis Imperii immediatus, *secundo* Cæsaris omniumque Procerum Imperii consensu, in Marticulam Imperii receptus ut Cæsari de usu Imperii in Comitiis proponenti, *tertio* consilio & suffragio adsit, & *quarto* necessitate occurrente certum censum, in matricula expressum, pensitet, vel subsidium militare

litare præstet. Alii sex faciunt requisita Status Imperii, *primo*, ut Imperio sit immediate subjectus; *secundo*, ut sit in matriculam relatus; *tertio*. ut in Comitiis votum & sessionem habeat; *quarto*, ut indictiones & collectas Imperio immediate, necessitate occurrente, solvat; *quinto*, ut territorium immeddiate ab Imperatore & Imperio recognoscat. *Sexto* ut ad circulum aliquem certum sit relatus.

1. Nos Statum Imperii Romano-Germanici definimus, quod sit Civis Imperii Romano Germanici, qui jus voti & sessionis in Comitiis habet. De essentia enim Civis Co-imperantis est, ut habeat jus suffragii: & hinc Aristoteles Civem Democraticum definit, quod sit is, qui habet jus suffragii *lib.* 3. *Polit. c.* 1.

In definitionibus aliorum desideramus, quod *primo* disputetur, an Status Imperii possit esse mediatus? *secundo* quod non omnes in Matriculam Imperii sint relati, & alii ibi sint, qui non sunt Status Imperii: *tertio* plures Status Imperii non conferant necessarias collectas, & alii, qui collectas solvunt immediate Imperio, non sint Status Imperii: *quarto* dignitas Status non sit annexum glebæ, sed personæ proprietas; licet in ultimo Recessu Imperii de anno 1654. §. 197. in fine requiraratur,

ut omnis is, qui ad summam hanc Status dignitatem adspirat, sufficientia bona immediate ab Imperio dependentia habeat. Quinto quod non omnes Status sint relati in circulos, & quod alii sint relati in circulos, qui non sunt Status Imperii.

2. Status Imperii sunt vel Principes, vel liberæ Imperii Civitates, *art.* 1. *I. P.* §. 4.

Principes Imperii sunt, vel Electores vel Principes in specie sic dicti, *art.* 8. *in pr:* utrique sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares. Statuum nomina & onera in matricula contineri bebent.

3. Origo Matricularum repetenda est a temporibus Sigismundi, qui anno 1431. Norimbergæ in frequentissimis Comitiis pro expeditione in Bohemiam contra Hussitas suscipienda, primam composuit.

Extat illa hodie, sub nomine: Anschlag / auff gemeine Stände des Reichs / zu Nürnberg / zu Hülff wieder die Böhmen gemacht / unter dem Römischen König Sigismundo Anno 1431. *in actis Brunsuicens. part,* 2. *p.* 1019. eamque agnoscit *Goldast. de regno Bohemiæ lib.* 7. *c.* 17. *n.* 2. neque credibile est, hac matricula dari antiquiorem, quia rem tanti momenti sine dubio non omnes Historici neglexissent, & quia sine dubio vel unicum ejus exemplar, vel in

in publica Imperii archiva, vel aliorum Imperii Statuum, fuisset relatum. Quanquam non diffiteamur, exitiali peccato per aliquot secula negelectam esse publici ordinum albi confectionem, & certam in illud omnium ordinum insertionem. Et sane, si ab initio confectum fuisset album aliquod opum,& ordinum Imperii,Acta & Decreta sancte semper mansissent integra, longe nunc alia esset Civium Imperii nostri ratio. *Conring. de Germ. Imp. Civib. th.* 44.

Existimarunt alii, dari hac matricula Sigismundi antiquiores, licet antiquior oculis nostris non fuerit facta familiaris: sine fundamento, ut ex ante dictis patet.

4. Nos definimus matriculam, quod sit libellus publica authoritate Imperatoris & Statuum factus, ut in eo omnium Statuum nomina describantur, & quantum quisque eorum, ad usus communes, contribuat. *Mauritius de Matricula th.* 5.

5. Matriculæ dividi possunt *primo* in Generales & Speciales: illas dicimus in quibus constans taxa, ratione bonorum, scripta, quid eorum nomine per mensem ad expeditionem Romanam, vel, ad similitudinem hujus expeditionis, in aliis casibus & Imperii necessitatibus contribuendum sit. e. g. matricula de anno 1521.

Wormatiæ facta. Has, in quibus pro necessitate, vel unius vel plurium mensium contributio est expressa. e. g. Matricula Sigismundi de anno 1431.

Secundo in Antiquiores & Recentiores. Antiquiores possunt dici omnes matriculæ, post quas aliæ adhuc factæ sunt. DD. Antiquiores dicunt, quæ sunt ante annum 1521. Recentiores, illam de anno 1521. & subsequentes.

Ab aliis Matriculæ *iterum* dividuntur in eas, in quibus tantum Statuum nomina continentur: & in his Regem Bohemiæ contineri, & inde probari, eum esse Statum Imperii: & in eas, in quibus, præter nomina Statuum, etiam adjecta sunt onera, quæ unicuique, ratione territorii, sunt imposita, & in his nec Regem Bohemiæ contineri & etiam alios, præter Status Imperii sc. Die Inhabere der Herrschafften: exque his non probari, aliquem esse Statum Imperii. Sed hæc divisio fundamento caret: nec sufficit authoritas *Goldasti*, *qui eam refert* in den Reichs-Handlungen / *p.* 65. quia aliunde huic rei fides non fit; & ipsa constitutio est sine die & consule, nec constat, a quo sit facta, imo, Duces Brunsvicenses, Megapolitani & Hassiæ Landgravii, & alii ibi non continentur: & tamen continentur alii Status Imperii, qui his sunt juniores.

6. In

6. In matriculam primo referri debent omnium Statuum nomina, si Imperatoris & Statuum animum inspiciamus, licet summo Reipublicæ Romano-Germanicæ malo hactenus hoc factum non sit: *secundo* onera & quantum unusquisque Imperio contribuere debet: quo referenda sunt ea, quæ olim contribuebantur ad expeditionem Romanam.

7. Expeditio Romana est Comitatus, quem Status Imperii vel ipsi vel alii loco eorum, Domino tamen grati, vel soluta dimidia parte fructuum feudi illius anni, Regi Romanorum Romam eunti ad petendam coronam Imperialem, præstant, sub pœna amissionis feudi 2. *feud.* 54. *&* 55.

Expeditionem Romanam jam Caroli Crassi temporibus fuisse in usu, quidam existimant probari posse ex Constitutione, quæ invenitur apud Goldast. *Tomo un. p.* 108. *a Welsero Patricio Norimbergensi* producta primum, & *Rittershusio & Marquardo Frehero* postmodum communicata, & ab hoc notis illustrata, sub nomine Caroli Crassi. *Vide hic Struv: in Syntagm: jur: Feud: c.* 11. *th* 5. *p.* 409. Verum Chronologia non congruit ætati Caroli Crassi: & Marquardus non satis hoc excusat, quando errore descriptoris hoc factum putat: stilus enim non est ejus temporis.

 Unde

Unde Welserus ipse fatetur in Epistola manuscripta ad Freherum; quoniam aliquando subdubitare visus es, an feudorum nomen in vetustis tabulis, ante Fridercios extaret, duo nunc apographa mitto, quæ illum scrupulum hactenus eximant. Carolinam tamen antiquitatem, constitutionis a te editæ, non attingunt. *Boecl. in Not, Imp. lib.* 15. *c.* 2.

Alii quamvis hanc Caroli Crassi constitutionem non pro genuina agnoscant tamen expeditionem Romanam, Carolingorum tempore, fuisse in usu, probare contendunt ex *Ottone Frisingensi lib.* 2. *c.* 12. ubi dicitur, fuisse consuetudinem Regum Francorum, ut in sumenda Corona Romani Imperii, militem ad transalpizandum cogerent. Verum merito dubitatur, an Otto Frisingensis, nisi aliunde ex συγχρόνῳ historico huic rei fides fiat, sufficiat, ut ejus authoritati fidem tribuamus.

Alii originem referunt ad Ottonis Primi tempora: hujus enim tempore & aliud est constituum, circa Imperium Romanum, & fuit major ratio feudorum & Vasallorum Imperii, quã Carolingorum tempore.

8. Hic Comitatus sine dubio non minus splendidus fuit, quam formidandus. Hinc in Recessu Imperii zu Wormbs 1521. §. Auch haben uns 2c. der Römer Zug appellatur eine grosse tapffere Hülff / am teutschen Kriegs

Kriegs Volck / zu Roß und Fuß / und bestehet in 20000. zu Fuß und 4000. zu Pferd: hic tamen numerus nunquam eo usque ascendit.

9. Hodie, quamvis post tempora Caroli V. non amplius sit in usu, tamen contributiones in Imperio adhuc solent fieri ad modum Expeditionis Romanæ, und werden dem Käyser zuweilen zwey / drey / oder mehr Römer-Monath accordiret.

10. Effectus matriculæ est, ut præsumptionem juris præbeat, esse aliquem Statum Imperii *R. J.* 1548. §. Und soll unser Kayserlich Cammergericht / nicht allein in Sachen / ob ein Stand billich oder ohnbillich außgezogen seye / sondern auch / ob einer des Reichs-Anschläge befreyet / darwieder / wie in solchen Fällen recht ist / *præscribirt*, oder sonst / aus erheblichen rechtmässigen Ursachen / seine Hülff in das Reich zu thun nicht schuldig / und zu dem allen / ob er dem gewinnenden Außziehe / cum onere seines Anschlags / oder frey / heimfallen solle / wie sich das / nach Gelegenheit der Sachen / aus den Actis befindet / nach Außweisung gemeiner Rechten zu erkennen / und endlich zu sprechen haben. *R. J. de anno* 1551. §. nach dem auch auff angestellten Craißtag. *R. J. de anno* 1576. §. wann auch zu Franckfurth. quæ contraria probatione elidi debet, *ut patet ex fine hujus* §. semper enim, quod in instrumento

scriptum est, præsumitur verum, usque dum manifestissimis probationibus elidatur §. 11. *J. de inutil. stip. conf. l.* 13. *de Advoc. divers. jud.*

Existimant alii, matriculas planè nihil probare: *primo ex l.* 10. *ff. de decur.* ubi dicitur: Sola albi præscriptione minime Decurionem factum, qui secundum legem Decurio creatus non sit. *Secundo ex l.* 16. *C. de testam. milit.* scriniarios vel apparitores, qui virorum magnificorum magistrorum militum jussionibus vel actibus obtemperant: etsi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus tamen in ultimis à se conficiendis voluntatibus juris militaris habere facultatem decernimus.

Ad l. 10. Rs. sola albi præscriptione nemo fit Decurio, nisi ista sit legitima, de qua nos loquimur: de illegitima loquitur, *l.* 10. *Ad. l.* 16: *Scriniarii in l.* 16. non ideo in testamentis conficiendis non gaudent privilegiis militaribus, quia non sunt milites: tales enim sunt *l.* 2. *C. d. apparit. mag. milit.* sed quod hoc privilegium tantum iis sit concessum, qui sunt in castris. *pr. J. de testament. milit* & *C. eodem.*

Alii *ex l.* 10. *ff. de prob.* putant, eas plene probare, ubi Marcellus Jurisconsultus ait: *Census & monumenta publica potiora testibus*

testibus esse Senatus censuit. juncta l. 8. C. qui test. fac. poss. Sed huic opinioni contraria sunt, quæ jam ex Recessibus Imperii allegavimus: & illud, quod *in l.* 10. *dicitur*, verum est, ubi instrumentum omni ex parte est perfectum; id quod de matriculis nostris dici non potest, *ut patet ex eod. R. I:* 1548. §. Dieweil auch etliche Stände in die Reichs-Anschläge kommen seynd/ aber zweiffelhafft ist/ ob dieselbe gewiß seyn mögen oder nicht.

11. An matriculæ antiquæ etiam præsumptionem præbeant, si aliquis in recentioribus, & in illa de anno 1521. sit omissus? quidam negant: quia præsumitur jure esse omissus; & Fiscalis *primo* Imperii turpitudinem allegaret, si per negligentiam ipsum omissum diceret: tum *secundo*, quia matriculæ omnium consensu conficiuntur, si aliquis injuria fuisset omissus, conquestus esset. Alii eas sufficere existimant, ad probandam quasi possessionem dignitatis Status Imperii: etsi illud, quod sit omissus in posterioribus, non possit esse fraudi Imperii, nisi probetur legitime aliquem Cæsaris & Statuum voluntate ex matricula deletum esse; minus rite enim deletus pro non deleto habetur, & paria sunt, aliquid non fieri & minus legitime fieri *l. quoties ff. qui satisd. cog.* hæc omnia valde disputata sunt *in causa*

Braunschweig contra *Braunsweig* (S *in causa Bremensi.*

Si verum fateri volumus, qui omnem probationem antiquis matriculis negant, non nituntur firmis rationibus: quia in tanto Statuum numero & tot, circa illorum conditionem, controversiis, aliqui omitti potuerunt, citra omnem turpitudinem; & licet omnes ad Comitia vocari debeant, tamen facile in eo peccari potest, ut quidam, qui vocari debent, non vocentur. Quomodo autem is, qui vocatus non est, sui juris rationem habebit, & protestationes interponet.

12. In tanto matricularum numero, reliquis illa præfertur, quæ facta est Wormatiæ 1521. R. anno 1576. §. Wann auch zu Franckfurth nechst diß *dubium* erreget worden/ welche Reichs-Matricul für Augen zu haben/ darauff man sich im *voti*ren und erkennen *fundi*ren solte: Weil dann ohn-verborgen/ daß die *Matricul* im Jahr der mindern Zahl/ zwantzig ein/ mit Rath und Bewilligung gemeiner Ständen auffgericht/ für Unser und des heiligen Reichs gerechte nnd gewisse *Matricul* zu halten / davon auch in unserem/ und des Richs-Abscheiden 2c.

13. Tamen & hæc Matricula est imperfecta: tum eorum respectu, qui eo relati sunt, tum respectu onerum: & anno 1548. in Comitiis Ratisbonensibus insi-

gnis

gnis Catalogus Imperatori & Statibus est oblatus eorum, qui eximendi sunt; prætereaque jam tum exempti sunt sententiâ Cameralium, Episcopatus Slesvicensis a domo Holsatica 1587. Secundo Caminensis: Abbas Rittershusanus, & hinc in *J. P. constitutum art.* 8. §. 3. ut matricula emendaretur; & cum postea anno 1654. Fiscalis Cameræ exhiberet matriculam Ratisbonæ, ubi adscripti etiam erant Status recentiores Civitates novam hanc matriculam, tanquam se insciis, confectam, non approbarunt; suamque protestationem interposuerunt; quæ conservatur in Archivo Civitatum Imperialium Spiræ. Et hinc *in R. J. de anno* 1654. §. 184 *ita legitur*, Weilen aber verschiedene Ständde/ und in specie die Reichs-Städte/ zu angedeutetem quanto sich nicht ehender verstehen wollen/ biß die in puncto moderationis matriculæ hernach bedingte Erkundigung zur Richtigkeit gebracht/ und damit die nothwendige Verfassung hiedurch nicht gehindert werde/ söll aller müglicher Fleiß angewendet werden/ damit solche Erkundigung noch vor dem 1. Septembris bey denjenigen/ welche sich zu diesem nothwendigen Werck dißfals beschwert befinden/ für die Hand genommen und erörtert werden: Entzwischen aber solln dieselbe nach der alten Reichs-Matricul ihre quotas mit bey zu

tragen schuldig seyn. Unde facile judicari potest, de eorum opinione qui putant, Matriculas etiam negative probare.

14. Ratio, quod Matriculæ sint adeo imperfectæ, videtur esse, quod post tempora Friderici III. vocatio fuerit facta literis ad singulos Imperii Status datis: in qua quocunque tempore plures sunt omissi, & interdum forte etiam non inviti, ut sic evitarent impensas, quæ propter comparitionem in Comitiis faciendæ erant: quo accedit, quod Status Imperii potentiores ad augendam suam potentiam, quocunque tempore operam dederint, vel hunc vel illum infirmiorem Statum eximendi, & sibi subjiciendi. Quid sperandum sit tandem de moderatione & correctione Matriculæ, *vid. Spid: voce Matricul.*

TIT: XIII.

De Electoribus Imperii omnibus.

Electores sunt Principes Imperii Archiofficiales, Ecclesiastici & Seculares, lege Imperii constituti, ut Imperio Imperatore destituto, Regem Romanum, in Imperatorem promovendum, ritè eligant, eumque Imperio præficiant, *A. B. c.* 1. 2, *&* 4.

1. Ele-

1. Electores, secundum A. B. sunt septem: hodie, secundum J. P. Octo.

Electores sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares.

2. Ecclesiastici sunt tres Archi-Episcopus Moguntinus, Archi-Episcopus Coloniensis & Archi-Episcopus Trevirensis.

Seculares hodie sunt quinque: Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis & Comes Palatinus.

3. Origo horum Electorum est obscura; quidam eos institutos putant ab Ottone III. qui tamen, hoc nostro seculo, ab omnibus fere Scriptoribus deseruntur: Constitutio enim Ottonis nullibi reperitur: & præterea aliquot seculis adhuc post Ottonem III. Imperatores ab omnibus Statibus Imperii sunt electi.

Alii eos institutos esse existimant, ab Ottone IV. sed refutantur ex Epistola, quam Status Imperii ad Innocentium IV. Pontificem dederunt, *quæ habetur apud Goldast. Tom. I. const. p.* 287. ex qua constat, ipsum Ottonem adhuc promiscue a pluribus Principibus fuisse electum: sicut & Fridericus II.

Alii originem eorum referunt ad Fridericum Secundum, & quidem diversimode; quidam arbitrantur Fridericum

constitutionem de septem Electoribus tulisse; quippe cum certum sit, Wilhelmum Hollandiæ Comitem primum electum esse ab Electoribus, & quidem vivo Friderico II. quæ electio cum fuerit injusta, Electoribus quasi possessionem juris eligendi non potuit tribuere; & illud reliquis Statibus eripere. Si ergo habuerunt, & tamen non habuerunt per præscriptionem & consuetudinem; necessario Fridericus II. constitutionem videtur tulisse de VII. Electoribus, licet ea postea sint abusi.

Verum, non uidetur verosimile, hoc factum esse constitutione Friderici II. quia nullus Scriptor coævus hujus constitutionis facit mentionem, sed omnes ad consuetudiuem provocant; quia secundo anno 1237. Friedericus II. curavit eligi ab omnibusPrincipibus Conradum,quod non fecisset, si fuisset talis constitutio: neque tamen præsumitur, postea illud factum: quia ab eo tempore Cæsaris illius authoritas paulatim eviluit, ita ut talem constitutionem ab illo authore proficisci non potuisse, probabile sit.

Alii putant, factum esse tempore Friderici Secundi, sed spontaneo decreto Principum, & quidem ad solicitationem Innocentii IV. Pontificis in Concilio Lugdunensi circiter annum 1244. quo referunt

runt verba Alberti Stadensis Abbatis *in Chronic. ad annum* 1240. *ibi. ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus &c.* Et verba Martini Poloni, qui fuit Pœnitentiarius Innocentii IV. *in Chronico, ibi. & licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, tamen postea fuit institutum, ut per Officiales Imperii Imperator eligeretur, qui sunt septem &c.* Verum & hic ea obstant, quæ dicta sunt de constitutione Friderici Secundi. Et sane, si tale decretum factum esset, unus ex historicis referret, & non provocaretur ad consuetudinem.

Verba Historicorum nondum probant, illud factum esse per decretum ordinum Imperii, sed dicunt, consensu ordinum illud factum: institutum postea esse, ut hi septem eligerent: sed inde non sequitur, ergo hoc factum est consensu expresso: consensus enim tacitus, est etiam consensus: institutum per consuetudinem, eriam est institutum. Isti qui institutionem Collegii Electoralis adscribunt Carolo IV. ex ipsa A. B. refutantur. Alii Pontificibus Summis hoc attribuunt, & id iterum diversimode; quidam Gregorio V. qui tamen ab ipsis Pontificibus refutantur, & post eum, omnes Principes elegerunt Imperatorem. Alii Gregorio X. Sed & illi inde refutantur, quod jam fuerint

Electores

Electores ante Gregorium X. Alii Innocentio IV. quorum opinio vera esse potest, si intelligant hoc de causa impulsiva, illud enim quod Gregorius IX. jam tentaverat, scilicet persuadere Principibus, *per constitutionem Ottonis III.* jus eligendi pertinere ad Officiales Imperii, in Concilio Lugdunensi tandem obtinuisse videtur circiter annum 1244. & ita demum biennio post primum Henricum Landgravium Thuringiæ soli Septemviri elegerunt; & postea Wilhelmum Hollandiæ Comitem, qui etiam post mortem Friderici II. imperavit. Interfuit enim Summi Pontificis hoc credi, quandoquidem ad Anti-Cæsaris electionem omnes Principes adducere non licuit: facile autem Principes septem, præsertim dignitate ornatos in partem trahere, atque ita, suo nutu, electionem Cæsaream huc illuc flectere, *Conring in not. ad Lamp. part* 3. *c.* 4. §. 3.

Isti vero, qui summum Pontificem legitimum authorem constituunt, sine dubio errant: nulla enim Pontificis in Imperio nostro est potestas, & hinc Electores *apud Goldastum Tomo un. constit. p.* 439. se mirari dicunt, quod Pontifex Electoribus præscribat, eos jubeat iisque vetet.

Rectius itaque isti sentire videntur, qui hoc Collegium Electorale, tempore Fri-

derici

derici II tacito consensu reliquorum Statuum quos merito tandem turbarum Imperii tædebat, cœpisse putant; progressum habuisse, post mortem Friderici Secundi, & tandem confirmatum fuisse in A. B. & hinc esse, quod A. B. ad consuetudinem se referat. Quod immerito alii de interpretativa, seu de tali consuetudine, quæ legem semel latam, ita perpetuo sit interpretata accipiunt: talis enim Lex nunquam lata est, ut dictum.

Nec obstat, quod Electio Wilhelmi fuerit injusta, quia vivo Cæsare erat facta; & sic reliquis Statibus suum jus nec eripere, nec consuetudinis initium facere potuit. Aliud enim est, electio Imperatoris est injusta, & aliud est injustum esse, quod hi septem elegerint, seu quod idem est aliud est jus, aliud exercitium Juris: in hoc potest esse iniquitas: illud autem semper justum manere. Illa potest esse injusta, quia vivo & invito Imperatore facta est: hoc autem, quod hi septem elegerint, justum est, quia tacito consensu aliorum factum est: & sic voluntate eorum; hæc consuetudo posterior abrogavit priorem, iisque jus eligendi eripuit.

4. Electores instituti sunt, ad evitanda interregna, quæ ex promiscua omnium Statuum Imperii electione oriri solebant.

5. Ele-

5. Electores sunt partim Ecclesiastici, partim Seculares: quia cum liberrima electio adhuc in usu esset, illa fiebat a Statibus Ecclesiasticis & Secularibus, quæ postquam iu hunc angustum numerum est redacta, ab utroque ordine etiam fieri debebat.

6. Hi septem constituti sunt, quia summa in Imperio administrabant officia, inde versus apud Martinum Polonum.

Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum.
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor Ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus.
Hi statuunt Dominum, cunctis per secula summum.

De juribus & prærogativis Electorum dicemus suo loco.

TIT: XIV.

De Electoribus Singulis.

Elector Moguntinus, est Elector, qui Archi-Episcopatui Moguntino rite est præfectus.

1. Catalogum Archi-Episcoporum Moguntinensium *vid. apud Limn. Tomo 4. ad lib. 3. c. 4.*

Hodi-

Hodiernus eſt, Anshelmus Franciſcus Fridericus, prognatus e familia equeſtri Rhenana Ingelheimiorum a pluribus ſeculis inclyta.

Moguntinus eſt Archi-Cancellarius per Germaniam.

2. Elector Trevirenſis, eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Trevirenſi rite eſt præfectus.

3. Catalogum Epiſcoporum Trevirenſium *vid. apud eundem Limnæum, Tom. 4. ad lib: 3. c. 5.*

Hodiernus eſt Johannes Hugo, ſucceſſit Avunculo ſuo Carolo Caſpari a Petra ſive von der Leyen. Natus eſt ex familia equeſtri, juliacæ ditionis Orsbeckiorum. Trevirenſis, eſt Archi-Cancellarius per Galiam.

4. Elector Colonienſis, eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Colonienſi rite eſt præfectus.

5. Catalogum horum Archi-Epiſcoporum exhibet idem Limn. tom. 4. dict. cap. Hodiernus eſt Maximilianus Henricus ſucceſſit Patruo Ferdinando Duci Bavariæ in quorum familia jam per integrum ſeculum Electoralis hæc dignitas continuata eſt. Colonienſis eſt Archi-Cancellarius per Italiam.

6. Officium Cancellariorum eſt antiquiſſimum, & apud Romanos Imperatores

res dicebantur Quæstores sacri palatii *l. 2. ff. de off. Quæst. l. 32. §. 2. C. de appellat*; sub Constantino hos Quæstores cœpisse, putat *Guido Panciroli. in Not. Imp. Orient. c. 71.*

Postea a loco, ubi officium exercere solebant, Cancellarii dicti, *teste Niceta lib. 7. rer. ab Imp. Manuel. Commen. gest. Guido Panciroli. in Notit. Imp Orient. dict. cap. & Imp. Occident. c. 34. Iung. Cujac. in parat ad Cod. hoc tit.*

7. Cum Imperatores nostri haberent tria regna, etiam tres Archi Cancellarios constituerunt.

Mallinkrot in tract. de Archi-Cancellar. & Cancellar. Sacri Imperii Romano-German. pag. 20 & seqq. originem hujus Archi-Cancellariatus refert ad Ottonem Primum Imperatorem, a quo Wilhelmus Archi-Episcopus, filius hujus Ottoni, hanc obtinuerit sedi suæ prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus, non alii, quam Moguntini Antistites, Romani Imperii Archi Cancellarii constituerentur: verum, an expresso Ottonis Primi aliusve Imperatoris privilegio, an vero tacito quodam, ut sæpe factum novimus, ac paulatim gliscente jure, Archi-Cancellariatus Imperii Moguntinæ sedi annexus, &, ut vulgo loquimur, incorporatus fuerit, cujusque arbitrio & judicio

dicio vel tenendum vel rejiciendum relinquit.

Interim illud verissimum esse, Wilhelmum prædictum fecisse initium privative possidendi & exercendi hanc primariæ dignitatis functionem.

Idem Mallinkrot *dict. tr. de Archican. p. 37. p. 41. & 43.* conjicit, sub Imperatore Henrico V. sive Friderico I. Coloniensibus Archi-Episcopis accessisse Italicum Archi-Cancellariatum *p. 41. & 43.* addit, definitu non ita proclive esse, à quartone an quinto Henrico, an vero Lothario Saxone gratiam & privilegium obtinuerint.

De Trevirensi Archi-Cancellariatu *eodem tractatu p. 37.* ita dicit: sive Italicus Archi-Cancellariatus Henrici V. sive Friderici Primi Imperio Coloniensibus Archi-Episcopis accesserit: Gallicus certe & Arelatensis Archi-Cancellariatus hoc posteriori antiquior & anterior constitui nequit: prædictus enim Imperator Fridericus, cum priorem uxorem Adilam, sive Alheidam, Marchionis Vohburgensis, Theobaldi filiam, ob consanguinitatis impedimentum dimisisset, duxit 1157. regni sui quinto, Beatricem, filiam Burgundiæ Comitis Reginardi, ac beneficio amplissimæ dotis Burgundiam ac provinciam, Arelatense deinceps regnum dictas, sibi

ſibi acquiſivit, ac Imperio, a quo longo tempore ſeparatæ fuerant, recuperavit. Ea igitur occaſione ſuſpicari quis poſſet, Archi-Cancellariatum Arelatenſis Regni, Galliæque, primitus inſtitutum fuiſſe. Nulla enim abſurditas ſit cum præcedentibus annis non minus de Italico quam Gallico, duorum iſtorum Archi-Epiſcopatuum Archi-Cacellariatibus apud Hiſtoricos & alios authores altiſſimum ſilentium fuiſſet; Friderico autem Colonienſis non ſemel Italiæ Archi-Cancellarius vocetur, ſi dicamus circa eadem fere tempora vel ſaltem annorum intercapedine non adeo magna intercurrente, partim ſub ipſo, partim non ita diu ante ejus Imperium utrumque cœpiſſe. Nec poteſt anteriori alicui iſta conſtitutio, Gallus imprimis Archi-Cancellariatus convenire atque attribui, quandoquidem illius inſtitutioni omnis occaſio defuit. *p*. 45. idem ſcribit: fere crediderim & concludendum putarim, quo tempore electoralis dignitas, ſub Innocentio IV. vel Succeſſorum ejus proximorum aliquo, Trevirenſi collata eſt, ſimul etiam Archi Cancellariatum primitus conceſſum eſſe.

8. Rex Bohemiæ, ut hic eum conſideramus, eſt Elector, qui Regno Bohemiæ legitime præ eſt.

9. Ducum & Regum Catalogum exhibet,

bet, *idem Limn. lib.* 3. *c.* 8. §. 79. & supplet *Tom. V.* Hodiernus est invictissimus Imperator noster Leopoldus. Est Archipincerna, & quando ministrat, non tenetur coronam regalem gestare, *A. B. c.* 4. §. 4.

Subofficiarium habet Vice-Pincernam de Limpurg *A. B. c.* 27. §. 6,

Jura ejus, & controversias circa ea moveri solitas, *videbimus lib.* 3.

10. Elector Bavariæ est Elector, qui Ducatui Bavariæ legitime præest.

Hodiernus est Maximilianus Maria Emanuel Cajetamus Ludovicus Franciscus Ignatius Antonius Josephus Felix Nicolaus Pius; Filius Ferdinandi Mariæ & Henriettæ Adelheidis Sabaudæ. Archi-Dapifer. Sub officiarius ejus est Dominus de Waldburg. *A. B. c.* 27. §. 6.

11. Elector Saxoniæ, est Elector, qui Ducatui Saxoniæ legitime præest.

Hodiernus est Johannis Georgius III. Filius Johannis Georgii II. & Magdalenæ Sibyllæ Brandenburgicæ.

Est Imperii Archi-Marschallus, Subofficiarius est Comes de Pappenheim. *A. B. c.* 27. §. 3.

12. Elector Brandenburgicus est Elector, qui Marchionatui Brandenburgico legitime præest.

Hodiernus est Fridericus Wilhelmus. Filius

Filius Georgii Wilhelmi & Elisabethæ Carolæ Palatinæ, Est Imperii Archi-Camerarius. Subofficiarius ejus *per A. B.* est Comes de Falkenstein: hodie, Comes de Hohen-Zolleren.

13. Elector Palatinus est Elector, qui Comitatui Palatino ad Rhenum legitime præest. Hodiernus est Dux Neoburgicus Philippus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni &c. &c.

Est Imperii Archi-Thesaurarius. Ejus subofficiarius est Comes de Sinzendorff *J. P. art.* 4. de juribus singulorum Electorum, & controversiis *lib.* 3. agemus.

14. De familiis Electoralibus cum Catalogo Electorum, *vid. Limn. lib.* 3.

Genealogias Electorum, ut in sequentibus circa Principes faciemus, de industria omittimus; tum quia compendii nostri ratio hoc non admittit: tum quia volumus, ut Domini Auditores nostri diligenter volvant *Syllogen Genealogicam Doctoris Speneri, multis nominibus commendandam, post quem videre possunt Reusnerum, Rittershusium, & alios.*

15. Archiofficia Imperii, quonam tempore cœperint, incertum est. *Mallinckrot p.* 170. hæc officia nec ad imitationem Romanorum, nec Græcorum introducta esse existimat; sed esse inventum Germanorum:

norum; eaque ab initio certis personis, vel familiis non fuisse assignata, sed nunc huic, nunc alii, ex honoratissimis tamen, in Curiis solennibus Imperatorum fuisse mandata; adeo ut nec ipsimet Reges, Germanico Imperio obnoxii, præteriti fuerint *Goldast. lib. 3. de Regno Bohem. c.* 8. & quod hinc Rex Daciæ seu Daniæ Lothario Saxoni Imperatori, in signum subjectionis, ad decorem Imperialis reverentiæ, gladium sub corona prætulerit: *Otto Frisingensis lib. 7. c. 9.* & probabile hinc sumi argumentum, antiquis seculis illa apud nullum fixas sedes statuisse, sed potius, uti sub Ottonibus, ita etiam sub Henricis, aliisque sequentibus longo tempore Imperatoribus, motoriam, uti in proverbio est, egisse fabulam: usque ad Friderici II. Imperium, ita tamen, ut hæc Archi-Officia, ipsa Electorum institutione antiquiora existimet *p.* 192.

Conringius existimat, hæc Archi-Officia certis familiis & quidem his, quæ hodie iis gaudent, a Friderico Primo Imperatore fuisse data, *vid. eum in not. ad Lamp. p. 3. c. 4. §. 1.*

Quicquid horum sit, illud certum est, ea non instituta esse ab Henrico II. ut ab Episcopo Bambergensi dependeant, tanquam feuda, secus, quam quidam alii

docent. Nam Henricus II. nihil aliud voluit, quam ut hi Cives Imperii honoratissimi (tunc enim temporis Electores nondum fuerunt) hæc nobilia officia, jam olim quidem ab Imperatoribus introducta, sed certis familiis nondum assignata, præstarent Episcopatui Bambergensi, a se instituto, eorumque officiorum gratia, quædam ab Episcopo in feudum recognoscerent. Hæc autem tantum pertinere ad Episcopatum Bambergensem, non autem ad Imperium, vel inde patet, quod ratione hujus Episcopatus Domini EE. alios Subofficiarios habeant: Bohemus nobilem de Auffsaz: Palatinus Dapiferum de Pomerfelden: Saxo Marschallum de Ebner: Brandenburgicus nobilem de Rotenhan. Quo accedit *primo*, quod Episcopalia hæc semper accipiant per Plenipotentiarios, secus quam Imperialia: quod *secundo* Episcopo semper hæc officia exhibeant per suos Vicarios, secus quam in imperialibus: quod *tertio* in investitura Saxonis 1623. in Episcopalibus bis officiis nullum juramentum præstitum, sed promissio facta fuerit stipulata manu, *Limn. ad A. B. c. 27. obs. 7. adde Mallinckrot*; & quamvis ex Archivo Bambergensi probari posset, hæc Archi-Officia Imperii, Henrici Sancti beneficio esse instituta, non tamen

men exinde ſequitur & concludi ſimul poteſt: quod eo ipſo ab eodem iſti Principes, qui hodie ſunt Electores, cum excluſione aliorum privative ſint conſtituti Officiales Imperii.

TIT. XV.

De Principibus Imperii in genere & Eccleſiaſticis in ſpecie.

Vocaculum Princeps accipitur *primo* eminenter, & hac ratione Imperator in inſcriptionibus literarum dicitur: Der Allerdurchleuchtigſte / Großmächtigſte und Unüberwindlichſte Fürſt und Herr. *Secundo* generaliter & hoc modo, omnes Imperii Status, præter Electores & civitates, Principes dicuntur, ut in Comitiis der Fürſten Rath. *Tertio* ſpecialiter, & ab Electoribus, Comitibus & Baronibus diſtinguuntur. *Quarto* ſpecialiſſime, & ſunt ſimpliciter Fürſten ſeu Principes, ut ſunt Principes Anhaltini; *de quibus capite ſequenti. Schutzius in Collegio Publico volum.* 1. *Exercit.* 8 *th.* 2 & 3. Sex acceptiones hujus vocabuli refert: quæ tamen omnes huc non videntur ſpectare.

1. Princeps Imperii, ut ſpecialiter ſumitur, eſt Princeps, votum & ſeſſionem in Comitiis habens.

Principes Imperii sunt vel Ecclesiastici vel Seculares.

2. Episcopi & Sacerdotes omni tempore in magno honore Germanis fuerunt, *referente Tacito, de moribus German. c. 11. dum ait: ut turbæ placuit, consident armati, silentium per sacerdotes, quibus tum & coercendi jus est, imperatur. & c. 7. Cæterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare, nisi sacerdotibus permissum. Non quasi in pœnam, nec Ducis jussu, sed velut Deo imperante.* Apud Imperatores & Reges Francicos, nullum bellum susceptum, vel prælium commissum, cui Episcopi non interfuerint. *Frodoard. in Chron. ad ann.* 925. imo, nullum negotium, sine consilio eorum, susceptum est, und bey den Fränckischen Käysern seind die Ecclesiastici in den allgemeinen Reichs-Versamlungen / da man von Religions-Sachen / guter Policey und Disciplin berathschlägt / mit und neben den Reichs-Officialen und Ständen / session auch die oberste Stell / Stimm und Sitz nach dem König gehabt / auch unter dem complexu verbi (Principum Regni) begriffen gewesen. *Daniel Heider. in actis Lindav. lit. R. R. fol. 586. Lehman. in Chron. Spirens. lib. 2. c. 15.* Credebant enim antiqui Imperatores, tum demum recte omnia processura, si Religio-

nis antistites suis consiliis præsentes haberent.

3. Sane præfati Episcopi, circa honorum aucupia soliciti, dum reliqui bello & armis studebant, literis imbuti & politicis negotiis in dies assueti, primariis officiis admovebantur: exemplo sunt Archi-Cancellariatus Imperii nostri.

4 Et dum Consiliis suis necessarios se reddebant Imperatoribus, magno honore quocunque tempore eos sunt prosecuti, & magna eorum liberalitas in eos existebat. Caroli Magni quidem consuetudo non fuit, integras provincias cum Imperio ecclesiis donare, sed pecuniam tantùm & mobilia, quandoque etiam prædia, ex quibus Episcopi & Præsbyteri sese sustentare poterant. In testamento suo sive codicillis, aurum & supellectilem suam Ecclesiis divisit. *Eginhard. in vita Caroli M.* filius, Ludovicus Pius, ob maximam in religione devotionem & venerationem erga Clerum, ipsis Episcopis, aliisque Præpositis Ecclesiarum, certos fundos & reditus assignavit, eosque titulo Principis condecoravit, id quod Carolus Pater ejus nunquam fecit, sed eos vocavit Summos Pontifices, Episcopos, Præsules, Abbates, Parochos, & Sacerdotes. *Frodoard. in Chron. ad ann. 926. Lehmann. in Chron. Spiren. lib. 2. c 15.*

5. Lapsis Francorum rebus, ita largæ factæ sunt Principum donationes, ut oppida etiam, vici & integri ducatus Episcopis concederentur. Quo immensæ privatorum largitiones accedebant, ita ut, cum Episcopi se summis honoribus præfulgere & opibus abundare viderent, facile dignitatem Statuum Imperii & potestatem secularem Principibus parem ambirent; imprimis cum natalium splendore reliquis plerumque æquales existerent. Id quod factum Ottonis Primi tempore, hic enim omnium primus jurisdictionem secularem, territorialem, cum regalibus concedere cœpit: & Brunoni, Archi-Episcopo Coloniensi, fratri suo, Viro, vitâ, moribus & genere nobili, Ducatum Lotharingiæ cum Diœcesi Coloniensi, simul cum seculari potestate contulit, illeque pariter judicio gladii temporalis, & regimine baculi pastoralis usus est.

Idem Gislero, Archi-Episcopo Magdeburgensi Ducatum ad Albim Scartoviæ gubernandum reliquit. Alios insuper ecclesiasticos Ducatibus, Comitatibus, aliisque feudis & pagis cum temporali potestate & jurisdictione, æque augusta liberalitate ditavit. Id quod viris istius temporis secularibus cordatis, contra ordinem juris, concessum esse videbatur

batur: & in Chron. Erfurt. M. S. emphatice ſcriptum reperitur: Da begunten zu erſt die Biſchöffe weltliche Rechte zu haben / das daucht damalhs ohnbillich manchen Mann / *vid. etiam Lehm. lib.* 4. *c.* 3.

6. Exemplo horum, poſtea ambitio licentiæ & regnandi Studium in cauſa fuerunt, ut etiam Monachi & Epiſcopi alibi Imperia mixta & mera appetere, aucupari vel mercari & ſua facere, vel reclamante profeſſione ſua, veriti non fuerint, *Vadian. apud Goldaſt. in alemann. antiq. tom.* 2. *part.* 1. Epiſcopos etiam Abbates ſecuti ſunt. Abbas S. Galli 1204. principalem dignitatem obtinuit. *Stumpff. Chron. lib.* 5. *c.* 6.

7. Abbas zu Einſiedel 1274. Principis titulum, Imperatoris gratia, impetravit, *Heider. in act Lindav. fol.* 52.

Abbati & Monaſterio ſ. Haimerani Ratisbonæ, 1313. ſub Henrico Imperatore ab ejus filio, tunc Bohemiæ Rege, principalis dignitas, cum regalibus, eſt adquiſita *Heid.* von Reichs-Vogt.ien *fol.* 40.

De Abbatibus quoque Fuldenſibus, Hirſchfeldenſibus, Campidonenſibus, Murbacenſibus, Prumenſibus, Corbejenſibus; Stabulenſibus; nec non Præpoſitis Elbangenſibus & Berchtolſgadenſibus, quod ſeculo demum ſuperiori a Prælatorum ordine ſejuncti & parem cum reliquis

Principibus in subselliis Ecclesiasticis, vulgo der geistlichen Banck / dicendæ sententiæ potestatem in solidum obtinuerint, *demonstrat. Tobias Paurmeister lib.* 2. *c.* 9. *de Jurisdict. n.* 7. *& seqq.* Plures recenset *Theodor. Spreng. in Instit. Jur. Publ. lib.* 2. *c.* 44. *p.* 366.

Abbatissa quoque Lindaviensis, ad lacum Bodamicum, fere omnium prima, principalem dignitatem obtinuit, & post eam Abbatissæ Monasteriorum Ratisbonæ superioris & inferioris, Ober- und Nieder-Münster / regnante Friderico Secundo anno 1216. *Daniel. Heider.* von Reichs-Vogt. *fol.* 41.

8. Quamvis autem, a temporibus Ottonis Primi, Ecclesiastici cœperint esse Principes Imperii, tamen semper fuerunt adhuc sub Advocatis tutelaribus & Vicedominis, unter den Kasten-Vögten.

Der Kasten-Vögt Ampt war / nicht nur die Stifft und Klöster / sampt ihren Leuten und Gütern / vor ungerechten Gewalt zu beschützen: zumahl in- und ausserhalb Rechtens zu vertretten / so wohl ihre bürgerliche Gericht (omnem enim jurisdictionem in territorio Ecclesiasticorum, seu monasteriorum exercebant: Ita tamen, ut de proventibus fiscalibus, seu malitiis, von Frevel und Bussen / Abbates unam, protectores vero alteram reciperent semissem.

Lehm.

Lehm. lib. 2. Chron Spir. c. 35. & paſſim) da ſie deren gehabt zu beſitzen / ſondern auch ihre Haußhaltungen des Einnehmens und Außgebens ſich zu beladen / und dem Käyſer deßwegen Rechnung zu geben. *Lehm. d. c. 35. & 36. Heider.* von Reichs-Vögten *fol.* 8. 53. *& ſeqq.*

Dañ obwohlen den Biſchoffen und Aebten / ſub Ottonibus & ſequentibus Imperat. Gantze Hertzogthum / Graff- und Herrſchafften / auch Städte vergabet worden: auch etwan alle Obrigkeit eingeraumet / ſo ſind doch ihnen die Kaſten Vogteyen nicht gleich gar abgenommen / ſondern die kayſerliche Güter / Regalia, Zöll &c. noch eine geraume Zeit dem Reich vorbehalten worden / *Conring. de Epiſcop. Germ. fol.* 169. *& ſeqq.*

9. Et hinc hæ advocatiæ in feudum interdum concedebantur, & quod emolumentum Cænobium Imperatori præſtare debebat, id omne Duci aut Comiti, de advocatia inveſtito, præſtabat. *Heider.* von Reichs-Vögt. *lit. K. fol.* 43.

10. Tempore Friderici Secundi Imperatoris, advocatias haſce tutelares, plurimi ex Epiſcopis & Abbatibus, vel grandi pecuniæ ſumma, vel quocunque alio titulo gratioſo redemerunt, & ab hoc jugo ſeſe in totum paſſim exemerunt. *Vadian. de Monaſt. lib. 2. fol.* 103. *vid. de*

his omnibus latius Myler. ab Ehrenbach in Archologia. c. 13. 14. 15.

11. Et sic a temporibus Ottonis Primi, Ecclesiastici duplicem potestatem habent, & secularem & ecclesiasticam.

Nec obstat, quod superius diximus, Ludovicum Pium ipsos condecorasse titulo Principis. Nam honoris gratia ita ab Imperatore vocati sunt, & nullum Ducatum aut Comitatum, cum superioritate & jurisdictione seculari simul obtinuerunt. Et hinc Carolus Crassus in constitutione de Expeditione Romana, de qua nos supra egimus, Ecclesiasticos Antistites primarios spirituales Principes nominat, & sic principalem titulum habuerunt sine re: *ut late Lehm.* hoc contra *alios demonstrat. lib. 2. Chron. Spirens. c.* 16.

Atque ab eo tempore adhuc hodie investiuntur cum omnimoda jurisdictione mit aller weltlichen oder Landsfürstlichen Obrigkeit *A. B. tit.* 26. *in pr.* wann sie ihre Königliche Lehen vom König oder Käyser nehmen rc.

12. Princeps Imperii Ecclesiasticus est Princeps, qui feudo ecclesiastico & seculari rite præfectus est, & votum & sessionem in Comitiis habet.

Principes ecclesiastici sunt primo Archi-Episcopi. Quales in Imperio nostro, præter tres Electores, fuerunt Archi-Episcopus

pus Magdeburgensis, Primas Germaniæ, Salisburgensis, Bremensis & Vesontinus: Ex quibus Salisburgensis adhuc hodie superest, & Primas germaniæ. *Conringius in notis Lampad. part.* 3. *c.* 6. §. 4. numerat novem, & addit Pragensem & Rigensem.

Archi-Episcopi Primatibus seu Patriarchis reverentiam & obedientiam debent, & ab illis ad hos appellatur. In Belgica provincia Trevirensis Primas est. *Becker. in Synopsi lib.* 3. *c.* 3. De Patriarchis aliis, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno & Hierosolymitano. *Vide Spreng. lib.* 2. *Instit. jur. Publ. c.* 34.

13. Archi-Episcopi in suffraganeos & reliquos Episcopos provinciæ totius jurisdictionem habent.

Moguntino subsunt suffraganei seu comprovinciales Episcopi; Herbipolensis, Spirensis, Argentinensis, Constantiensis, Wormatiensis, Augustanus, Paderbornensis, Hildesiensis, Eychstetensis, Curiensis, Halberstadensis & Verdensis. Coloniensi subsunt, Leodiensis, Monasteriensis, Mindensis, Osnabrugensis & Ultrajectinus; sed hic, tradente eodem Beckero, cum tot novi Episcopi in Belgio eligerentur, in Archi-Episcopatum excitus, & Coloniensis superioritati subtractus est.

Trevirensi parent Metensis, Verdunensis & Tullensis. Verum & hic mutatio intercessit.

Magdeburgensi subsunt, vel potius subfuerunt: Misnensis, Merseburgensis, Naumburgensis, Brandenburgensis & Havelburgensis.

Salisburgensi parent, Ratisbonensis, Passaviensis, Tridentinus, Frisingensis, Brixiensis, Gurcensis, Chiemensis, Seccoviensis, Lavantinensis & Viennensis.

Bremensi subsunt, vel potius subfuerunt, Lubeccensis, Razeburgensis. Scheuriensis, Slesvicensis & Lebusiensis.

Vesontino subfuerunt, Basiliensis, Lausanensis & Beliensis. *vid. Winzl. de jur. Episcop. tit.* 2.

14. Secundo Episcopi: quibus subjiciuntur Clerici: in decem circulis Germaniæ fuerunt 32. ex quibus tamen multi seculares facti sunt. vide de his omnino Conringium, qui putat numerum Episcoporum intra Imperii limites longe quondam excessisse quinquagenarium. *in not. ad Lamp. part.* 3. *c.* 6. §. 4.

15. Tertio Prælati & Fürstenmässige; quales præter magistrum ordinis Teutonici, & Johannitici, quorum prior inter Episcopos, posterior inter Abbates sive Prælatos, qui Principum dignitate fulgent, primus sedet. Verba Conringii dicto

cto capite in pr. hæc sunt : etenim in Conventibus Imperii Classis Principalis, jam tum ab aliquot seculis Ordinis quidem Teutonici, qui appellatur, summus Magister proximum ab Archi-Episcopis si per Bambergensem liceat: Johannitici Ordinis potissimus per Germaniam Magister sic satis eximium locum inter Prælatos Principes occupat.

16. Quarto Abbates gefürstete Aebte: Hirsfeldensis, qui hodie *per I. P. art.* 16. secularis est, Murbacensis, Campidonensis, Corbeiensis, Prumiensis, Stabulensis, S. Emerani Ratisbonæ.

17. Quinto Præpositi: Elvangensis & Berchtelsgadensis.

18. Sexto Abbatissæ quædam: Quedlinbergensis, Gemrodensis, Buchaviensis, Essensis, Herwordensis Andlaviensis &c. *Spreng. lib.* 2. *Inst. jur. Publ. c.* 44. longe plures recenset, & Gernrodensem exemptam a Principibus Anhaltinis dicit.

19. Episcopi ab initio, per universam Ecclesiam, Clerum & populum fuerunt electi, & hunc modum Cyprianus Apostolicum vocat. Postquam Imperatores, circa seculum quartum Christianismum amplexi sunt, sui se admonentes officii, ipsi constituerunt, tam Patriarchas sive Metropolitanos, quam reli-

quos Episcopos, quoties libebat, rursusque ab officio removebant, quos tam arduo munere indignos censebant. Cùm postea occidentis Reges Christianam Religionem profiterentur, idem jus constituendi & promovendi Episcopos, sibi vindicarunt.

20. De Merovingis, Francorum Regibus satis constat, Episcopatus ab iis concedi solitos, sola manuum impositione, & Præsbyterorum ordinatione Episcopis cæteris relicta.

21. Carolus Magnus, & ejus Posteri, idem jus sunt consecuti, illudque conservarunt.

22. Cum Imperium Romanum in persona Ottonis (in Germanos transferretur; idem jus quod Carolus Magnus habuit, ipsi concessum est, scilicet, Pontifices, Archi-Episcopos, Episcopos &c. constituendi & deponendi *c.* 24. *dist.* 63.

Hoc jus usque ad Henricum Tertium, Germani quiete exercuerunt. Post hujus mortem Gregorius VII. Henrico IV. jus investiendi per annulum & baculum extorquere sategit, sed Henricus IV. fortiter se opposuit; licet aliquoties a Pontifice excommunicatus fuerit: Henricus V. filius ejus, Calixto Pontifici tandem hoc jus cessit in Comitiis Wormatiensibus 1122. & cum Pontifice convenit, ut ipse Pon-

Pontifex haberet jus conferendi beneficia Ecclesiastica per baculum & annulum, Imperator vero regalia conferret per sceptrum. Constitutio asservatur Romæ, aureo sigillo munita. *Lehm. lib. 5, c. 42. sub fin.*

Sequentes Imperatores, usque ad Fridericum Secundum, omnem operam ad vindicandum hoc jus, impenderunt, sed infelici successu; illudque postea apud Pontifices perpetuò mansit.

23. Quia tamen Pontifices sic sibi multum licere in Germania videbant, sub variis prætextibus & justitiæ coloribus, gravissima onera Germanis imposuerunt, & immensæ pecuniæ summæ in Cameram ipsorum quotidie erant inferendæ; adeo ut Imperii Principes & Status vehementer conquesti fuerint: imo ipsi Imperatores iterum se opponere cœperint, & anno 1447. inter Fridericum III. & Nicolaum V. Papam concordata facta sint. De collatione beneficiorum Ecclesiasticorum, & annatis, præter beneficia ecclesiastica, quæ sibi soli Pontifex reservabat, & quæ ab eo immediate dependebant, circa alia ita convenit; de cæteris vero dignitatibus & beneficiis quibuscunque secularibus & regularibus vacaturis, ultra reservationes prædictas (majoribus dignitatibus, post Pontificales in

cathedralibus & principalibus, in collegiatis Ecclesiis exceptis; de quibus jure ordinario provideatur, per illos inferiores, ad quos alias pertinet;) placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reservationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacunque verborum forma, per nos, vel authoritate nostra factam vel faciendam, non impediamus nos, quo minus de illis, cum vacabunt in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris & Decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinebit: reservatione aliave quavis dispositione, authoritate nostra factis vel faciendis non obstantibus quibuscunque: quoties vero aliquod vacat beneficium in Januarii, Martii, Maji, Junii, Septembris & Novembris mensibus, ejus collatio dictæ sedi competat. Et hi menses in jure publico nostro dicuntur Menses Papales, quia in his Papa habet jus conferendi.

De Annatis dispositum; ut nec annatæ nimiæ, Ecclesiamque gravantes, nec de minoribus beneficiis, nec si pluries beneficium intra annum vacaret, plusquam semel solvendæ fuerint.

24. Annatæ sunt primi anni fructus, ac redi-

reditus, præstiti ab eo, qui recens in defuncti Episcopi & Abbatis locum in vacans beneficium successerat. Plerique authorem hujus tributi faciunt Joannem XXII. alii Bonifacium IX. Hoc invento Papæ in immensum auxere Cameram Papalem, dum hoc modo ad se traxerunt omnes illos proventus, qui novis clericis primo obtigerunt anno. Consenserunt in id postulatum, omnes fere Europæ nationes, excepta Anglia & Gallia.

Color hujus tributi erat subsidium belli adversus Turcas; seu Expeditio sacra. Et cum hoc tributum nimis frequens esset, & magnum, cum Friderico III. ut dictum, in concordatis de eo dispositum.

25. Quamvis Status Imperii primis temporibus hæc concordata improbarent, quia facta erant inter Fridericum Tertium & Pontificem sine consensu Statuum; tamen in omnibus Capitulationibus Imperatores jurarunt, se effecturos, ut Summus Pontifex concordata observet.

26. Anno 1517. præter alia, & hæc Summi Pontificis potestas in clericos, iterum disputari cœpit; & Anno 1552. Passavii constitutum, ut Protestantes liberum religionis suæ exercitium haberent; & ut Summi Pontificis potestas

circa

circa ſacra in territoriis ipſorum eſſet ſuſpenſa: id quod in ſubſecuto Receſſu, de anno 1555. Ratisbonæ confirmatum. Ferdinandus Primus tamen tunc adjecit hanc clauſulam, ut, ſi impoſterum vel Archi-Epiſcopus, vel Epiſcopus &c. ad Proteſtantium religionem tranſiret, ſuo beneficio caderet, ſalva tamen Status ſui dignitate. Quæ clauſula dicitur Autonomia, & a Statibus Proteſtantibus ſemper impugnata eſt, nec unquam pro lege habita, quia non facta erat conſenſu omnium Statuum. Anno 1629. cum Proteſtantes adhuc multa bona Eccleſiaſtica ſibi acquiſiviſſent, factum eſt à Ferdinando Secundo edictum, de bonis eccleſiaſticis reſtituendis, & cauſam præbuit bello Suecico; quod tandem Monaſterii in Inſtrumento Pacis tranſactione finitum, & articulo quinto conſtitutum eſt, ut jura eccleſiaſtica reſtituerentur in eum Statum, quo fuerunt 1624. Autonomia Ferdinandi Primi eſt confirmata. Pax religioſa de Anno 1555. conſenſu omnium Statuum, ad Reformatos, qui hactenus a Pontificiis negabantur comprehendi in Pace Religioſa, extenſa. Summi Pontificis poteſtas circa ſacerdotes & ſacra in terris proteſtantium, ſuſpenſa: & imprimis etiam de annatis & menſibus papalibus conſtitutum: ſi quid annatorum

Ju-

Jurium pallii, confirmationum, mensium papalium, & hujusmodi jurium & reservationum nomine in bonis Statuum Augustanæ Confessionis Ecclesiasticis immediatis, a quocunque, quandocunque & quomodocunque prætendatur, id validitate & executione, a brachio seculari impertienda, careat: in quorum autem ecclesiasticorum bonorum immediatorum capitulis utriusque religionis Capitulares, & Canonici vigore præfati termini, certo utriusque numero, admittuntur, mensesque papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque, si decedentesCapitulares &Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni, casu eveniente, mandentur, modo Papalis provisio capitulis immediate a Curia Romana & tempore legitimo insinuetur; *J. P. art. 5. §. 5. num. 19. §. 20. de concordatis vid. Limn. ad Capit. Caroli V. p.* 398. 399. *& seqq.*

27. Episcopi hodie constituuntur electione, vel postulatione. *Lancellot. lib. 1. Inst. jur. Can. tit 6.*

Electio est communis Capitularium omnium seu plurium suffragio, vacante Ecclesia cathedrali vel collegiata, certo ritu & modo, idoneæ personæ cooptatio *Lancellot. d. lib. 1. instit. tit. 6.* Postulatio est ejus, qui propter defectum eligi non

non potuit, apud superiorem concors capituli petitio. *Lancellot. d. lib. 1. instit. tit.* 8. Quibusdam eligentibus & quibusdam postulantibus, duplo major postulantium numerus requiritur: sin secus, præfertur per pauciora suffragia facta electio. *C. scriptum est X. de electione.*

28. Episcopi protestantium sunt Episcopi postulati; Hodie istiusmodi Episcopatus fere omnes secularisati sunt. *Confer. Spreng. lib. 2. Inst. Jur. Publ. c.* 44. ubi quindecim recenset.

29. Universum jus Episcoporum fere ad tria capita referri potest: ordinem, legem diœcesanam & jurisdictionem. Ea, quæ sunt ordinis, non exercent, nisi sint consecrati. *C. transmissam X. de Elect.* Consecrati Episcopi non sunt, nisi obtento pallio, quo pontificalis apex & Archi-Episcopale nomen indulgetur.

30. Est autem pallium genus vestis sive fascia, latitudinis trium digitorum, ex candida lana, de ovibus divi Petri sumpta, & lino confecta, habens circulum, humeros constringentem, & duas lineas sive chordulas ab utraque parte ante & retro pendentes, cui intextæ sunt quatuor cruces, duæ purpureæ, & duæ nigræ, quarum una ad pectus, altera retro in humeris jacet, reliquæ duæ dextrum

trum & finiftrum brachium ornant. Conficitur in hunc modum: die 21. Januarii, quo D. Agnetis feftum celebratur, in ejus templo, dum in facris Myfteriis canitur Agnus Dei, duo candidi Agnelli fuper ara ftatuuntur, & Subdiaconis D. Petri traduntur: hi in pafcua miffi, verno tempore tondentur. Ex ea lana, alii permifta, & in fila deducta, pallia texuntur, a monialibus Turris Speculi, quæ in extremo firmantur lamellis plumbeis: deinde ad aram D. Petri & Pauli deferuntur, & ibi folemnibus precibus recitatis a Pontifice confecrantur, & per noctem relinquuntur, mane Subdiaconi recipiunt & fervant, donec Archi-Epifcopis conferantur. Ab initio fueruut ornamenrum Imperatorum: ab his Epifcopi dono hoç acceperunt, in fignum gratiæ & honoris. Poftea Pontifex in fuàm jurifdictionem illud convertit; & primo quidem Archi-Epifcopis tantum ab ipfo dabatur: fed hodie etiam ad Epifcopos extenfum. Sepelitur cum fuo Epifcopo, nec ad fucceſſorem tranfit. *c.* 2. & 3. *X. de auth. & ufu pallii.* Olim gratis dabatur. *C. Novit. dift.* 100. Poftea mille florenis germanicis: fucceffu temporis 20000. & tandem 30000. conftabat. Et fic immenfa pecuniæ fumma in Cameram papalem inferebatur.

Quid

Quid in Instr. Pacis dispositum sit, supra diximus. *Vid. hic pluribus Oldenburg. ad I. P. part.* 2. *Disc.* 11. *p.* 104.

Reliqua Episcoporum jura videbimus infra *lib.* 3.

TIT. XVI.

De Principibus Secularibus.

Princeps Imperii secularis est Princeps Imperii, qui feudo Imperii seculari legitime præest, & votum & sessionem in Comitiis habet.

1. Postqnam summa rerum Romanarum in Imperatores occidentales translata est; hi, in Magistratibus constituendis, alios Imperatores Romanos imitati Magistratus, quos in provincias mittebant ad eas defendendas, iis nominibus appellarunt, quibus Romani suos, Duces, scilicet Comites &c.

Ita ut tunc temporis Duces, Marchiones, Comites, officiorum tantum nomina, præfecturæ personales, ac dignitates temporales ex mero Imperatoris arbitrio dependentes, & ad nutum Imperatorum mobiles fuerint, quarum administrationis ratio, ærario Regis seu Imperatoris erat inferenda.

2. His

2. His Ducibus & Comitibus salaria ex publico deputata fuerunt, eaque non tam opimis reditibus, sed Xeniolis subditorum, atque usu sylvarum, agrorum, aquarum, aliorumque hujusmodi jurium consistebant. *Lehm, lib. 2. Chron. Spirens. c. 17.*

3. Post mortem Patris filii titulum patris non retinebant: und ob zwar dieser und jener Graff etwan von seinen Eltern und Vorfahren eigenthumbliche Land-Güther ererbet / durch Heyrath erlangt / oder erkaufft / haben sie deßwegen doch nicht Hertzoge geheissen / noch solchen Titul geführet / sondern vom ihrem Ambt und Standt / darinn sie von ihrem König gesetzt worden. *Daniel Heider. in act. Lindav. fol.* 340.

Ipsi quidem Duces, Marchiones & Comites, si fidem suam diligenti ac solicita administratione Regi ostenderant, provincias suas in feudum successu temporis obtinuerunt, ac Dominium in iis, ac jura, instar Regum (quæ jura, Regalia seu Regalıæ appellantur. 2. *feud. t.* 56. exercebant) salvo tamen jure, ne ad heredes transirent. *Heider, in Apolog.* der Reichs-Vögt. *c.* 6.

Horum filii postea, quando se dignos exhibebant, qui succederent in locum patris, non negligebantur, sed in offi-

ciis

ciis parentibus succedebant. *Hincmar. in Epist.* 3. *Lehmann. lib.* 2. *c.* 16.

4. Imperio Romano a Caroli Posteritate in Saxones delato ad familiam Ottonicam, Ducatus, Comitatus &c. pedetentim creverunt, ac sub Conrado Primo, & Ottonibus, hereditario jure, passim ad posteros transire cœperunt, und hat nach seinem Vatter Otto der Erste Aempter und dignitäten zu Erb-Lehen verlihen / und bißweilen vor eigen vergabt / seind also des mehrentheils die Hertzogthumb und Herrschafften des Reichs Erb-Lehen etlichen zu eigen worden. *Lehm. in Chron. Spirens. lib.* 4. *c.* 1.

Otto Secundus & Tertius, paternis vestigiis insistentes, eas dignitates itidem de Imperio bene meritis, hereditario jure concesserunt, & quidem Otto Tertius, maxima omnium Imperatorum munificentia, Imperii Proceres affecit, adeo ut plurimi Historici Eundem, tanquam fundatorem regiminis hodierni, in Imperio Romano Germanico vigentis, deprædicent. *Stumpff. Chron. Helv. lib.* 4. *c.* 29.

Hoc modo sub Ottonibus Statuum dignitas exorta diverso tempore pedetentim postmodum apud reliquos inolevit: dann es ist die bey den Sächsischen Käysern auffkommene sublimation nicht einsmahls und

zu-

zugleich / sondern eintzelnweiß nach und nach. Sonderlich bey den Prælaten und gleichsam ohnvermerckt eingeschlichen. *Dan. Heid. in Act. Lindav. tit. 55.*

Henricus II. circa Annum 1001. Alberto Comiti Ascaniæ Marchionatum Holtwedel concessit. Conradus Salicus 1025. nobili Viro Adolpho de Salinsgleven Comitatum Oldenburgensem in feudum dedit.

Rudolphus a Rheinfelden Ducatum Sueviæ, ac post ejusdem obitum in acie Fridericus ab Hohenstauffen ab Imperatore Henrico Quarto eum obtinuit &c. *Vide de his omnibus Myler. ab Ehrenbach, in Archologia c. 6. 7. 8. 9. & 10.*

5. Omnis historia hujus sublimationis Statuum brevibus & nervosis verbis continetur 1. *F.* 1. §. 1.

Et quia vidimus de personis, videamus qualia prius habuerunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam; postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde statutum est, ut usque ad fidelis vitam produceretur, sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret.

Sic progressum est, ut ad filios deve-

H niret,

niret, in quem scilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat.

6. Hæc tamen quæ de temporibus Carolingorum dicta sunt, ita sunt declaranda, ut diffitendum non sit, quin sub Carolo M. quoque Ducatus quidam, Comitatus, aliaque regni munera quibusdam militibus ob strenuitatem & egregiam navatam operam concessa hereditario jure fuerint: hujus tamen hereditariæ concessionis exempla per pauca & rariora in historicis reperiantur.

De Comitibus Waldecciæ referunt, quod tempore Caroli Magni Imperio & Imperatori militantes ad hanc dignitatem Comitalem sub Wittikindo Comite in Sualenberg, primæ familiæ propagatore, pervenerint, eandemque dignitatem ad heredes devolverint. Adeo ut Carolus de victis Saxonibus, erectisque Episcopatibus illis in Episcopatu Paderbornensi jus Advocatiæ concesserit. *David. Chytr. hist. lib. 12. inf.* Pari modo de Comitibus a Gleichen legimus, Carolum M. circa annum 876. Ludovico seniori Equiti & militi adhuc & Capitaneo generali in Hispania contra incredulos militanti, ac heredibus ejusdem Carolo & Ludovico Comi-

mitatum, prædictum hereditario jure hac formula concessisse: tractum regionis in saltu nostro Thuringiaco ad 20. miliaria in longitudine & 10. in latitudine Jure hereditario possidendum ac facultatem domus in territorio districtus, illius dominationis quærere & fodere aurum, argentumque & omnia alia metalla uti debeatis & possitis. *Goldast. Const. Imp. tom. 1. p. 17.*

7. Id quod dicimus de Principibus secularibus, etiam dicendum de Principibus Ecclesiasticis; quod nimirum & ipsorum superioritas territorialis radices egerit tempore Carolingorum. Historici enim de Richardo Herbipolensi Episcopo tradunt, Eum a Pipino Caroli M. parente ad terrendos & distringendos contumaces Ducem Franconiæ fuisse salutatum.

Abbatem itidem Campidonensem a Carolo M. Comitatum Campidonensem (quia antea proprium judicium Provinciæ ein eigen Land-Gericht habuit) cum omnimoda jurisdictione territoriali recepisse: unde communes isti versiculi orti.

Herbipolis sola judicat ense & stola,
Campiduna sola judicat ense & stola *Vid. Myler. in Archolog. c. 12. p. 112. c. 8. p. 74.*

8. Principes Imperii sunt vel Archi-Duces, vel Duces, vel Principes in specie sic dicti.

9. Archi Ducum appellatio vel arbitraria est, & oratoria, vel solennis & curialis.

Ad primum genus pertinet, quando Bruno Archi-Episcopus Coloniensis sub Ottone Imp. *in Chron. Belg. Magno. p.* 80. vocatur Archi-Dux Lotharingiæ, vel quando Electores interdum dicuntur Palatini Archi-Duces. *Gewold. de Septem. c.* 7.

Solenni & Curiali significatione soli Austriaci gerunt titulum Archi-Ducum a temporibus usque, quod verius est, Maximiliani I. *Paurmeist. lib.* 2 *c.* 9. *p.* 823. *Reink. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 10.

10. Duces primo erant qui exercitum ducebant, sicut & Hertzog quasi ein Herr des Zugs.

Hodie Dux Imperii est Princeps Imperii qui de Ducatu ab Imperatore est investitus, & votum & sessionem in Comitiis habet. Sive in sensu latiori, Dux est Princeps, cui ab Imperatore Ducalis dignitas erectione vel concessione Ducatus confertur. Nugatorium est, quando dicunt Ducem fuisse, qui 12. Comites sub se habuit. *Bæcl. in notit. lib.* 7. *c.* 3. *p.* 118.

Du-

Duces qui in simplici titulo Ducis perstant, sunt Duces Saxoniæ, Bavariæ, Brunsuicenses ac Luneburgenses, Bremenses, Verdenses, Pomerani, Wurtembergenses, Mechlenburgenses, Holsati, Lawenburgici, Sabaudiæ, Lotharingiæ, qui duo posteriores ob situm ditionum rationes suas fere a Germania separatas habent, & anno 1670. Rex Galliæ in Ducem Lotharingiæ arma ne denunciato quidem ante bello, convertit; misso Duce Francisco Crequio, qui subito totum subegit Ducatum ipsum Ducem in captivitatem abducturus, nisi opportune effugisset. Prætendebatur Pacis Pyrenææ capita eum violasse, militem aluisse & de damno Gallo inferendo cum hostibus Regis consilium iniisse. Quos prætextus belli etsi Lotharingus solide diluisset, Cæsarque ac Ordines Imperii apud Regem restitutionem graviter intercedentes ursissent; ducatus tamen in formam Provinciæ Gallicæ redactus est. *Vide Continuat. nov. Thatr. Histor. Christ. Matthiæ p.* 18. Et cum in Pace Neomagensi 1679. Duci Lotharingiæ Carolo Pacis conditones a Gallo præscriptæ iniquæ viderentur, maluit adhuc is Ducatu carere, quam in illas consentire. *Vide dict. Contin. p.* 27. *circ. med.*

21. Originem Ducum, quando scili-

 cet

cet quisque cœperit, *vide in Not. Imp. Bæcl. lib. 7. c. 8. p. 121. & seqq.*

12. Princeps Imperii est Princeps, qui Principatu ab Imperatore solenniter est investitus, & votum & sessionem in Comitiis habet, ut Princeps Anhaltinus.

Princeps in genere est, cui dignitas Principis est collata.

Et ita dividuntur in Reichs-Fürsten und schlechte Fürsten.

13. Ad illos referuntur Principes Anhaltini, Principes Rugiæ, Princeps de Furstenberg, & Principes, quos Ferdinandus Secundus & Tertius crearunt, nimirum Hohenzollerenses, Salmenses, Lokowiz, Eggenbergensis, Dietrichsteinensis, Nassovius in Hadamar & Dillenburg, Auerspergensis, Piccolominius.

De quibus *in Recessu Imperii* 1654. §. 197. ita dispositum est. Uber dieses haben wir bey nechst verwichenem Reichs-Tag / mit der Chur-Fürsten und Stände Einwilligung in Fürsten-Rath auffgenommen / aber wegen derer selbiger Zeit noch ohnvolnzogener von dem Chur-Maintzischen Directorio außgestelter Conditionen, nicht introducirten Fürsten: Die Hochgebohrne Eitel Friederich von Hohenzollern / Johann Anthon Hertzogen zu Crumau und Fürsten zu Eggenberg / und Wentzeln Fürsten und Regierern des Hauses Locowitz / vor sich und ihre Erben / nach

nach dem sie obberührte conditiones erfüllet: Wie ingleichen die auch Hochgeborne Fürsten / Leopold Philips Carl Fürsten von Salm / Maximilian Fürsten von Dietrichstein / Weyland Johann Ludwigen Fürsten zu Nassau Hadamar und dessen Erben; Octavio Fürsten von Piccolomini, Hertzogen zu Amalfi, folgendes aus dem Hauß Nassau die jenige / welche noch erstgemelten Fürsten von uns laut unserer den 26. jüngst verflossenen Monats Februarij an die Chur- und Fürstliche Collegia ertheilter Resolution in Fürsten-Standt erhoben worden: Jmgleichen Johann Wickard Fürsten von Auersperg 2c. auff der Churfürsten und Staudte und der abwesenden Räthe / Bottschafften und Gesandten vorgehendes Wissen und consens, bey diesem Reichs-Tag zu würcklicher session und Stimm / jedoch dergestalt introduciren lassen / daß die jenige / welche ohne vorgehende Vollziehung der schuldigen præstationen, und insonderheit der im Reich ohnmittelbahren Begütherung / wegen dero vortrefflichen Meriten, dißmahl / jedoch nach besag derselben zum Chur-Mäintzischen Reichs-Directorio abgegebener schrifftlicher Erklärung admittiret und eingeführet worden / von niemand wer der auch seye / über kurtz oder lang pro exemplo oder præjudicio nicht an / noch zu einiger consequentz gezogen / und dieses beneficium sessionis

und voti auff dero Erben und Successoren nicht extendiret werden solle / sie haben sich dann vorhero mit onhmittelbahren Fürstmässigen Reichs-Gütern versehen / und solle forthin ohne vorgehende Real-Erfüllung aller nothwendiger und bestimbter requisiten, und insonderheit erstgemelte Begüterung / und ohne der Churfürsten und Stände Vorwissen und consens keiner zur session und Stimm im Fursten-Rath zugelassen werden.

14. Ante hanc constitutionem Principes hi, cum 1641. adsumerentur in collegium Principum, reversales dederant, *primo* de solvendis collectis Imperii, etiamsi bona immediata nondum possiderent. *Secundo* quod hæc dignitas extendi non deberet ad Posteros ipsorum, antequam bona immediata sibi acquisivissent. *Vid. Conring. in Not. ad Lamp. p. 3. c. 5. §. 7.* & ad has reversales aliquoties antecedens recessus se refert.

15. Schlechte Fürsten sunt *primo* Lands-Fürsten / quales etiam sunt Principes Silesiæ, qui immediate Bohemo subsunt, nec votum & sessionem in Comitiis habent. *Secundo* Appanagiati seu abgetheilte Herren / in Imperio nostro, de quibus tamen plura infra videbimus Sigismundus Bathorius, Princeps Trans-Sylva-

niæ:

niæ: Carolus Mansfeldius, Razenvilius Lithuani & multi alii, quos Imperatores hoc titulo insigniverunt.

TIT. XVII.

De Comitibus & Baronibus.

Comes ab initio familiaritatis & dignitatis tantum nomen fuit. Qui enim in provincias exercitusque proficiscebantur, Comitum nomine honestabant amicos & clientes honoratiores, quos educebant secum, ut in administratione sua horum ope & consilio uterentur; imo qui a Republica sæpius mittebantur, dicebantur Comites.

1. Imperatores etiam ex suo Comitatu probatissimos ad regendas Provincias ablegare soliti sunt, qui nomine Comitis retento sua munia susceperunt & exercuerunt; ita ut tandem quilibet Civitatis Judex, etiamsi; forte in Comitatu sui Principis nunquam fuisset, Comiti uteretur titulo, quasi & ipse lateri Principis adhæsisset, quo nobilior rebusque tractandis aptior videretur. Atque hæc consuetudo in tantum postea excrevit, ut Comes idem esset ac Judex. Unde

etiam, cum Caroli M. præsertim & insequentium quorundam Imperatorum temporibus, Comites non solum ad singulas Provincias; sed & Civitates ablegarentur, cœpit Jurisdictio, territorium & districtus, cui præficiebantur, Comitatus dici: & sic Comites erant Præfecti terrarum, qui tam in causis civilibus, quam criminalibus jus dicebant.

2. Id quod Latinis Comes erat, Germanis erat Grave / und ist bey der Carolinen Regierung ein Grave nichts anders gewesen als ein Land-Richter / der den Königs-Bann / Anstatt des Königs in seiner gantzen Graffschafft allein geführet / welches in solchem Gäu und Graffschafft zu üben / sonsten niemanden gebühret. *Heid. in Act. Lindav. fol.* 282.

3. Territorium cui Comes præerat, Comitatus seu Pagus dicebatur, ut Pagus Alsaticus, Pagus Parisiensis, Germanice, ein Gaü oder ein Thal / veluti das Craichgäu / das Wormbsgäu / das Speyergäu / das Nordgäu / das Zabergäu / das Rheingäu / das Neckergäu / das Allgäu / das Westgäu. Hi Pagi nihil aliud erant, quam certi tractus, qui sub se habebant plures villas, castella, oppida, civitates. *Marq. Freher. de orig. Palat. lib.* 2. *c.* 4. *&* 5. Dann es haben die Fränckische Könige ihre Königreich und Land in Gäu abgetheilet /

theilet / und hat man damahlen ein Gäu genennet / ein refier einer Landschafft / darinnen eine Haupstadt / sampt andern geringern Städten / Flecken und Dorffschafften gelegen / und von einem Graven oder Land-Richter im Nahmen des Königs und Reichs regieret und verwaltet worden. Darauß erscheinet / daß die teutsche Fränckische Könige / in Verwaltung der Landschafft / der Römer Exempel vor Augen gehabt: Dann was die Römer Dioeceses und Præfecturas genennet / und durch ihre Præfectos militum Haubt-Leuth / oder Comites regieret / das haben die Teutschen nach ihrem Gebrauch ein Gäu latine Pagum, und die Regenten Gäu-Graven genennet. *Lehemann. in Chron. Spir. lib. 2. c. 18. pr.*

Unde postea varia genera Comitum orta sunt, & alii erant Landgravii alii Pfaltzgravii &c.

4. Landgravius erat Provinciæ Comes seu Judex.

5. Marchgravius limitis Comes seu Judex.

6. Pfaltzgravius Palatii Comes, qui & Major Domus & Rector Palatii dicebatur.

7. Burggravius Comes arcis & præsidii.

8. Centgravius, qui & Centenarius dicebatur, & Dingravius, Comes seu

Judex pedaneus. *Cujac. in Not. ad* 1. *F.* 1.

9. Raugravius, Comes ſeu Judex in locis ſylveſtribus ſeu hirſutis &c.

10. Hodie Comes in genere eſt, cui dignitas Comitis ab Imperatore eſt collata. Comes Imperii eſt Comes, qui Comitatui Imperii legitime præeſt, & votum & ſeſſionem in Comitiis habet.

11. Inter iſtos præcipui ſunt Comites Palatini.

Quo enim honoratior olim perſona in cujus Comitatu quis erat, eo major etiam erat dignitas Comitivæ.

F ſic, cum Comites Palatii eſſent in C nitatu ipſorum Regum, & nomine ip us Regis palatio regio præeſſent, eorum dignitas præ cæterorum dignitate major erat.

Et cum poſtea Ducatus, Landgraviatus &c. reliquis Principibus hereditario jure concederentur, ipſis autem Comitibus Palatinis Palatia Imperatorum concedi non poſſent, eos Imperatores majoribus præ aliis Principibus, dignitatibus & privilegiis auxerant; hinc bodie eſt, quod Comes Palatinus ad Rhenum *in A. B.* dicatur eſſe Imperatoris Judex: quod itidem tam pinguia jura in aliorum Statuum territoriis habeat. e. g. jus Wildfangiatus &c. jura enim quæ in aliorum Statuum territoriis

toriis Imperatores sibi reservaverant, ipsis concedere poterant, palatia autem cedere non poterant. Quamvis autem quidam existiment in singulis Imperii Provinciis fuisse Imperii Palatia: ut Author speculi suevici: tamen de hoc alii non tantum dubitant, imprimis propter Marchionatum Brandeburgicum: verum etiam præ cæteris eminuit Palatium Imperii ad Rhenum, & Palatium Imperii in Saxonia: & hinc hi duo Comites Palatini, sunt etiam vacante Imperio Vicarii Imperii. *A. B. c. 5.*

Comes Palatinus hodie, est Comes seu Princeps Imperii, qui ab Imperatore de Comitatu Palatino ritè investitus est.

12. Landgravius est Comes seu Princeps Imperii, qui ab Imperatore de Landgraviatu rite investitus est, ut Landgravius Thuringiæ, Landgravius Hassiæ, Landgravius Alsatiæ, & Landgravius Leuchtenbergensis.

13. Marggravius seu Marchio, est Comes seu Princeps Imperii, qui ab Imperatore de Marchionatu rite investitus est, ut Brandenburgensis, Misnensis, Badensis & Moraviæ.

14. Burggravius est Comes, qui ab Imperatore de Castro Imperii rite investitus est, ut Norimbergensis, Mag-

deburgensis, Strombergensis & Reineccensis.

15. Comites Principes Gefürstete Grafen / sunt Comites, qui ab Imperatore de Comitatu Imperii sub dignitate Principali sunt investiti, ut Comites Habspurgenses, Tyrolenses, Hennenbergici & Mompeligardenses.

16. Comites Imperii simpliciter sic dicti, plures sunt, & dividuntur hodie in Suevicos, Wetteravicos, Franconicos & Westphalicos.

17. Comites simpliciter sic dicti, qui non sunt Status Imperii, sunt Comites Landsassii & omnes isti quibus Comitum dignitas ab Imperatore confertur absque voto & sessione in Comitiis.

Omnium horum Principum & Comitum Genealogias & mutationes, quæ circa ipsos acciderunt, *vide partim apud Bæclerum in Not. Imp. lib. 7. 8. & 9. partim apud Authores ibi indicatos.* Imprimis in Genealogia Historica Speneri, & apud Gabriel. Bucelin.

18. Baro Imperii est, qui ab Imperatore de Baronatu est investitus, & votum & sessionem in Comitiis habet. Seu latius, Baro est, qui ab Imperatore honoribus & Juribus Baronis donatus est.

Vox Baro origine est Germanica, & idem est ac liber, hinc in vetustissimis ger-

germanicis libris die Bahren usurpantur für die Adeliche freye Mannschafft. Olim quando Duces Germaniæ habebant numerosam prolem, unus seu primogenitus Dux erat, cæteris ampla castella cum regalibus dabantur, & dicebantur Barones, seu Nobiles, qui a muneribus patrimonialibus & personalibus immunitatem habebant.

19. Alii Baronum duo faciunt genera; unum eorum, qui simpliciter dicuntur Barones: alterum eorum, qui semper Barones seu semper-Freyen appellantur. Illos definiunt, quod sint Capitanei, qui a Principe vel potestate aliqua, de plebe vel plebis parte per feudum sunt investiti, & Vasallos, qui proprie olim Valvasores appellabantur, sub se habent.

Hos seu semper Barones definiunt, quod sint, qui a nullo horum feudum habeant, sed alii ab ipsis, adeoque liberi sint, ut nulli ad fidelitatis adstringantur juramentum, ut Barones Limpurgici.

Alii tria Baronum faciunt genera; *primum*, semper Liberorum, qui ab Imperio etiam habent officia Imperialia, ut sunt Truch sessii Limpurgici.

Secundum eorum, qui dicuntur Frey-Herren.

Tertium eorum, qui simpliciter Herren vocantur, *ut patet ex Reformatione Friderici*

rici III. de anno 1444. *in pr. ord. Cam. Wormat.* 1495. *in pr. ord. Regim.* 1510. *ubi* Freyen und Herren *sibi opponuntur.*

Alii nulla Genera Baronum agnoscunt, & quocunque nomine semper-Freyen/ Frey-Herren/ Freyen/ Edele Herren/ Herren/ Edele/ die Edele/ appellentur, nobilitate & dignitate pares esse: quia omnes generali vocabulo Herren comprehendantur in subscriptionibus Decretorum Comitiorum, von der Grafen und Herren wegen: Archi-Duces Austriæ inscribuntur, Herren zu Frießland/ auff der Windischen Marck/ zu Portenaw &c.

Duces Juliacenses/ Herren zu Ravenstein.

Megapolitani, der Lande Rostock und Storgart Herren.

Marchiones Badenses, Herren zu Rötteln und Badenweyler &c.

Principes Anhaltini, Herren zu Zerbst und Bernburg.

Duces Sabandiæ, Herren zu Preß und Ast. (*Subscript. rec. Imp.* 1559.)

Comites Swartzburgenses, Herrn zu Arnstett/ Sundershausen und Leutenberg.

Comites Nassovicenses, Herrn zu Wißbaden/ Itzstein/ Beilstein.

Leiningenses, Herrn zu Westerburg und Schaumburg.

Sol-

Solmenses, Herrn zu Müntzenberg und Sonnenwald.

Hanovienses, Herren zu Müntzenberg und Lichtenberg.

Gleichenses, Herren zu Tonne und Planckenberg.

Præter hos Principes, Comitesque, qui & Barones sunt, simpliciter Herren sunt: ut Barones Reussi, Herren von Plauen / zu Graitz / Kranichfeld / Gera / Schleitz und Lobenstein. Schonburgenses, Herren zu Glaucha und Woldenburg / Herren zu Blumenthal / Herren zu Hohen-Gerolseck.

Semper-Freyen sunt tantum Limburgici & Westerburgenses: Edle Herrn zu Heldrungen / Graven und edle Herren zu der Lippe / Graven und edle Herren von Spiegelberg / edle Herren von Warberg. Nos nullam putamus esse differentiam inter Freyen und Freyherren: at vocabula Domini & Herren latius usurpantur, neque concludere licet, hic vocatur Dominus, E. est Baro; nec enim ferendi essent, qui Dominis Russis, Limburgicis, Rapolsteinis vellent addere titulum Baronis.

Sicut nec elogium semper-Freyen. Baronem præcise notat, exemplo Limburgicorum, qui inter Comites numerantur. *Wehn. voc. Matricul. Reink. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 15. *n.* 55. Id quod manifesto vel

vel inde patet, quando aliquis creatur Baro, cum titulo semper-Freyen.

Nec obstat, quod in Recessibus Imperii omnes sæpe veniant nomine Herren; generales enim istiusmodi locutiones in jure publico non sunt inusitatæ, ut patet exemplo vocabuli Principis, quod sub se comprehendit interdum & Comites & Barones; inde tamen non sequitur, E. nulla inter Principes, Comites & Barones est differentia, *vid. Bœcl. lib. 9. c. 1. & 2.*

10. Præter Barones Imperii sunt adhuc Barones & Landsassii, & qui quotidie ab Imperatoribus fiunt: quales plurimi a Ferdinando II. III. & invictissimo nostro Imperatore facti sunt, & quotidie adhuc fiunt.

TIT. XVIII.

De Civitatibus Imperii.

Civitas in genere est societas magna, ex pluribus minoribus composita, omnis pene sufficientiæ finem habens, utilitatis causa instituta.

1. Civitas Imperii in specie, est civitas, votum & sessionem in Comitiis habens.

bens. Civitatum divisionem nullam aliam admittimus, quam eam, quæ est, quod sint vel Rhenanæ vel Suevicæ.

Alii eas dividunt in Civitates Imperii, & Civitates Imperii liberas, in Reichs-Städte und freye Reich-Städte; illas dicunt, quæ ab initio liberæ fuerunt, & quæ in insigniis integram aquilam habent: has, quæ à Principibus liberati Imperio se addixerunt, & in insigniis dimidia aquila utuntur.

Alii definitiones convertunt, & eas, quas descripsimus, liberas Imperii Civitates describunt Civitates Imperii simpliciter & contra. Verum vel inde patet, hanc divisionem fundamento destitui; eamque in nulla lege fundamentali haberi; imo in der Reg'ments-Ordnung *de Anno* 1500. civitates, quæ dicebantur freye Reichs-Städte/ simpliciter postea dicuntur Reichs-Städte. Et in actis publicis reperiri non potest, quid sibi velit hoc discrimen, & in quo consistat. *Bœcl. in notit. Imp. lib.* 11. *c.* 2.

Nec obstant definitiones jam adductæ, falsæ enim sunt, & certissimum est, ab initio nullas in Imperio fuisse Civitates liberas.

2. Alii Civitates Imperii dividunt in Civitates Imperii, Civitates Provinciales & Civitates mixtas, seu partim Imperiales,

riales, partim Provinciales; verum hæc divisio hodie aut heri nata est, & a Doctoribus inventa; & Constitutiones Imperii *primo* nulla alia Civitatum genera agnoscunt, quam Civitatum Imperii & Provincialium; *Recessus Imp. Spir. de anno* 1544. §. Die Freye und Reichs-Städte: *ibi* die Freyen und Reichs-Städte, und andere Städte, so den Fürsten und andern Herrschafften zugehören: *Recessus Imp. de Anno* 1548. §. Undals erstlich. *vers.* Wiewohl daß etlicher Fürsten und Herrn Städte: *Secundo* in subscriptionibus Recessum Imperii nullibi mixtarum Civitatum fit mentio, sed subscriptio perpetua ita habet, und wir Chur-Fürsten, Fürsten, Prælaten, Graven, Herren und des heiligen Reichs Freye und Reichs-Städte. *Tertio* controversiarum eventus docuit, hanc distinctionem non fundari in legibus Imperii e. g. Erfurtum, Brunsuiga, Monasterium. Quid circa Hamburgum & Bremam aliquando futurum sit, dies docebit. *Quarto* certum non est, quid talem mixturam faciat. *Vid. Bœcl. in Not. Imp. lib. XI. c.* 2.

3. Quoad originem Civitatum Imperii *primo* distinguendum est inter earum extructionem, & libertatem atque superioritatem territorialem: *secundo*, inter Civitates cis Rhenum, & trans Rhenum:

ter-

tertio, inter Civitates Magnæ Germaniæ & Sueviæ atque Bavariæ. Civitates cis Rhenum, Argentoratum, Spira, Wormatia, Colonia Agrippina jam dum extructæ fuerunt, tempore antiquorum Imperatorum ab Augusto usque: Civitates in Suevia atque Bavaria jam tum tempore Carolingorum contra irruptiones Hungarorum fuerunt extructæ & muris cinctæ, & Norici Norimbergam, Bavari Ratisbonam, Salisburgum, Augustam, Suevi Constantiam contributa pecunia fortalitiis cinxerunt.

Cæteræ civitates in magna Germania, Saxonia, Westphalia &c. nec oppida quidem fuerunt, sed Regiæ tantum Villæ, seu villæ publicæ, Reichs-Flecken / Regum Palatiis condecoratæ, celebratisque inibi Comitiis, in pratis & campis tentoriis in hunc finem ibi erectis, *Lehm. Chron. Spir. lib. 6. c. 16.* Ita in specie Ulmam suam regalem villam Königlichen Flecken vocat Carol. M. pari modo Franckfurth / Ingelheim / Northausen rc. villæ Regiæ vocantur, *Lehm. lib. 2. c. 18.*

Henrici Aucupis tempore, oppida in Germania hinc inde noviter muniri cœperunt contra Hungaros, translato nono quoque viro ex agro & pagis in prædicta oppida; tertiam quoque partem omnium

nium frugum illorum in ædibus a se extructis reservare jussit, ut in bello nihil alicui rerum deficeret, omniaque rebus & viris plena adessent. Exinde discrimen oriebatur inter plebem urbanam & rusticam, unter Bürgern und Bauren / hanc a colendo vom Bauen / illam vero Bürger a burgis dicebant.

4. Non tantum autem civitates in Saxonia condi jussit, sed illis etiam generalia quædam privilegia concessit, ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam. Et de Magdeburgensi civitate legitur, quod Otto I. ipsi concesserit jus mercatus, monetæ, telonii, stapulæ & geranii. Tempore subsequenti, ad exemplum aliorum Statuum Imperii, opibus & Imperio creverunt: Dann gleicher weiß / wie die Käyser in Teutschland die Fürsten und Herren hoch erhaben / also haben sie auch nachmahls auß sonderbahrer Gunst und Gütigkeit gefreyet die alte Städte des Reichs / Thäler und Flecken / denselben eigene Regierung vergönnet / deßgleichen einen mercklichen Theil der Zöllen / Umbgelts und andern Gefällen ihnen zugestellet / *Lehm. lib.* 4. *c.* 3.

5. Quamvis autem civitatibus multa privilegia fuerint concessa, longo tamen intervallo post Principes, aliosque Imperii Status, ad tantum libertatis fastigium

gium ascenderunt: & diu ita Imperatoribus subditæ fuerunt, ut nunc Principibus aliis suæ civitates municipales: Imperatoresque Jurisdictionem & Imperium merum per Præfectos Imperiales durch die Reichs-Vögte explicare solebant.

6. Præfecti autem Imperiales erant administratores Justitiæ & Judices criminales. Welchen für ihre Besoldung ein Theil von des Landes oder der Stadt Gefällen / bevorab von den Freveln und Bussen / assigniret und überlassen / oder gar zu Lehen angesetzet worden: Und haben dazumahlen auch die Einziehung der Städte Reichsteuer. Item die Verwaltung der Zöllen / der Müntzen und des Wechsels gehabt / beneben so sind sie auch den Bürgerlichen Gerichten vorgestanden. *Dan. Heidr.* von Reichs-Vögten / *in apolog. c. 8. fol.* 293.

Hoc tempore ab Imperatoribus jure pignoris obligari, aut penitus ab Imperio alienari poterant. Id quod apparet ex privilegio Francofurtensi a Wilhelmo, Ludovico IV. & Carolo IV. obtento. Item ex privilegio Fridbergensium ab Imperatore Richardo 1257. impetrato aliisque Civitatum privilegiis. Insuper Civitatibus privilegia libertatis pro lubitu Imperatorum adimi poterant. Quæ sæpius postea Episcopis concedebantur; ita Otto

to III. Spirensi Civitati jurisdictionem sustulit, eandemque Episcopo Ruperto concessit. *Lehm. lib. 4. c. 3.*

7. Cum autem successu temporis Episcopi Imperatores, quo minus ibi Curias regias & conventus Imperii agere possent, impedirent. Imperatores Henricus IV. & V. plurimas Civitates Imperii in pristinum statum & libertatem vindicarunt, Civitatum reditibus pensionibus aliisque regalibus Imperio rursum dicatis. *Vid. Goldast. in Const. Imp. tom 1. fol. 252.*

8. Iisdem tamen authoribus fundamenta superioritatis territorialis poni cœperunt, & Civitates dignitatem Statuum obtinere cœperunt, sed diverso tempore & diverso modo.

Aliæ ex mera gratia Imperatorum eam obtinuerunt, ut Augusta Vindelicorum, Ratisbona, Lubeca a Friderico I. Aliæ a Principibus suis Imperio sunt donatæ, ut Offenburg, Gengenbach, Zella, Pfullendorff 2c.

Aliæ pretio nummario eam consecutæ sunt, ut Isni, Ulma, Lindavia.

9. Imperatores, sub quibus potissimum Civitates suam libertatem obtinere cœperunt, sunt Henricus IV. Fridericus I. & Fridericus II. Civitates, potissimum ad tractum Rheni, qui Henrici IV. Impera-

peratoris partes strenue contra Principes Imperii defendebant, territorii sublimitatem ab eo consecutæ sunt, & a jugo Ducum propter bene merita se exemerunt: Solche auffrechte Hülffe / Huld / Treu und Beystand der Städte / haben die Könige und Käyser beherßiget / und dem Reich und ihren Nachfolgern an demselben sonders verträglich / nutz-gedeylich / und zu Erhaltung ihrer Käyserlichen Hoheit gemäß erachtet / daß sie die Städte gleicher Gestalt / als die Fürsten / aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten / welches nachgehends den Fürsten und Ständen auff allgemeinem Reichstag eröffnet / und mit dero consens bekräfftiget worden. Idem accidit circa Civitates Sueviæ, quæ a Friderico II. propter fidele auxilium, quod ipsi contra Wilhelmum Hollandiæ Comitem tulerunt, in præmium laborum & fidelitatis, suam libertatem consecutæ sunt.

Potissimum tamen post mortem Conradini, ultimi Ducis Sueviæ, plurimæ se in libertatem vindicarunt, & hinc etiam est, quod tot Civitates Imperii in Suevia habeantur.

Fridericus I. Augustus largiter plurimis Civitatibus libertatem concessit, exemplo Lubecæ, Augustæ Vindelicorum, Ratisbonæ. Hinc Guntherus in Ligurino *lib.* I. ita canit.

Ex omni Regione fluunt ad publica Regni,
Westphaliæque urbes & norica jura regentes,
Quique suas urbes, huc direxere potentes.

De Goslaria in specie tradunt, daß solche Henricus I. gebauet/ Secundus gebessert/ Tertius mit Käyserlichem Palatio gezieret/ und Henricus IV. als eine Reichs-Stadt bewohnet: *Dan. Heid. in Apolog. von Reichsv. cap. 2. fol. 151.*

10. Quamvis autem civitates ita habuerint libertatem & immedietatem, & initium superioritatis territorialis; non tamen omnino superioritas territorialis erat adquisita; majora enim regalia longo adhuc tempore Imperatores sibi reservarunt, inter quæ potissima erant, collectæ imperiales, quas steuras vel stiras, die Reichs-Steuren vocabant, vectigalia & telonia in præcipuis Germaniæ fluminibus, jus monetæ cudendæ; Judæorum tributa, pœnæ & animadversiones in facinorosos & alia varia Jura & reditus, von Acker/ Wiesen/ Holtzwachs/ Waldung/ neue und alte Behausung/ Gülten und Zinsen/ davon die Bürger und Innwohner der Käyserlichen Cammer in specie, Steuer/ Zinß/ Beeth

Beeth und dergleichen bezahlet / welche nicht allein beethhafftige und diensthafftige / sondern auch Käyserliche Cammergüter genennet worden / *Lehm. In Chron. Spir. lib.* 4. *c.* 19. *fol.* 334.

11. Hæc Jura, ut dictum supra, Imperatores exercebant, per Præfectos Justitiæ, Præfectos Imperiales, Reichs-Vögte / Reichs Schultheissen und Reichs-Amptmann.

Eorumque officium, ut item ex ante dictis patet, non parile fuit ubique, sed pro diversitate Civitatum earumque Privilegiorum, varium & diversum. Alicubi tantum criminalibus præerant, ut in Helvetia & Suevia, *ut ex Simlero constat lib.* 2. *de Rep. Helvet.*

Alicubi civilibus quoque judicijs præfuerunt, & mulctas & debita in causis civilibus exigebant. Das sie auch an etlichen Orten Bürgerlichen Gerichten vorgestanden / oder allein beygerechnet / und die Bürgerlichen Straffen eingezogen. *Stumpff. lib.* 6. *c.* 14. *lib.* 7. *c.* 2. ut in Ducatu Silesiæ. *Schickfusius in Chron. Siles. lib.* 3. *c.* 25.

Ad Advocatum Sueinfurtensem pertinere dicitur, die Burg-Marckung / Gericht / Zoll / Zehend und andere Müntz daselbst. *Dan. Heid.* vom Reichs-Vogt. *fol.* 88.

12. Tempore Ottonum, ut supradictum, hæ Advocatiæ in Episcopos translatæ erant, ut evincunt exempla Episcoporum Wormatiensium, Spirensium, Argentinensium, Basileensium, Augustanorum; ab Henrico autem IV. & V. & aliis Episcopis ademptæ sunt, & iterum in seculares translatæ. *Lehm. lib.* 4. *c.* 3. Iique vel Principes, vel Comites, vel Barones, vel alii Nobiles & strenui Viri fuerunt, qui hanc præfecturam non semper in persona, sed plerumque per Vicarium & Substitutum exercebant, und haben allda ihre Schultheissen gehabt / *Siml. lib.* 2. Ipsi quotannis semel aut sæpius, ut negotia postulabant, conventus agebant, aut Civitates invisebant. *Francisc. Guilliman. Rer. Helvet. lib.* 2. *c.* 2. *p.* 29.

De salario ipsorum itidem supradictum.

13. Sed ut omnia vicissitudini sunt obnoxia, ita quoque advocatiæ civicæ, diese Reichs-Vogteyen tandem labascere cœperunt, & Imperatores vel propter importunas impetrantium preces eas cesserunt, vel necessitate urgente Statibus oppignorarunt, vel gratis in præmium vel in solutionem debitorum Imperialium dederunt, vel propter abusum Advocatorum & concurrentiam Magistratus

ſtratus civici ipſæ civitates defecerunt, & in omnimodam libertatem ſe aſſeruerunt.

Ita ut Civitates Imperii, poſtquam a regimine & onere Advocatorum Imperii, vel pretio, vel prece, vel fraude ſe liberarunt, ac inſuper Imperialia bona adhuc ſuper exiſtentia & regalia, veluti vectigalia, monetas, collectas & ſimilia Jura, quovis titulo vel Jure dominii vel oppignoratione, remota omni reluitione, adquiſiverunt, non minus Jura ſuperioritatis territorialis habeant, & Status Imperii ſint ac reliqui Principes. Et quamvis hodie adhuc quædam tales præfecturæ Reichs-Vogteyen oder Reichs-Schultheiſſen-Aempter / in civitatibus nonnullis reperiantur, veluti Norimbergæ, Rotenburgi ad Tubarim, Halæ Suevorum, Northuſii, Reutlingæ: tamen hæc ſimulachra & præfecturæ veteris umbræ ſunt. Und haben alſo endlich auch die Reichs-Städte circa annum Chr. 1400. durch Verdienſt gegen dem H. Römiſchen Reich / durch liberalität un̄ connivenz der Käyſer / durch Tauſch / Kauff / Schenckungen / durch ſtillſchweigende langwierige alluvion ſich von den Reichs-vogteyen und dero Beſchwernüſſen loß gewircket / und ihre Lands-Obrigkeit in ihrem territorio auch endlich erworben. *Dan. Heid.* vom Reichs-Vogt. *fol.* 14.

14. Et quamvis quidam ſint, qui exiſtiment, utiliſſimum eſſe Imperatori, talium urbium Præfectos renovare & denuo conſtituere, de quorum fide ſecurus eſſe poſſit: quique malignos in officio contineant, ac insimul efficiant, ut omnes in Imperatorem & Imperium machinationes, ſibimet ipſis quoque civitatibus detrimentoſæ confœderationes impediantur: urbium enim Imperialium Politiam ad interitum ruere, & magno detrimento Imperium afficere.

Tamen nec utile nec juſtum eſſet, ſi fieret: quia licet, ſi tale quid ſuſciperetur, multa damna redundare poſſent in civitates, tamen ſua Jura a tot ſeculis quiete poſſeſſa, nunquam ſibi eripi paſſuræ eſſent, non minus ac reliqui Status Imperii ſua Jura. Nec minus obligatur conſervare civitatibus Imperii ſua Jura Imperator, quam reliquis Statibus Imperii: *Vide omnes Capitulat. & Inſt. Pac. art. 8. §. gaudeant.*

Remedium non eſt, quod a corpore avellit membrum ſanum, & licet forte quædam civitates eſſent, quæ hoc ſuo jure abuterentur; inhumanum tamen eſſet, toti Civitatum ordini imputare, quod in uno vel altero fortè deſideratur. *Dan. Heid.* von Reichs = Vögten / *lit.* w. w. w. w. & *ſeqq. per tot. vide de*

his

his omnibus Myler. in archol. c. 17. 18. 19. 20. 21.

15. Tandem quæritur, an Colossi sive Statuæ Rolandinæ (Roland) sint signum libertatis Urbium? Vulgo dicunt Carolum M. in quibusdam Saxoniæ urbibus Rolandum posuisse, argumento libertatis istarum urbium. Cæterum hæc vulgi sententia est falsissima. Nam tempore Caroli M. in universa Saxonia nulla fuit urbs, præter nobiles villas. *Deinde* Carolus M. Sororium suum Rolandum in bellis Saxonicis non adhibuit. *Tertio* non præsumitur Carolum M. voluisse ponere statuam ministro, & sibi ipsi nullam. *Quarto* omnes hi Colossi demum seculo X. erecti sunt, & quidem probabile est, primitus in quolibet saltem Marchionatu unam statuam fuisse, & postea plures erectas. Tales statuæ in Marchionatu Brandenburgensi plures sunt. Stendaliæ, Brandenburgi, Kinsbergæ & Premislaviæ, talis est Bremæ, Magdeburgi, & in pluribus aliis locis.

Et hinc Goldastus existimat, hujusmodi statuas fuisse Judicium Malli Imperialis, seu loci Judicium, seu eine Stadt oder Ort da man ruhen mag; & Rolandum dici, quasi Rugelandum. Ab hac tamen opinione recedere videtur Dominus Rhætius *intr. de Statuis Rolandinis c. 3.* ubi

ita loquitur: ante millessimum annum Christi Rolandinas statuas non fuisse erectas cum *Conringio*! *Diss. de Urb. Germ.* *th.* 72. statuerem, si dilucidiores afferti rationes expressisset. Jam cum æque prægnantes, statuas has ante eundem annum fuisse, credere jubeant, modeste dissentire cogor. Aliud certe, nomen ante annum millessimum non fuisse in statuis auditum: & aliud, statuas ante non exstitisse. Quamvis annum præcise determinare non audeam. *c.* 3. *n.* 6. *ita*: ut paucis agam, res meo judicio ita se habet: initio colonos in Venedorum locum deductos a Carolo M. vel sponte, vel Imperatoris jussu eas collocasse; id præsertim denotando, tractum aliquem quando in celebriori ejus vico talis statua appareret Cæsaris Imperio subjacere. Adeo ut hodie vetustiora loca, ubi ejusmodi statuæ collocatæ, signum sint talem tunc vicum antiquitate maxime esse conspicuum & immediate quondam Imperatori alicui sub fuisse postea tamen alia loca etiam sub Saxonibus Imperatoribus has statuas imitata & sequentem ætatem vel æmulandi studio, vel erroris occasione alia privilegia iis affricasse, dictam sententiam. & priorem esse & vero consentaneam Testem voco Lindenbroeg. *In Chron.*
Ca-

Caroli M. 18. *fol.* 269. Wie Kayser Carl die Sachsen bekrieget hat / da hat er ihne / das grosse Bith setzen laßen da mit angezeiget / das solche Stätte in des Kaysers gewalt und Schutz wären &c.

TIT: XIX.

De Subditis Imperii.

Subditus est Civis, qui civili Imperio corpore & bonis subest.

I. Subditus Imperii Romano-Germanici est subditus Imperatori & Statibus Imperii. Tales sunt 1. Augusta, 2. Rex Romanorum. 3. Vicarii Imperii. 4. Electores. 5. Principes Ecclesiastici & Seculares. 6. Comites & Barones. 7. Civitates Imperii. 8. Nobilitas Imperii immediata. 9. Liberi homines, *quorum meminit Galdast. in dedic.* Der Reichs-Handl. auff der Land Kircher Heiden / 10. pagi immediati, *de quibus Instr. Pac. art.* 5. §. 2. *quos Goldastus describit.* Es sind freye Reichs-Dörffer / Suffelheim / Godramstein / Gamb / und andere / so mit hoch und niedern Gerichten begabet / und allein Kayserlicher Mayestät ohne Mittel

unterworffen. Secundo mediate Imperio subditi & Landsassi.

2. Uno verbo, omnes præter Imperatorem sunt subditi, & Imperator solus, ut subditus considerari non potest. Ratio differentiæ est: quia mixtura in Imperio nostro, a parte Imperatoris est per modum Monarchiæ, in qua Majestatis subjectum existentiæ est unum, in quo fieri non potest, ut concipiamus voluntatem imperandi & voluntatem parendi; nullus enim est, cui parere possit: a parte Statuum mixtura est per modum Aristocratiæ, & sic sunt plura Majestatis subjecta existentiæ. Ubi autem sunt plura Majestatis subjecta existentiæ, ut in Democratia & Aristocratia, omnes considerari possunt, ut Imperantes, prout habent voluntatem imperandi seu activam; & omnes considerari possunt, ut parentes, prout habent voluntatem parendi seu passivam.

Hinc *primo* omnes Status Imperii jurant gehorsam zu seyn. *Secundo* omnes obligantur legibus Imperii. *Tertio* omnes puniri & in bannum declarari possunt. *Quarto* omnes possunt committere crimen læsæ Majestatis in Imperatorem & Imperium. Imperator autem *primo* a nullo puniri potest seu deponi. *Secundo* non obligatur legibus Imperii, per modum

le-

legis, sed per modum pacti. *Tertio* universi Imperii Status subditi sunt soli Imperatori, respectu suorum Reservatorum; ipsi & Imperio simul, respectu communium Jurium Imperator vero nemini subditus. *Quarto* Imperator est major Imperio, seu Monarchia in Imperio præponderat Aristocratiæ.

3. Rejicimus *primo* eorum opinionem, qui Imperium nostrum plures Respublicas fœderatas esse dicunt; in fœderatis enim Rebuspublicis nullus jurat gehorsam zu seyn; nullus se dicit subditum aliorum; & formula unser und des Reichs Unterthanen/ non potest adhiberi.

Secundo eorum, qui quidem Remp. mixtam agnoscunt, sed contradictionem in adjecto esse putant, esse Imperantem & subditum, ubi enim sunt plura existentiæ Majestatis subjecta, ut in Democratia & Aristocratia, non est contradictio, esse Imperantem & subditum, diverso respectu.

Tertio eorum, qui Imperium majus putant Imperatore: nam sine Imperatore nihil potest fieri in universo Imperio, sed Imperator multa potest in universo Imperio sine Statibus. Et potentia, cujus objectum latius patet, nobilior & excellentior est. *Vid. Bœcl. in Not. Imp. lib.* 2 2. *c.* 2. *Myler. ab Ehrenb. de Princip. & Stat. Imp. part.* 3. *c.* 93.

TIT. XX.

De Nobilibus Imperii Immediatis.

Juri Naturæ & Gentium conveniens est, ut istis, qui reliquos muneribus & meritis antecellunt, æstimatio & nobilitas quædam deferatur: ut jure naturæ parentibus & imperantibus.

1. Et omnibus etiam gentibus in usu fuit, ut nobilitatis ornamentis quosdam homines ob quasdam causas decorarent, suis tamen legibus vel institutis. Et hinc est, ut cum instituta gentium varie se habeant, nobilitas etiam variet, & apud alias gentes non sint nobiles, quas forte altera gens pro talibus habet. Ita ut omnis nobilitas originem suam proximam ad Jus civile referat.

2. Nobilis ergo est, quem summa civilis potestas, nobilem haberi certisque ornamentis eminere voluit, jussit.

3. Et cum Germani nostri rei militari potissimum studerent, Francos imitati, eos, qui in bellis strenue se gesserant, seque & Posteros suos militiæ addixerant, pro Nobilibus habuerunt, & ut sumptus in militiam equestrem, quæ iis tunc præ pedestri, quæ antiquissimis temporibus tantum fere in usu erat, placere cœpit, facien-

faciendos ferre possent, certa prædia, sub fidelitatis præstatione, ipsis in perpetuum concesserunt, quæ feuda dicebantur, Nobis Ritterfitz 2c.

4. Horum Nobilium quidam, tria faciunt genera, nimirum primi, medii & infimi ordinis; Principium scilicet, Comitum & Baronum, & Nobilium simpliciter dictorum.

Alii duo, superioris ordinis scilicet & inferioris; ad illum referunt Principes, Comites & Barones, ad hunc Nobiles simpliciter ita dictos. Illi quasi sunt Capitanei: hi quasi milites gregarii. Illi 1. *F.* 1. dicuntur Duces, Marchiones, Comites: hi Valvasores. Communi nomine in jure feudali milites vocantur.

5. Nobiles immediati in Recessibus Imperii dicuntur Knechte des Reichs Ord. des Regiments zu Augsp. *Anno* 1500. *tit.* Bonder Ritter und Knechte Steuer.

Ex quibus patet, de Imperii nostri nobilitate recte dici, eam esse virtutem Majorum & divitias antiquas. *Arist.* 4. *Pol. cap.* 8. *Vid. hic Ludolph. Hugo de Statu Region. Germ. c.* 4. *th.* 22. 23. *&* 24.

6. Dividitur ea a nominibus, ab ordinibus diversis, à temporis vetustate, a medietate & immedietate.

A nominibus, ut Nobiles, Milites, Equites & olim Ministeriales i. e. germa-

nice Edelmann / quod generale est, & sub se continet Ritter & Knechte / item Dienstmänner / Dienstleuthe.

Nobiles pueri & adolescentes, dum honoris causa ministrarent in aulis & apud illustriores Equites dicti sunt Edelknaben sive Edelknapen. Postquam militiæ condiscendæ causa equiti alicui se addicerent, inter armigeros & Comites tulerunt nomen Edel-Knecht sive Knecht: qui autem e virtute militari jam decus & titulum peperissent, Equites, Ritter appellabantur. *De ordinibus tit. seq.*

7. A temporis vetustate aut novitate in homines novæ & antiquæ nobilitatis vierschildige Edelleuth. *Speid. voc.* Adel.

8. A medietate & immedietate in die Freye Reichs Ritterschafft und Landsassen.

9. Nobilitati immediatæ Françonicæ, Sueuicæ & Rhenanæ interitus Ducum Franconiæ & Sueviæ originem dedit.

Tractus enim Rhenanus, præter Sueviæ Duces, nullos alios certos Dominos agnovisse viderur. *Ludolph. Hugo dict. tract. c. 1. th. 8. p. 12.*

10. Ex his tribus classibus Nobilium immediatorum, unaquæque iterum subdividitur. Franconica distinguitur in 6. loca. Odenwald / Steigerwald-Gebürg / Altemühl / Baunach / Röhn und Wehre.

11. Sue-

11. Suevica quinque locis distribuitur, in fünff Quartier oder Viertel / *primo* Hegau / Bodensee und Allgau / *secundo* an der Donau / *tertio* am Köcher oder Gochen / *quarto* am Schwartzwald oder Necker / *quintò* Kraichgau.

12. Rhenana dividitur in tres Land-schafft-Ort: 1. Gau und Waßgau / 2. Wetterau / Westerwald / Rheingau / 3. Nieder-Rheinstrom / Hundsrück / Eberswald.

13. Alsatica Nobilitas, quamvis non referatur ad has tres classes, tamen in Recessibus Imperii, inter nobilitatem Imperii immediatam refertur, de Juribus horum Nobilium suo loco dicemus, *vide de his, quæ dicta sunt Not. Bæcl. lib.* 10. *c.* 2.

TIT. XXI.

De Equitibus & Equestribus ordinibus Imperii nostri.

Equitum nomine nos non intelligimus hic omnes equites; quales etiam sunt isti, quos Imperator creat vel Rex Romanorum; sed istos tantum, die einen Ritter-Orden haben.

1. Eques est, qui certo ordini summi Principis authoritate adscriptus, illius ordinis & honoribus, beneficiisque gaudet; &

& muneribus obligatur. Tales sunt Johanniti in Imperio nostro. Et Mariani seu Teutonici. Uterque ordo cœpit in Palæstina, quo tempore Europæi Christiani populi, pro illius sanctæ terræ possessione, sive obtinenda sive defendenda, infinito hominum numero trajecto, per ducentos amplius annos cum Mahumetanis gravissime, & denique perinfeliciter conflixerunt. Ordo Equitum S. Joannis, qui & Equites Rhodii, nunc vero Malthesii dicuntur, exigua initia habuit. Postquam 1012. Turcæ atque infideles Palæstinam occupassent, templum sancti sepulchri, quod Hierosolymæ est, intactum integrumque reliquerunt. Ad illud, religionis Zelo inducti Mercatores Amalphitani, consensu Caliphæ Ægyptiaci, monasterium posuerunt in honorem Dei, atque B Virginis Mariæ, nominatum inde S. Maria de Latini. Huic induxerunt Abbatem atque Monachos. Hi prope Monasterium oratorium extrui curarunt, ad recipiendos advenientes voti causa, quod S. Johanni Baptistæ dedicarunt, unde fratres istius hospitalis Johannitæ dicti sunt. Gothofredus & Balduinus, recuperata Hierosolyma, magnis hos ditarunt proventibus, eorumque fidei civitates & castella, contra infideles defendenda commiserunt. Fuit postea idem

ordo,

o, qui proprie circa initium feculi 12.
)it, paulo ante Teutonicum à Ponti-
confirmatus.
Poftea anno 1308. armata manu Sara-
is eripuerunt Rhodum, cum quibuf-
n adjacentibus aliis infulis, unde no-
n Equitum Rhodiorum obtinuerunt.
æ tamen tandem anno 1523. die 24.
:embris, a Solymanno Turcarum
)eratore, poftquam ducentis & quin-
ginta millibus militum novem men-
arctiffima obfidione cinxiffet, ipfis
)ta eft.
ınno 1529. a Carolo V. Melitam five
tham obtinuerunt, (unde & hodie
itenfes feu Malthefii dicuntur) fub
ditionibus fequentibus; *primò* ut con-
Turcam piratafque pugnare parati effent
mper 4. naves bellicas inftructas ha-
nt. *Secundo* ut Regem Hifpaniæ & u-
que Siciliæ protectorem agnofcerent;
io ut eidem, in fignum gratitudinis
:annis falconem mitterent.

Equites pro infigni habent in pecto-
niftro crucem albam octangularem;
onum habent Joannem Baptiftam:
ınt fub regula S. Auguftini, jurant
pertatem caftitatemque.

Ordo Teutonicus, cujus Equites
n Hierofolymitani feu Mariani vo-
ur, a Xenodochio S. Mariæ Hiero-
foly-

solymæ ædificato. Author hujus ordinis fuit Germanus locuples, qui ædificium suum ad recipiendos advenientes religionis gratia, in Xenodochium convertit, eique in honorem B. Mariæ Virginis addidit templum, unde postea fraternitas dicta fraternitas ordinis Teutonici Hospitaliorum S. M. Hierosolymitanæ. Postea huic ordini Magister lectus est, qui non debet esse alius, nisi Germanus.

4. Pro insigni gerunt crucem nigram, pallio albo inhærentem: Jurant perpetuum bellum contra Turcam, & castitatem, sequuntur regulam S. Augustini. Anno 1220. cum omnia bona fere a Saracenis iis essent erepta, in Germaniam reversi, arma sua cum Gladiferis mit den Creutz-Brüdern in Livonia contra Borussos, qui & tunc temporis nondum fideles erant, junxerunt, & tandem, post quinquaginta tres annos, Borussiam sui Juris fecerunt.

5. Magister ordinis Mariæburgi residebat usque ad annum 1525. ubi Albertus Brandenburgicus summus Magister a Rege Poloniæ magnam Borussiæ partem in hereditatem accepit. Et cum Borussia post annum 1525. Feudum Poloniæ fuisset ultimis pactis Olivienfibus de anno 1658. hoc jus vasallagii est extinctum, &

su-

ſupremum Pruſſiæ Ducalis Dominium ad Dominum Electorem & ſuos heredes deſcendentes maſculos pertinet: & hac linea Electorali extincta, ſupremum Dominium ad Regem & Remp. Polonicam redibit, & utile Dominium ſub Feudi nexu ad Agnatos Domus Culmbacenſis & Anſpacenſis ut erat ante pactum Velavienſe, perveniat. *Vide Spen. Theatr. Herald. lib.* 1. *c.* 13. §. 7. *Limn. Tom. Addit.* 1. *ad lib.* 5. *c.* 7. *c.* 28. *Conring. de Fin. Inq. c.* 29. *Jac. Lydic. in Notit. Pruſſiæ de anno* 1677.

Et ordo omnia ſua bona ibi perdidit. Hodie in Franconia reſidet Mergentheimii, & qui in ordinem recipitur, jurat caſtitatem, paupertatem defenſionem pauperum & bellum contra Turcas.

6. Magiſter ordinis ſub ſe habet Commendatores, Commender. Commendatura nihil aliud eſt quam Præfectura, quæ interdum & Balley dicuntur.

Judicium Conringii de his ordinibus *vid. in Not. ad Lamp. part.* 3. *c.* 6.

Ea quæ concernunt alios ordines, vel in- vel extra Imperium, huc non pertinent.

TIT.

TIT. XXII.

De Landsaßiis & Pfalburgeriis.

Landsaſſius eſt, qui & corpore & bonis alicujus ſuperioritati territoriali eſt ſubjectus.

1. Origo Landſaſſiorum petenda eſt ab iis temporibus, quibus Ducatus &c. cœperunt eſſe hæreditarii.

Adeoque licet forte nomen non obtineat, tamen omnes Romano-Germanico Imperio mediate ſubjecti Landſaſſiorum numero non incommode cenſeri poſſunt: nam quod in Principibus eſt Landsfürſtliche Obrigkeit / in Comitibus eſt Gräffliche / in Civitatibus Städliche hohe Obrigkeit.

2. Territoria, ubi Landſaſſiatus viget, dicuntur clauſa: in quibus Landſaſſiatus non viget, dicuntur non clauſa, ſive non concluſa, ut ſunt Franconia, Suevia, Rhenus, Wetteravia, & Alſatia.

3. Origo hujus diſtinctionis referenda eſt ad interitum Ducum Sueviæ & Franconiæ *Beſold. de equeſtri ord. n.* 8 in utraque Bavaria, inquit, Saxonia, aliiſque in locis, ubi ex familiis priſcis Principum ſucceſſores ſuperſunt, ibi ſemper & ad hoc

hoc usque tempus nobiles manserunt mediati: Franconia autem, licet olim habuerit Duces, eorum tamen jus postea accrevit Imperio, ut ex mediatis, immediati facti fuerint nobiles. Similia scribit de Suevica & Rhenana nobilitate.

4. In territoriis quibusdam clausis, alii sunt Vasalli nec Landsassi, alii, Vasalli Landsassi: illi germanice Lehenleute / hi Landsassen absolute vocantur.

Illi coram Domino, non nisi ratione feudorum, comparent: hi in omnibus causis coram eo conveniri possunt. Et hinc aliud est, in eines Fürsten Land / und unter eines Fürsten Land und Obrigkeit gelegen.

In aliis, omnes sunt Landsassii, ut in Saxonia, omnes enim Vasalli ibi sunt Landsassii.

5. In Ducatu Saxoniæ, non autem in aliis locis, ubi Landsassiatus viget, Landsassii iterum sunt vel Schrifft-sive Cantzleysassen vel Ambtsassii. Hi sunt, qui in prima instantia coram Præfecto conveniri debent, quales non tantum sunt Nobiles, sed etiam integræ Civitates: illi qui immediate coram curia Principis, vor dem Hoffgericht conveniuntur.

6. Landsassiatus acquiritur potissimum hodie constitutione domicilii, si quis in tali

tali loco, ubi Landsassiatus viget, domicilium constituat.

7. Amittitur etiam domicilii mutatione: Landsassii autem pro lubitu, præstitis præstandis, domicilium mutare possunt, nisi insuper sint homines proprii, Leibeigene Leuthe.

8. Pfalburgeri quibusdam dicuntur, quasi Fauxburgeri seu falsi cives, aliis a Pfal/ palus, unde isti, qui non perfecti cives fuerunt, appellati sunt, der zwischen seinen vier Pfälen sitzet.

Pfalburgerus erat civis extraneus liberæ conditionis homo, qui sub Principibus, Comitibus &c. prædia possidens ab Imperialibus & liberis urbibus jus civitatis impetravit, ipsi civitati certis conditionibus adscriptus.

Cum olim hoc sæpius in Principum fraudem fieret, in A. B. *c.* 16. talis civitas prohibetur. *Vid. Limn. in Not. ad A. B. c.* 16.

LI-

LIBER II.

TIT. I.

De Rebus Imperii Corporalibus.



Res Imperii sunt vel corporales, vel incorporales.

1. Res corporales sunt vel mobiles, vel immobiles. Res mobiles Imperii, sunt paucæ admodum, & ad eas referuntur res Imperii, quæ Norimbergæ asservantur. De quibes supra diximus, *in tit. de modo perveniendi ad Imperium.*

2. Res immobiles Imperii, sunt feuda Imperii, & regiones ad Imperium pertinentes.

3. Feuda Imperii sunt vel secularia vel ecclesiastica. Ecclesiastica sunt Archi-Episcopatus, Episcopatus, Abbatiæ, Prælaturæ &c. quæ vulgo Scepter-Lehen vocantur.

4. Ecclesiastici enim Imperii Status de hisce olim per sceptrum investiebantur, der Käyser soll leihen allen geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter / und allen weltlichen Fürsten mit dem Fahnen, *Spec. Suev. lib.* 1. *c.* 32.

5. De

5. De poteſtate Eccleſiaſtica inveſtiebantur per baculum & annulum, quæ inveſtitura a temporibus Henrici V. Pontifici ceſſit. *Vid. Lehm. lib.* 5. *c.* 104.

6. De origine horum feudorum late egimus *lib.* 1.

7. Hic obſervamus *primo*: non omnes Epiſcopos, qui in Imperio noſtro ſunt, eſſe Status Imperii, imò ne iſti quidem omnes, qui ſunt ſuffraganei Archi-Epiſcoporum, quorum ſupra mentionem fecimus, ſunt Status Imperii, ſed quidam ſunt mediati: ſicut nec omnes Prælati; ſoli enim fere Prælati Benedictini dignitatem Statuum participant, quamvis & hi non omnes.

Reliqui ordines Monachorum, quia recentiores ſunt, & quidem demum ſeculo duodecimo vel decimo tertio in Germania cœperunt, quo tempore Clerus jam vehementer fuit exoſus, ad hanc dignitatem evecti non ſunt.

8. *Secundo* quod variæ mutationes circa Epiſcopatus Imperii extiterint. Quidam enim Epiſcopatus, una cum integris Regionibus, Imperii finibus jam exciderunt. Superiori enim ſeculo omnes per Pruſſiam & Livoniam Epiſcopatus perierunt; in Helvetia, Lauſannenſis, Sedunenſis, & Genevenſis, in Regno Lotharingiæ, Metenſis, Tullenſis & Verdunenſis,

nsis, in Batavia Trajectensis: cumque
gnum Bohemiæ, cum Silesia & Mo-
ia, hodie Imperii dignitatem parum
ierentur, plane & illos, qui ibi sunt
iscopatus, ad primam perditorum Clas-
n sine injuria fortasse retuleris: alio-
n Episcopatuum regiones hodieque
nent in ditione Imperii, non tamen
untur a Principibus Episcopali adhuc
nine fulgentibus, sed secularibus. Est
em & eorum non una ratio. Quidam
cet abjecerunt simul & collegia sua
onicorum: alii retinuerunt isthæc qui-
i, sed iis aliqua redituum annuorum
e mulctatis.

Quidam in Conventu Imperii ordi-
i nunc seculares inter Principes ferunt
entiam, ut Rex Sueciæ, Bremensis
non Verdensis Ducis titulo: Elector
idenburgensis, nomine Principis Hal-
tadiensis & Mindensis; & Magdebur-
is etiam Ducis Authoritate: Mechlen-
gensis tanquam Princeps Suerinensis
atzeburgensis; alii conventibus Im-
plane non intersunt, ut Misnensis,
eburgensis, Havelbergensis, Libus-
s & Caminensis. *Vide Conring. in
ad Lamp. part. 3. c. 6. §. 4.*

Feuda secularia sunt, Electoratus,
itus &c. Germanice Fahnen-Lehen.
stitura horum feudorum a Principi-
K bus

bus Imperii petenda est ab Imperatore, cum vel alius Imperator præficitur, vel cum persona Vasalli mutata est. 1. *F.* 22. sicut & feudorum non regalium sive minorum. *arg. t.* 5. *A. B.*

10. Jure communi feudali senior investituram conferre potest per Procuratorem. 2. *F.* 3. in Imperio feuda majora ipse Imperator conferre solet: feuda minora consilium Aulicum. *Limn. lib.* 4. *J. P. c.* 7. *n.* 24. Conferuntur in Curia Imperiali. *A. B. t.* 29. moribus in Aula Imperatoris. *Bocer. de invest. c.* 5. *n.* 13. Nisi pactione aut privilegio aliud sit receptum. e. g. Domus Austriaca extra Austriam investituram requirere non tenetur, sed si post trinam requisitionem non conferantur, mögen sie ohne alle Furcht der Seeligkeit besitzen / als hetten sie es leiblich empfangen. *Limn. I. P. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 30.

Rex Bohemiæ ultra decimum quintum milliare Germanicum extra Regnum investituram petere non cogitur. *Gold. de Regn. Bohem. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4.

11. Petenda est investitura, jure Recessuum, intra annum, *Ord. Regim* 1521. §. 4. *Jure communi feudali*, intra annum & diem 2. *F.* 24. 2. *F.* 52. & 53. Qui dies non intelligendus est naturaliter, sed civiliter, nimirum intra annum, mensem & diem 1. *F.* 22.

Ne-

Neque opus eſt, ut hic diſtinguamus
er Vaſallum militem & paganum: huic
m diſtinctioni reclamant textus ſupe-
s allgati: novum enim non eſt, ut in
re noſtro termini non naturaliter, ſed
iliter, intelligantur, *arg. l.* 135. *ff. d.*
). *& alibi.*

12. Si Vaſallus præfinitum terminum
ligit dolo vel culpa, feudum amittit.
F. 52. *&* 55.

Hic dolus vel culpa, ſecundum æquio-
ı & benigniorem opinionem, nocet
um poſſidenti, non etiam agnatis:
ı agnati hæc feuda habent non a poſſi-
te, ſed a primo acquirente. Alii exi-
ant, pertinere feudum ad Dominum,
lies vitæ Vaſalli.

lii etiam Agnatis ſimpliciter præju-
ri exiſtimant, *arg. §. præterea final.*
. 55.

ed *Myllero ab Ehrenbach. part.* 3. *c.* 9.
5. verior videtur ſententia prima;
ndiu enim Agnati ſuperſunt, Domi-
nullum Jus quæſitum habet. Et ſic
ximior ſe indignum reddit, ſequens
ı ſtatim admittetur, quia hæc vide-
uiſſe voluntas conſtituentium. *Arg.*
§. 3. *ff. d. Leg.* 2. Non immerito ta-
Bitſchius in Comment. ad lib. 2. *F.*
§. *Denique ſæpe quæſitum eſt*, cum
textu diſtinguit an delictum com-

K 2 miſſum

missum sit, in Dominum; an adversus alium: priori casu statim ad Dominum: posteriori casu statim ad Agnatos pertinere: ut & priori casu mortuo Vasallo & ejus liberis Agnati succedant. *Confer. Struv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 15. th. 14. & 15.*

Et hinc dolus vel culpa patris non nocebit filiis, quia & hi non a Patre, sed a primo constituente feudum habent, & non minus primo acquirenti sunt agnati, ac alii. Hæc iterum secundum mentem Mylleri & aliorum: a quibus tamen allegati Anthores dictis locis itidem dissentiunt; propter textus clarissimos. 2. *F.* 31. 2. *F.* 24. 1. *denique* & 2. *F.* 26. §. *si Vasallus culpam.*

13. Nihil etiam obest ipsi possidenti, dum intra determinatum tempus feudum non petit, quando adsunt legitima impedimenta. 2. *F.* 52. vel etiam quando Vasallus petiit termini dilationem. Literas super hac dilatione concessas vocant indultum, vel Gotts-Brieff.

14. Si Vasallus moriatur intra annum petendæ investituræ, secundum dicta, Successori integer annus ad petendam investituram adhuc supererit: quia petitio investituræ est actus, ut loquuntur, personalissimus.

15. Investitura peti potest etiam per -Pro-

procuratorem. 2. F. 3. In Imperio nostro videtur distinguendum inter renovationem investituræ, & inter primam feudi collationem. Si investitura saltem renovatur, procurator a Principibus mitti solet. Sed si feudum prima vice conferatur, Principes ipsi, ut loquuntur, in persona eam accipiunt; exemplo Mauritii Saxonis, Maximiliani Bavari & aliorum Electorum & Principum.

16. Nullo Successorum superstite, feudum aperitur Domino, & libere alium, quem velit, re-infeudare Dominus potest.

Specialiter tamen in Imperio Germano-Germanico provisum est, ne Imperator feuda titularia aperta, sine Electorum consensu reinfeudet; sed ut Cameræ Imperiali, zu Unterhaltung des H. Römischen Reichs / addicat & incorporet, quo exinde Cæsareæ Majestati honestus census constituatur: *Capit. Car. V. art.* 24. *Ferd. II.* 28. *Reink.* 1. *Cl.* 2. *c.* 9. *n.* 165. De hac lege *Conringius in Lamp. part.* 3. *c.* 5. §. 26. ita disserit: taceo legem illam, quamvis perquam sit salutaris, de Feudis vacantibus Fisco Imperii reddendis, nec alienandis in novos Principatus, minus Sancte aliquamdiu observatam, & studio ambientium aulæ Regiæ obnoxiorum, aut privatis aliis de causis, idem pericu-

lum fortassis & imposterum metui posset. Ut facile est potentibus, legum vim fucato etiam prætextu & inanibus promissis eludere. Præsertim quia etiam hæc ipsa lex, cum ante hac in omnibus Capitulationibus nullam pateretur exceptionem, & simpliciter omnes ejusmodi vacuum feudum fisco Imperii vindicarent, jam cæperit ab Electorum, & solorum quidem non & reliquorum Imperii Ordinum, consensu suspendi &c. Quod tamen in feudo Electorali limitationem recipit. De Electoratu enim Imperator prospicere debet, uno ex Electoribus deficiente. *A. B. tit. 7. §. f.* Si vero aliquis ex hujusmodi Principatibus Imperio sacro vacare contingeret, Imperator de ipso providere debebit, tanquam de re ad se & Imperium devoluta.

17. Solennitates, quæ in investitura intervenire solent, *vid. apud Limn. in add. lib. 4. c. 7.*

Ad eas referuntur etiam insigniorum traditio, & juramenti præstatio.

Insignia olim fuerunt Sceptrum & Vexillum; Sceptri traditione feuda Ecclesiastica: Vexilli traditione feuda secularia conferebantur, ut dictum.

Rudolphus Habsburgensis hat bey Ermanglung des Scepters / geistlichen und weltlichen Fürsten die Lehen ertheilet / durch

An-

Anrührung eines Creutzes: iniquiens, ecce signum, in quo nos & totus mundus est redemptus, & hoc signo utamur loco sceptri. *Lehm. lib. 5. cap. 104.*

Hodie omnia feuda conferuntur traditione gladii, cujus capuli conum Vasallus, in genua decumbens, osculatur. *Reinking. lib. 1. Cl. 4. c. 16. n. 26. seqq.*

18. Unde quaeritur, an mos investiendi per Sceptrum & Vexillum omnino in desuetudinem abierit? Plurimi id affirmant, qui exemplo investiturarum, quae hodie fiunt, id probant.

Alii negant, quia non sufficit adducere exempla intermissi Vexilli, nisi simul monstretur, scientibus Principibus, de abrogando Vexillorum usu actum & deliberatum esse. Imo & adhuc hodie in arbitrio Principum est, ad majorem celebritatem & decorem, in Comitiis feuda accipere, & vexilla investiturae adhibere. *Dieterich. ad A. B. tit. 19.*

Hinc *Limnaeus* distinguit inter investituras solennes, quae in Comitiis fiunt sub dio, hoc enim in casu etiam vexilla & sceptrum adhiberi solere; ut constat ex exemplis Mauritii Saxoniae Electoris, & Ferdinandi Archi-Ducis Austriae, Ducum Pomeraniae, in Comitiis Augustanis a Carolo V. 1530. investitorum. *Goldast. in Pol. Imp. part. 6. tit. 3. p. 363.*

Et minus solennes in aula Imperatoris, hoc enim in casu tantum gladium adhiberi; exempla quæ pro contraria opinione firmanda adducuntur, accipit de investitura minus solenni.

Quo accedere putat, quod nuspiam legatur, daß die Scepter-und Fahnen-Lehen in Schwerd-Lehen seyen verändert worden / *lib.* 4. *J. P. c.* 7.

Nos putamus esse rem meræ facultatis, & Imperatorem pro lubitu in omni investitura, ubicunque illa fiat posse adhibere vel gladium vel sceptrum, & vexilla, vel etiam utrumque, ut notant DD. exemplo Gualtheri Cronbergii, Prussiæ Magistri, in cujus investitura Carolus V. præter vexilla & gladium etiam sceptrum adhibuit. *Goldast. in Pol. Imper. part.* 6. *tit.* 4. licet hodie non fiat.

19. **Investiturarum** formulæ non uniusmodi quidem sunt; communiter tamen ita concipiuntur, ut petentes investiantur mit dem Hertzogthumb / Landgraffschafft und Marggraffschafft: item, Pfaltzgraffschafft und andern Fürstenthumb / Landen / Leuten / Lehen / Lehnschafften / Aemptern / Städten / Stücken und Güthern / Zöllen / Gleiten / Schulden / Renten / Zinsen / Nutzungen / Gerichten / Oberst und Niederst / Bergwercken / Saltzwercken /

Wild-

Wildbahnen / sampt allen andern Lands-Fürstlichen Hoheiten / Regalien, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten / oder gemeiniglich / mit allen und jeden Fürstlichen Regalien, Herrlichkeiten / Obrigkeiten / Ehr / Würden und Freyheiten / Gerechtigkeiten / Gewohnheiten und Eingehörungengen / benant und unbenant / allermassen wie es dero Vatter und Vorfahren besessen und innen gehabt.

20. Refertur ad solennitatas, ut dictum, etiam Juramenti præstatio: formula talis est: Euch dem Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten / Unüberwindlichsten Fürsten und Herren (Leopoldo) Römischen Käysern / Unserem Allergnädigsten Herren / von wegen und als Vollmächtige Gewaltshaber des Durchleuchigtsten / Hochgebohrnen / Unsers Gnädigen Fürsten und Herrn / geloben und geschwören Wir / in Krafft des von Ihro Fürstl. Gn. empfangenen und zur Käys. Reichs-Hoff-Canzley übergebenen schrifftlichen Gewalt / auff das heilige Evangelium / das wir hier leiblich berühren / und in die Seele Hochgedachtes / daß J. F. G. von den Regalien und Lehenungen / des Fürstenthumbs N. sampt allen denselben incorporirten Graffschafften / Herrschafften / Ein- und Zugehörungen / die J. F. G. jetzo verliehen und gereicht werden / nun hinfort von dieser Stund an / Euer Kayserlichen Mayest. allen derselben Nach-

kommen am Reich / Römischen Käysern und Königen / und dem H. Reich / treu / hold / gehorsam und gewärtig seyn / auch nimmermehr wissentlich in dem Rath seyn sollen noch wollen / da ichtwas wieder Euer Käys. Mayest. Person / Ehr / Würde oder Stand gehandelt oder fürgenommen wird / noch darein willigen und gehälen / in einige Wege / sondern Euer Kayserl. Mayestät und des heiligen Reichs Ehr / Nutz und Frommen betrachten und befordern nach allem ihrem Vermögen. Und ob J. F. G. irgends verstünden / daß etwas fürgenommen oder gehandelt würde wieder J. Kayserl. Maijestät Person oder das heilige Römische Reich / demselben sollen und wollen sie getreulich vorseyn / und Ihro Käyserliche Maijestät dessen ohne Verzug warnen / und sonsten alles das thun / das sich einem gehorsamen Fürsten gegen Euer Käyserliche Maijestät und dem heiligen Reich gebühret / von Recht oder Gewohnheit wegen / ohne Argelist und Gefährde / als wahr Seiner Fürstl. Gn. Gott helffe und das H. Evangelium.

Quemadmodum jure feudali communi, Juramentum fidelitatis potest præstari per Procuratorem, 2. *F.* 3. ita & jure publico nostro. Formula jurisjurandi, jure feudali communi fere eadem est cum hac, quam retulimus, *Vid.* 2. *F.* 5. 6. & 7.

Qui-

Quibusdam in locis consuetum est, ut fidelitatis Juramento execrationes quoque annectantur: sicuti de Philippo de Croy, Duce Arschottano, legimus, qui cum de Castello Antwerpiensi fortiter tuendo juramentum præstitisset; huic Secretarius Hispanicus, de Escovedo, subjunxit sequentia: So ihr das thut / so wolle euch Gott helffen / wo aber nicht / so hole euch der Teuffel mit Leib und Seel / dar auff sagte ein jeder / Ameu. *Meter. de bello Belg. lib. 6. f.* 336.

21. Peractis omnibus solemnibus, publicum Instrumentum Investituræ confici solet, quod Jure feudali breve testatum, 1. *F.* 2. §. 1. 2. *F.* 32. germanice der Lehenbrieff vocatur.

Si est investituræ renovatio, circa controversias, occasione hujus brevis testati ortas, prima investitura, tanquam radix omnium sequentium investiturarum, sequenda est. 2. *F.* 1. §. 5. & 6. 2. *F.* 14. Ideo si in sequentibus investituris immutatum aliquid est, vel innovatum, Successoribus hoc non nocet. 2. *F.* 5. & per errorem hoc factum esse, præsumitur, usque dum hæc præsumptio manifestissimis probationibus elidatur. §. 11. *J. d. inut. Stip.*

22. Pro hoc brevi testato, licet alias pro investitura per privilegium Laude-

mium non solvatur, honorarium datur, und muß man den Lehen-Brieff auß der Reichs-Hoff-Canteley lösen / und den Lehentar erlegen. Officiales Imperii nihil solvunt pro investitura. *A. B. t.* 29.

Quantum solvant reliqui Principes, *vid. eod. tit.* & *Myler. de Statib. Imp. part.* 3. *c.* 91. & 92.

TIT. II.

De Finibus Imperii.

Fines Imperii nostri, in tot membra & feuda divisi, describuntur vel designatione Geographica per limites, ut Ortelius fecit in typo veteris Imperii Romani. *Conr. de fin. Imp. lib.* 1. *c.* 1. 2. 3. & 4. *Thuan. lib.* 2. Germania, inquit, antiquos limites habet ab oriente, Vistulam & Pannonias, ab occidente Rhenum. Qui ab Alpibus Lepontiis ex Adula monte ortus, per Curiam Rhætorum, curvato flexu Augustam Rauracorum dividit, & inde quasi a meridie Septentrionem versus tendens, binis ac multum disparatis ostiis in mare Germanicum exoneratur: a meridie Alpibus Rhæticis, Vindeliciis, Juliis & Carnicis, a Septentrione mari Baltico clauditur &c. Vel enumeratione per nomina Provinciarum

ciarum eo pertinentium, *quas vide apud Limn. lib. 1. c. 9. & utroque tom. addit. apud Zachariam Vietorem in tr. de exemptione, apud Conringium de finibus Imperii.*

TIT. III.

De Exemptionibus.

Fines Imperii nostri quocunque tempore variis vicissitudinibus subjecti fuerunt. Mox enim Provinciarum accessione prolati, mox vero earundem avulsione iterum imminuti sunt. *Vid. omnino Conring. dict. tr. de finibus Imperii.*

1. Avulsio seu exemptio ab Imperio est, qua Imperii Status ab immediata ejus subjectione vi bellica, vel alterius industria abstrahitur, aut motu proprio seipsum Imperio Romano subducit. R. A. 1548. §. als auch durch 52. 1566. §. dem nach 125. *ubi Imperator Maximilianus II. conqueritur:* daß so viel herrliche Königreich / Fürstenthum / Republiquen und Städte hie mit Gewalt / dort mit Practiquen dem Römischen Reich entfrembdet werden.

2. Exemptio est duplex, totalis & partialis,

TIT. IV.

De Exemptione totali.

Totalis exemptio eſt exemptio, qua Status Imperii avelhtur, tum quoad onera, tum quoad recognitionem Imperialis Majeſtatis, e. g. Rex Galliæ, Rex Hiſpaniæ &c quo ſine dubio referendum non eſt Imperium Conſtantinopolitanum, quia cum noſtro Romano-Germanico Imperio nihil commune habuit: & hinc, quæ illi erepta ſunt, non videntur a S. R. Imperio, tanquam huic erepta, repeti poſſe. *Not. Imp. Bæcl. lib.* 2. *c.* 3.

1. Hi totaliter exempti, nituntur duobus potiſſimum titulis, præſcriptione & Jure belli.

Præſcriptionem enim & in regnis obtinere, certum eſt, quia alias controverſiæ de regnis regnorumque finibus nullo unquam tempore extinguerentur, quod non tantum ad perturbandos multorum animos & bella ferenda pertineret, ſed & communi gentium ſenſui repugnaret. *Grot. de J. B. & P. c.* 4. *in pr.* Ex quo enim Jure diſtinctio dominiorum eſt introducta, ex eo etiam jure dominiorum conſervatio eſt conſtituta.

Do-

Dominia autem, nisi sint in certo, & lites circa ea finem suum habeant, conservari nullo modo possunt.

Dissentiunt alii: *primo*, quia præscriptio ex Jure Civili est, quod Jus Reges non obligat. *Secundo*, quia in tali præscriptione bona fides deest. *Tertio*, Regna non sunt in commercio, seu potius Majestas in his regnis. Respondemus ad primum: præscriptio est juris Civilis, quatenus jus civile de ea disposuit, & formam, ut loquuntur, specificam constituit: est juris gentium, considerata in genere, citra dispositionem juris civilis, exemplo donationis. Ad secundum, in præscriptione immemorialis temporis nec Jure civili requiritur bona fides, sed temporis lapsus tantum attenditur.

Nec obstat, quod tempus non tribuat dominium, Resp. tempus non tribuit dominium, sed jus quod vult, ut intra tantum temporis spatium dominium nobis acquiratur.

Ad tertium distinguimus inter Majestatem & jus habendi Majestatem; non præscribitur Majestas: hæc enim non est in commercio hominum, & a solo Deo confertur; sed jus habendi Majestatem, quod est in commercio.

2. An Summus Pontifex præscriptione adversus Imperium se tueri possit; quæ

ritur? negat hoc Conringius *de Fin. Imp. c.* 21. *Bœcl. in Not. Imp. lib.* 2. *c.* 2. *p.* 18. 1. Quia Imperatores nomen Romani Cæsaris constanter retinuerunt, & sic videntur contra possessionem ejus protestati esse. 2. Quia in omnibus Capitulationibus, excepto moderno nostro Imperatore, jurant Imperatores, quod velint Coronam Romanam suscipere. 3. Quia Pontifices semper a novis Imperatoribus donationes ante factas petierunt confirmari. 4. Ex creatione Equitum & Comitum Palatii Lateranensis. 5. Ex privilegiis, quæ a Cæsaribus indulgentur terris Papalibus. 6. Ex prælatione Ensis, quem Præfectus Urbis Romæ Cæsari semper præfert. 7. Ex aliis actibus summæ potestatis.

3. De Prussia idem asserimus, propter protestationes ab Imperatore & Imperii Statibus adhuc hoc seculo interpositas. *Vid. Bœcl. in Not. ad Grot. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 147. *Plura vide apud Authores indicatos.* Septem longe nobilissimæ & Potentissimæ Provinciæ Fœderati Belgii, Hollandia, scilicet, Zelandia, Geldria, cum Comitatu Zutphaniensi, Westfrisia, Trajectina regio, Transisalania & Groningensis ditio, cum Omlandia, postquam 1581. Hispano renunciarunt, Imperio etiam nec quidquam amplius debere videri

deri voluerunt suntque passim per omnem terrarum Orbem a Potentissimis Regibus habitæ ac cultæ quasi sui juris, nec ulli Principi obnoxiæ. Hinc ne a Cæsare quidem titulum Dilectorum Fidelium dari sibi passæ sunt amplius, nec a Principibus Imperii æstimari ullo indicio in censu eorum qui Imperio sunt obnoxii. Confer adhuc plura & elegantia libertatem Belgicam concernentia apud *Conring. de Fin. Imp. c.* 28.

4. Summus Pontifex præter præscriptionem allegat donationes Imperatorum: non quidem illam Constantini M. quæ rudioribus annis tantopere defensa, sed postea a Baronio & a quibusvis emunctioribus hactenus fastidita est. Verum Pipini, Caroli Magni, Ludovici Pii. Ottonis I. Ottonis III. Rudolphi I. Alberti, Henrici VII. Caroli IV. Sigismundi, Caroli V.

Hic titulus donationis Cæsareæ, si Pontificibus procedere debet, demonstrare tenentur. *Primo*, an & quomodo factæ sint? tabulis non summatim excerptis sed authenticis & formalibus. *Secundo*, an præter utile dominium ipsis aliquid accesserit illis donationibus. *Tertio*, an Imperator solus hoc potuerit facere, ut præter utile dominium plenum quicquam ad Pontifices perveniret, aut Cæsareum

ac

ac Imperii Jus in eos transferretur. *Quarto*, an potuerit cum consensu Electorum vel quorundam, vel collegii totius hoc facere. *Quinto*, an consensus quorundam Electorum ad hoc sufficere potuerit. *Sexto*, an-non clausula salutaris, de Juribus Imperii, sive Jure Cæsareo reservatis, omni donationi tali tacitè insit, etiamsi verbis clare non fuerit expressa. *Bœcl. in Not. Imper. lib.* 2. *c.* 2.

5. Tituli, quibus fines inique avulsi recuperari possunt: sunt *primo* Capitulationes Cæsareæ, in quibus de recuperandis amissis obligatur Imperator. *Capit. Carol. V. art.* 9. *&* 10. *& ibi Limnæus. Secundo* animus retinendi semper & sufficienter in quibusdam e. g. Italia, Prussia &c. ostensus. *Tertio* reservatio juris Imperialis in quibusdam concessionibus & cessionibus ostensa & probata. Contra istos, qui Jure hactenus exempti sunt, propter pactiones forte interpositas, restitutio in integrum, si causa subesset; peti posset: quia enim Regum negotia administratoribus committuntur, vel etiam, quia ipsi non minus ac privati, dolo & fraudibus aliorum subjecti sunt; æquum est, ut si damnum ex talibus caussis sentiant, se ipsos non minus possint restituere ac privatos. Reges enim in pro-

propria causa judices esse possunt. *Gothofr. in Not. ad l. un. C. ne quis in sua causa.*

Neque credendum est, restitutionem in integrum esse merum fœtum juris Civilis, *Vid. Bœcl. Comment. in Grot. lib. 2. c. 14. & in Not. Imp. lib. 2 c. 3.*

TIT. V.

De Exemptione Partiali.

Exemptio partialis est exemptio, qua quidam ab Imperii immediata jurisdictione, non tamen spreta Imperatoris & Imperii Majestate, eximuntur.

1. Tales exempti dicuntur a quibusdam vel cives Imperii honorarii, vel fiunt Landsaffi. Ad priores referuntur, omnes fere Italiæ Principes, sed falso, *Conring. de fin. Imper. cap.* 23. Magnus Dux Hetruriæ, Dux Mantuæ, Mediolani &c. Respublica Lucensis; qui omnes Imperii & Imperatoris Majestatem comiter observant, nec incongrue Imperii Romani Cives honorarii dicuntur. *Goldastus in Præfatione ad Ducem Wurtemb.* In den Reichs-Handlungen.

2. Landsaffi quidem ab Imperii immediata subjectione ab alio immediato Statu eximuntur, salva tamen manet Imperii Jurisdictio, & est: Wann ein Standt

des Reichs den andern auß den Anlagen und Matricul außziehet / und ihn auff den Reichs-Tägen vertritt.

3. Interdum hæc exemptio fit sine onere, quando ab eximente nihil solvitur Imperio, sed plane exemptus desinit & evanescit, *de quo R. I.* 1570. §. Als wir dann weiters R. A. 1541. §. Doch sollen die 58. 1548. §. Als auch durch 52.

4. De hac exemptione semper variæ in Comitiis exortæ sunt lites. R. A. 1576 §. bey Berathschlagung / & fiscali Imperii injungitur, ut processus extrahat, & in Camera Imperiali contra eximentes aut exemptos agat. R. A. 1548. §. Und als auch durch 52. In Comitiis Augustanis anno 1568. Catalogus plus quam centum Imperii Statuum extractorum exhibitus est. *Limn tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 73. & Additionum c. 7. per totum &c.*

Außziehende:	Außgezogene:
Ertz-Bischoff zu Maintz.	Graff Königstein.
Ertz-Bischoff zu Cölln.	Graff zu Neuenau. Graff zu Reiffer-scheid. Herrn zu Reineck.
Ertz-Bischoff zu Trier.	Abt zu St. Maximin. Baley zu Coblentz. Abt zu Prüm. Grafen zu Nieder-Isenburg.

Abt

Pfaltzgraff Churfürst.

- Abt zu Waldsachsen.
- Probst zu Seltz.
- Graff zu Virnenberg.
- Stadt Gelnhausen.

Churfürst zu Sachsen.

- Bischoff zu Naumburg.
- Bischoff zu Meissen.
- Bischoff zu Merseburg.
- Abt zu Saalfelden.
- Abt zu Walckenried. (hodie Duces Brunsvicenses hāc Abbatiam vigore J. P. art. 13. tenent.
- Abtissin zu Quedlinburg.
- Graff Günther zu Schwartzenburg.
- Graff Hanß Henrich zu Schwartzenburg.
- Alle Grafen zu Manßfeld.
- Die Grafen zu Stolberg.
- Graff Ernst von Hohnstein.
- Innhaber der Graffschafft Beichlingen.
- Graff Gaingolph zu Barby und Mühlingen.
- Der Graff zu Gleichen.
- Grafen zu Leißnick.
- Die Herrn von Windenfels / alii Lindenfels.
- Herrn von Gera.
- Reussen von Plauen und Herren zu Schleitz.

Her-

Herren zu Schönberg.
Schencken zu Tautenberg.
Die von Brandenstein / Hn. Hn. zu Ranis.

Churfürst zu Brandenburg.
- Bischoff zu Brandenburg.
- Bischoff zu Libus.
- Bischoff zu Havelberg.
- Graffschafft Rupen.
- Graff Veits von Hohnstein Erben.

Das Hauß Oesterreich.
- Bischoff zu Trient. / Bischoff zu Brixen. / Abt zu Murbach. — Diese 3. vertrit K. Majestät.
- Bischoff zu Gurck.
- Bischoff zu Seckau.
- Bischoff zu Lavant.
- Baley in Oesterreich.
- Baley in Etsch.
- Abt zu St. Blasy. / Abt zu St. Peter — im Schwartzwald.
- Abt zu Schuttern.
- Graffschafft Kirchberg.
- Grafen zu Tübingen.
- Grafen zu Hardeck.
- Herr von Rappelstein.
- Herr von Fleckenstein.
- Herrn Levin von Stauffen Erben.
- Herr von Wolckenstein.
- Herr von Meersberg.

Herr

{ Herr von Rogendorff.
Herren von Losenstein.
Hohen-Königsperg.

Das Hauß Burgund. { Die Graffschafft Nassau und Breda.
Grafen zu Egmond und Issel-stein.
Hr. Dietrich / Graf zu Manderscheid.
Innhaber der Graffschafft Finberg.
Graf Oßwalds von Berg / Sohn und Erben.
Die Herrschafft Sembreff.
Herr Johann / Graff zu Reifferscheid.
Herr Jobst / Graf zu Bronckhorst.
Herr Joh. Graff von Bergantweiler.

Ertzbischoff zu Saltzburg. { Der Bischoff zu Chiemsee.

Bischoff zu Würtzbusee. { Probst zu Chomberg.
Grafen zu Castell.
Ampt Reichelsberg / gibt vor diese 2. letzte die Anschläge.

Bischoff zu Straßburg. Abt zu Gengenbach.

Bischoff zu Speyer. Probst zu Odenheim.

Bi-

Bischoff zu Paderborn. { Stadt Warenberg. Stadt Brackeln.

Bischoff zu Verden. Die Stadt Verden.

Bischoff zu Metz. } Die Stadt Kaufmans-Saarbrucken. hic Episc. hodie a Rege Gall. eximitur.

König in Dennemarck. Bischoff zu Schleßwick.

Hertzog Wilhelm und Hertzog Ludwig in Bayern. { Abt zu Rode. Graff zu Ortenburg. Herr zu Degenberg. Herr von Stauffen zu Ehrenfels.

Hertz. Henr. von Braunschw. { Abt zu Rittershausen.

Hertzog Erich von Braunschweig. { Graffschafft Neußdorff. Stadt Göttingen.

Hertzog zu Gülich. { Graff von Manderscheid. Stadt Deuren.

Herzog zu Cleve. { Grafen zu Mörs. Stadt Nieder-Wesel. Stadt Soest. Stadt Duisburg.

Herzog zu Pommern. } Bischoff zu Camin. vide J. P. art. 11.

Hertzog zu Mecklenburg. } Bischoff zu Schwerin. J. P. art. 11.

Herzog zu Holstein. Stadt Hamburg.

Herzog zu Würtenberg. { Abt zu Maulbrun. Abt zu Königsbrunn. Die Grafen zu Löwenstein.

Abt

Landgraff zu Hessen.	Abt zu Hirschfeld vid. J.P. art. 15. Abt zu Corvei. Abtissin zu Kausingen. Grafen zu Waldeck. Gräfin zu Wittgenstein. Grafen von Ritberg. Die Heren zu Pleß.
Abtissin zu Hervorden.	Die Stadt Hervorden; Elector Brandenburgensis hodie eam tenet.
Graff von der Lippe.	Die Stadt Lemgau.
Truchses von Waldburg.	Abt zu Issin.
Stadt Nürnberg.	Abt zu S. Ægidii in Nürnberg.

5. Atque ita quidem Status eximentes: sed Fiscalis, & illi, qui pro libertate pugnant, in quam plurimis contraria opponunt desideria; scilicet exemptionum. Aliæ adhuc sunt dubii Juris & in lite pendentes, aliæ sententia sublatæ; aliæ autem confirmatæ & Juris firmi.

6. Hæ exemptiones, non obstantibus querelis, de quibus supra diximus, tolerantur, propter exemplorum frequentiam, & temporis diuturnitatem: Und diejenige / so von Alters her durch andere Stände in den Reichs-Anlagen billich außgezogen / seynd bey altem Herkommen zu lassen. R.A. 1541. §. Doch sollen 48. 1542. §. Und wiewohl. 1567. §. Damit auch.

7. Causæ exemptionum sunt 1. mortalitas Principum, 2. Crimen Perduellionis, 3. Præscriptio seu vetustas, hominum memoriam excedens. R.A. 1548. §. Wann auch Außgezogene 56. *ibid.* wider die Reichs-Hülff und Anschläge *legitime præscribiret* habe. 4. Voluntaria subjectio, so die außgezogene Stände solches Außziehens zufrieden seynd. R. A. 1548. §. Und als auch. 5. Specialis Imperatoris concessio (hoc per capitulationes hodie est restrictum) *Cap. Ferd. III. art.* 3. *ibi*, einen jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen &c.

8. Probatur exemptio I. parendo (1. in præstando Homagio, 2. mandatis obediendo, 3. mulctam solvendo, 4. appellationem admittendo, 5. religionis exercitium mutando, hodie hoc est restrictum. *J. P. art.* 5. §. 12.) II. comparendo: (1. in Comitiis Provincialibus, auff den Landtägen / 2. pro tribunali, 3. ad sequelam & delectum, 4. in solvendis collectis & contributionibus. III. Ex variis signis: 1. Castrorum tempore belli apertura, 2. Insignium Principis in curia, mœnibus, portis, aliisve locis pictura. 3. Principis intrada, durch solennen Eintritt.

Pleraque tamen hæc argumenta non faciunt plenam probationem, sed præsum-

sumptionem tantum præbent, quæ contraria probatione elidi potest. Si nimirum Princeps his Juribus gaudeat, non Jure superioritatis territorialis, sed per modum privilegii, vel ex conventione: *vid. scripta in causa* der Stadt Braunschweig / Erfurt / Hamburg / Bremen: *vid. Latius Mylerum ab Ehrenbach. de Stat. Imp. part.* 4. *cap.* 102. 103. 104. 105. *& Vietorem in tr. de exemptionibus.*

TIT. IV.

De Divisione Imperii.

Antiquis temporibus Imperium divisum erat in das Italiänische und Germanische / dieses ward wiederumb in drey Reich gesondert / Teutsche / Wällische und Windische. Güldene Bull / *t.* 20. *t.* 24.

1. Hernach in die zwey hohe Pfallentzen / Sachsen und Schwaben / Sachsenspiegel *cap.* 3. *cap.* 64. Schwabenspiegel *lib.* 1. *cap.* 108. zu Schwaben / das auch Francken wird genant / wovon die Wällische / das ist / die Gaulische Stände gezogen / dardurch Niederland / Lothringen / Burgund und das Arelatische Reich; Zu Sachsen / die Windische oder Schlavische / dardurch Bo-

 heimb /

heimb / Mähren / Slesien / Polen / Littau und Preusen wird verstanden. *Goldast.* in der Vorrede der Reichssatzungen.

2. Imperium præterea dividitur in circulos.

Circulus, germanice, Kraiß / parcius Circkel dicitur, *in Recessibus Imperii: exempla occurrunt in Ordinat. Regiment. de anno* 1521. §. der andere Circkel / §. der dritte Circkel.

3. Circulus Imperii Romano-Germanici est magna Regio, ex diversarum vicinarum Provinciarum conjunctione constituta, sub se plures Status & ordines Imperii comprehendens.

4. Originem suam hæc divisio debet Maximiliano I. qui anno 1500. Statuum assensu & approbatione Augustæ primum constituit sex circulos; Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum superiorem, Westphalicum & Saxonicum inferiorem, non quidem appellatione Provinciarum, sed descriptione nominum Statuum Imperii; ut & in der Cammergerichts-Ordnung zu Cossentz 1507. *art.* 20. *ubi in fine præced. art.* 19. dicitur Augustæ 1500. sex circulos institutos esse: *quod idem repetitur Recessu Imperii* 1512. §. 12. Descriptiones tamen variant, *ut videre est ex Schematismis, quos exhibet Limn in J.P. & addit. tom.* 2 *ad lib.* 1. *c.* 7.

5. Idem

5. Idem Maximilianus I. 1512. his sex circulis adhuc quatuor alios adjecit, ita ut decem fierent. *R. J.* 1521. §. 11. & 12.

Hoc eodem anno deliberabatur, de augendo adhuc amplius numero circulorum, & adjiciendis, circulo, scilicet, Bohemico & Borussico, sed res successu caruit. *Arum. de Comit. c.* 2. *n.* 4. *&c. ubi de Bohemia.*

6. Hac tamen quatuor circulorum accessione prima illa Imperii in sex circulos divisio non omnino est sublata, sed & suo respectu valida perstitit: unde etiam sex circulorum tantum mentio fit a Carolo V. in der Ordnung des Regiments zu Wormbs 1521. §. die andere sechs Personen lin der Cammergerichts-Ordnung zu Wormbs 1521. *tit.* Benennung Cammer-Richters und Beysitzern *a Ferdinando I.* in verbesserter Cammergerichts-Ordnung zu Augspurg 1555. *part.* 1. *tit.* 2. die sechs Craiß zu *præsentiren* haben: ex his sex circulis enim tantum adsumebantur Assessores Regimenti & Cameræ Imperialis usque dum anno 1570. jus præsentandi Austriaco & Burgundico circulo concessum esset. R. A. zu Speyer *Anno* 1570. §. Nachdem aber bey diesen Puncten 52. §. Da dann von diesen 54. Ante hunc annum quidem etiam ex Austria & Burgundia

præsentabantur, sed hoc jus ipsis non competierat tanquam circulis, sed Imperator hoc jus habuit ut Imperator.

Cum autem postea viderent, alium posse esse Imperatorem, quam Austriacum, jus præsentandi petierunt, illudque obtinuerunt.

7. Ordo horum decem circulorum in Recessibus Imperii est diversus, unde etiam quæstiones præcedentiæ enatæ sunt. *Limn tom. 2. addit. ad lib. 1. c. 7.* in Recessibus Imperii de anno 1570. ita collocantur: quatuor Electores ad Rhenum, seu Rhenanus inferior, Saxonicus superior, Austriacus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus superior, Westphalicus, Saxonicus inferior, quibus addendi sunt Burgundicus & Franconicus.

8. Ipsa magnitudo tanti corporis postulavit partitionem, quæ forte alias periculo non careret: omnis enim divisio ordinum unius Reipublicæ solet sæpe occasionem dare multis diffidiis. *Conring. ad Lamp. part. 2. c. 8. §. 28.*

9. Et haud dubio prima utilitas universalis est, & ad omnia, quæ ordinem & executionem desiderant, pertinet: Secunda utilitas ex Recessu 1500. sumitur, ut Regimenti, quod totum Imperium repræsentare debebat Assessores sive Collegæ,

legæ, ex omnibus Imperii partibus colligerentur ſicuti eodem modo in Aſſeſſoribus Cameræ aſſignandis apparuit. Tertia utilitas executioni Pacis publicæ & juſtitiæ accommodata eſt. Quarta utilitas, in colligendis & moderandis Imperii collectis intelligitur. Quinta utilitas ex Jure Conventus & Senatus circularis ſumitur, ut, præter Pac. P. & Juſtitiæ executionem & collectarum moderationem, etiam monetæ & vectigalibus proſpicerent. Sexta utilitas ad militiam Imperii & colligendas copias, apparatumque bellicum ſpectat die Craiß-Hülffen / adverſus internam externamque vim paratum ſubſidium. Septima utilitas ad Comitia univerſalia pertinet, *de qua Arumæus de Comitiis cap. 7. n. 122. vide hæc omnia apud Bœcl. in Not. Imp. lib. 3. cap. 1.*

10. Quamvis autem hæc partitio ſecunda vice repetita fuerit, tamen I. totum Imperium non fuit diviſum in decem circulos, exemplo Bohemiæ & Boruſſiæ quæ tunc temporis adhuc ad Imperium ſpectabant: nunquam enim vel Bohemia vel Boruſſia conſentire voluit, ut in circulum referretur. *Goldaſt. de Regn. Bohem. lib. 2. cap. 16.*

Nec obſtat I. R. *de anno* 1522. §. Hernach folgen die zehen Craiß / wie und auff

welche Arth die in das gantze Reich außgetheilet werden; quem dissentientes urgent. Aliud enim est: Die zehen Craiß seind in das gantze Reich außgetheilet; & aliud est, das gantze Reich ist in die zehen Craiß außgetheilet.

II. Circuli inter se sunt inæquales.

III. Nonnulli circuli imminuti, nonnulli aucti sunt.

Imminuuntur circuli, quando *primo* aliquod membrum omnino a circulo vel Imperio abstrahitur, ut Metis, Tullum & Verdunum, quæ a circulo Rhenano sunt avulsa. Episcopus Ultrajectinus a circulo Westphalico: *secundo*, quando unum vel alterum membrum ab alio Statu Imperii ab immediata Imperii subjectione eximitur, ut Constantia ab Archi-Ducibus Austriæ, Donawerda ab Electore Bavariæ & circulo Suevico.

Augentur circuli, quando membrum aliquod accedit, sic circulo Bavarico accessit Princeps Lobkovicius.

IV. Quidam incerti sunt, ad quemnam circulum pertineant. Die Gefürstete Gräfin von Arenberg vocatur ad Conventus circulares in circulo Electorum, & refertur insuper in circulum Westphalicum.

De Abbatia Kaisersheimensi circulus Suevicus & Bavaricus disputarunt; hodie Abbatia in circulo Bavarico conspicitur.

(V.) Se-

V. Sequela non est necessaria: in circulos relatus est. E. Imperio contribuere obligatus est; exemplo circuli Austriaci.

VI. Collectio firma non est, in circulum est relatus. E. votum & sessionem in Comitiis Imperii habet. Talis, *Goldasto authore*, est, der Hertzog von der Maaß / qui se nunc vocat Ducem Bullioneum, ad quem Ducem spectat Principatus Sedanensis. Talis in eodem circulo est Princeps Cabillionensis, Printz van Schalon / item Marchio Roetelanus, Marggrafen zu Röteln. Comes Novo-Castellanus.

Hæc exempla quidem refutat Limnæus *tom.* 1. *addit. lib.* 1. *c.* 7. *p.* 44. & hos omnes olim fuisse Status Imperii putat, licet postea esse desierint, sicuti & Metis, Tullum & Verodunum. Imo eos in circulis reperiri negat: tamen contra Rulandum *de Commiss. l.* 5. *c.* 4. putat, & alios in circulos referri, præter Status Imperii, exemplo der Innhaber der Herrschafften / ut in Circulo Suevico, Innhaber der Graffschafft Kirchberg / Innhaber der Herrschafft Juastingen / der Sonnenbergischen Güter. In circulo Rhenensi, Innhaber Hohen-Königsberg / Planckenberg / der Graffschafft Leiningen. &c.

II. Omnis circulus habet I. aut unum

aut duos Directores, außschreibende Fürsten; darunter der eine geistlich / der andere weltlich. R. A. 1555. §. Und da einer. Käysers *Ferdinandi* Müntz-Ordnung 1559. §. Wir wollen auch: Tales Directores sunt, in circulo Rhenano superiori, Episcopus Wormatiensis & Landgravius Hasso-Darmstadinus. Hic, tempore belli intestini Superioris Germaniæ hoc munus explevit; antea vero Comes Palatinus Rheni Simmerensis vel Elector Palatinus hujus respectu; atque secundum pacis conditiones, item munus ad Simmerensem rediit. *Limnæus tom.* 1. *Addit. ad libr.* 9. *cap.* 1. *p.* 425. In Electorali Rhen. Inf. Elector Moguntinus. In circulo Westphalico, Episcopus Monasteriensis & Dux Juliacensis. In Saxonico superiori, Elector Saxoniæ. In Saxonico Inferiori, Administrator Magdeburgensis cum Duce Bremensi, semper condirigente Domo Brunsuiga Luneburgensi *I. P. art.* 10. In Bavarico, Archi-Episcopus Salisburgensis & Dux Bavariæ. In Franconico, Episcopus Bambergensis & Marchio-Brandenburgico-Culmbacensis. In Suevico, Episcopus Constantiensis & Dux Wurtembergicus. In circulo Austriaco & Burgundico directores sunt, Archi-Dux Austriæ, & Rex Hispaniæ. *Limn. tom.* 1. *addit. pag.* 47.

De

De Controversiis circa jus dirigendi, quod ad convocationem statuum circularium attinet in Circulo Franconico inter Episcopum Bambergensem & Marchionem Brandenburgicum, earumque compositione videndus. *Limn. dict. Addit. tom. 1. ad lib. 9. c. 1. n. 242.* ubi & notat, quod in Circulo Franconico, quando pro negotii qualitate soli Ecclesiastici status conveniunt solus Episcopus Bambergensis convocandi jus & directorium exerceat, quod solus quoque Marchio Brandenburgensis, quando seculares status separatim convenire debent, inter illos hoc habeat.

12 II. Ducem, Einen Kraiß-Oberſten. In Ducem eligi potest, vel ejusdem circuli Princeps, Comes, Baro, aut eminentioris dignitatis Status; aut alia persona idonea, licet non sit ejusdem circuli. *R. I. 1555. §.* Und damit obgesetzte Ordnung. Aliquot sunt DD. qui Ducem Circuli sive Capitaneum cum Directoribus Circulorum confundunt ut videri potest apud *Schutzium vol. 1. Jur. Publ. Exerc. 10. th. 17. lit. G.* Sed pessime, sunt enim duo distincta munera; *ut ex allegatis patet.*

In circulo Franconico anno 1555. quæstio orta est, annon persona Ecclesiastica in circuli Ducem eligi posset? Ecclesia-

ſtici eam affirmarunt, & in circuli Ducem elegerunt Epiſcopum Bambergenſem, quia *in Receſſu Imperii de anno* 1555. §. Und damit obgeſetzte 2c. non excluduntur ab hac dignitate. Seculares eam negarunt, & elegerunt in circuli Ducem Marchionem Brandenburgicum, quia 1. *in R. I. de anno* 1522. *tit.* Welcher geſtalt darch einen jeglichen der zehen Craiß 2c. ſecularis Status perſona requiritur: *ibi*: Und ſoll darauff ein jeder / der jetzt gemelten Kreiß / inſonderheit alſobald einen Hauptman / der ein Fürſt / Graf / Frey-Herr / oder ſonſt in trefflichem und weltlichem Standt / auch zu ſolchem geſchickt und fleiſſig ſeye / erwehlen: 2. quia *in R. I. de anno* 1555. hæc conſtitutio expreſſe non eſt correcta. Horum opinio tandem alio conventu 29. *Jan. anno* 1556. Rotenburgi celebrato, in dicto circulo obtinuit, & in circuli Ducem electus eſt Marchio Brandenburgicus, qui inſuper erat Director circuli; hæ enim qualitates ejus ſunt naturæ, ut in uno eodemque individuo bene poſſint convenire. *Vid. Limn. tom.* 1. *addit. lib.* 1. *c.* 7. *p.* 49. 50.

13. Ducibus circuli, ſive ſint Status ejuſdem circuli, ſive alterius circuli, commune eſt: Daß ehe ſie den Crayſen die Pflicht thun / Sie aller andern Pflichten / Eiden / Verbündnüſſen / Verſprechnüſſen und obli-

obligationen / wie die genennet werden / oder sich verhalten möchten / gegen weme das were / keine andere / weder allein die Pflicht / damit sie der Römischen Käyserlichen Mayestät und dem heiligen Reich zugethan und verwand sind / hierinnen ausgenommen und vorbehalten / in Verwaltung dieser ihrer Aempter und Befehl / auch zu würcklicher Vollziehung alles des / so solche Aempter erfordern / als lang sie diese Craiß-Verwaltung tragen / frey stehen / derselben ledig gezehlt seyn / und daran nicht behindert noch geirret werden. *R. I. de anno* 1554. §. Und sollen die jenige: 59.

14. Hinc Ferdinandus II. 1625. Regem Daniæ non agnovit pro legitimo Duce circuli: cui tamen Rex Daniæ respondit, quod etiam Christianus III. Avus ejus anno 1566. idem munus subierit, & quod Elector Brandenburgicus, non obstante eo, quod sit Vasallus Regis Poloniæ, nihilominus sit Dux circuli Saxonici superioris & Franconici.

Alii respondent, Imperii constitutiones ab hoc munere non excludere illos, qui Imperio & aliis simul sunt obligati; sed hoc velle, ut priusquam recipiantur, ab omni alia obligatione soluti sint, qua impediri possint, quo minus hoc circuli munus expediant. Dann ausserhalb der

Kraiß-Sachen / darauff sie sonsten verpflichtet / oder jemands in Verwandnüß zugethan / mögen sie wohl in denselben Pflichten und Verwandnüssen stehen und bleiben. *R. I. de anno* 1555. *d.* §. So sollen die jenige. *Limn. tom.* 1. *add. p.* 51.

15. Officium Ducis circuli est, *primo*, ein fleissiges Auffmercken zu haben / ob und wo sich eine Krieges-Empörung / Munsterplatz und andere Rottirungen in dem Craiß ereigenen wollen.

Secundo, darauff nach Gelegenheit der bevorstehenden besorglichen Gefährlichkeit / unverlängt / die ihm zugeordnete an einem gelegenen Orth zusammen erfordern und berathschlagen / wie starck wieder solche Thatligkeiten die Hülffe vorzunehmen.

Tertio, Die Hulff von jedem Stand zu erfordern.

Quarto, Den Craiß vorstehender Gefährlichkeit zu entschütten. In executione sententiarum gegen die Landfriedbrecher und andere die Käyserliche gesprochene Acht / Urtheil / und andere Pöen und Straffen / so sie ordentlicher Weiß darein gefallen zu seyn mit Recht erkennet und erkläret worden / zu exequiren, *dicto Recessu de anno* 1555. §. Und nachdem 71.

16. An Imperator possit etiam alterius circuli Præfecto, quam illius, in quo executio fieri debet, executionem mandare?

dare? disputatum fuit, anno 1607. quia Rudolphus II. executionem banni, contra Civitatem Donawerdam, quæ in Suevico circulo sita est, Electori Bavariæ mandavit. Cum postea Dux Wurtembergæ, circuli Suevici Dux, aliique Status Imperii, vehementer propterea conquesti essent, tandem 1648. *in I. P. art.* 16. constitutum, ne executio sententiarum, vel banni, aliis committeretur, quam Duci illius circuli, in quo Status situs est, contra quem executio facienda. Ad hæc fere ea omnia possunt referri, quæ pluribus numeris & articulis recensentur. *a Limn. dicto loco.*

17. Quia magna est potestas Ducis circuli, in dicto Recessu cautum est, ne sibi propterea præ aliis Statibus præeminentiam, vel in eos potestatem arroget. §. 73.

18. Si Dux circuli Princeps est, promittit ea, quæ sunt sui officii, bey Fürstlichen Würden und wahren Worten. Isti, qui infra hanc dignitatem sunt, corporale Juramentum præstant: uterque inter cætera ita promittit.

Daß er keinen Stand / weder Geistlichen oder Weltlichen / vor dem andern ansehen / sondern sich gegen allen gleichmässig halte / auch des Craises Hülff nicht meigenen / sondern des Craises und desselben Stände / ge- meinen

meinen Sachen / darzu sie von dem Crais bewilliget und erstattet / gebrauchen wollen: *d. R. I.* §. Und da ein Churfürst.

19. Status circuli in Ducem electus, operam suam gratis & sine salario impendere debet: extraneus mercede conducendus est, si aliter nolit subire officium.

Merces seu salarium in Recessibus Imperii non determinatur, sed alibi splendidum est, alibi exiguum.

20. Status circuli, in Ducem electus, officium suum facere potest per Substitutum. Extraneus ipse, in persona, ut loquuntur, adesse debet.

21. Neuter, sive Status circuli, sive Extraneus sit, obligatur subire hoc munus in perpetuum, sed post annum illud, si velit, deponere potest, dummodo sex mensibus ante Directori circuli hoc indicet, ut hic, convocatis reliquis circuli Statibus, alium cum ipsis in hujus locum eligere possit. *d. R I.* §. Nachdem solles auch.

22. III. Dux circuli suos habet Adjunctos, qui zugeordnete: inter quos unus, qui Nachgeordneter vocatur.

23. Hujus partes sunt, ut si quando Dux officium suum vel facere negligat, vel alias impediatur, ejusdem subeat munus,

nus, id quod *in R. I.* 1555. §. Woste auch / primum constitutum, & postea continuatum est.

24. Adjuncti Duces esse possunt omnes circuli Status, Ecclesiastici & Seculares. De extraneis an esse possint adjuncti, nihil dispositum est.

25. Numerus adjunctorum etiam determinatus non est, sed arbitrio Statuum relictus esse videtur.

In nonnullis circulis sunt octo, in aliis septem, in aliis sex, infra quinque nullibi.

26. An numerus Ecclesiasticorum & Secularium debeat esse æqualis? disputatum fuit in circulo Franconico 1556. & Wurtebergenses voluerunt, Man solle eine Gleichheit halten / vier von den Geistlichen / und vier von den Weltlichen: Oder doch vier von den Geistlichen und funff von den Weltlichen erwehlen.

Legati Brandenburgici haben vorgeschlagen / zunehmen / einen von den Geistlichen / einen von den weltlichen Fürsten / einen von den Grafen und Herren / und einen von den Städten. Wurtzburgenses protestati sunt, es seye ohnrecht / daß die Geistlichen solten nur ein votum haben / und die Weltlichen drey. Im Reichs-Rath hätte jeder / unter diesen Geistlichen / sein eigenes votum, so geben die vier geistliche Fürsten in diesem

Craiß

Craiß wohl so viel / als die gantze weltliche Banck. Zu dem / so hätten die Weltlichen auß ihrem Mittel den Obersten / und wolten noch drey Stimmen darzu haben. Es werde ja der weltlichen Stände endliche Meynung nicht seyn / auß seinem gnädigen Fürsten und Herrn einen Baccalaureum auff einem Dorff zumachen. Tandem Duci in hoc circulo adjuncti sunt, Episcopus Wurtzburgensis, Episcopus Eichstadiensis, Comes Hennebergensis, Limpurgicus & Norimberga.

27. Antequam hoc munus suscipiant, ab omni vinculo, quo aliis quam Imperatori & Imperio obligantur liberi esse debent quemadmodum Dux circuli. Aber ausserhalb der Craiß-Sachen / darauff sie sonsten verpflicht / oder jemands in Verbündniß zugethan / mögen sie wohl in denselben Pflichten und Verbündnissen stehen und bleiben. *R. J.* 1555. §. Und sollen die jenige.

28. Officium ipsorum est: Daß sie sämptlich / und sonderlich / in fürfallenden Sachen / was zu Handhabung des Land-Friedens / noth und gut seyn werde / nach ihrem besten Verständniß und Rath / fürnehmen und handeln wollen: Et fere in omnibus eorum munus tam arcte cum Ducis officio conjunctum est, ut fere semper in Imperii Recessibus cum Duce in expediendis negotiis concurrant, *de R. J. de anno* 1555.

29. Adjuncti, si Principes fuerint, aeque ut

ut supra de Duce traditum est, suæ promissioni relinquuntur, reliqui, inferioris ordinis, jurato promittunt *R. J.* 1555. § Und da ein Chur-Fürst.

30. Aliæ divisiones: *primo* qua Imperii Status, in septem classes dividuntur, quarum *prima* est Electorum, *secunda* Archi-Episcoporum, *tertia* Episcoporum, *quarta* Principum politicorum, *quinta* Prælatorum, Abbatum, Abbatissarum & Præpositorum, *sexta* Comitum & Baronum, *septima* liberarum & Imperii Civitatum: quorum Catalogum exhibet Paurmeisterus. *Secundo* in capita & membra. *Tertio* in Catholicos & Protestantes. *Quarto* qua cives Imperii dividuntur in mediatos & immediatos pertinent ad librum primum, ubi de personis actum est; talis etiam est divisio in quaterniones, *quam exhibet Goldastus tom.* 1. *Constit. p.* 34. 35. & 36. qua Status Imperii, ratione officiorum dividuntur in quatuorElectores Ecclesiasticos, 4. EE. Laicos. 4. Reges. Die vier hohe Königreich. 4. Patriarchas. 4. Primates. 4. Cancellarios. 4. Archi-Episcopos. 4. Episcopos. 4. Duces, die vier hohen Hertzogen. 4 Archi-Palatinos, die vier Ertz-Pfaltz-Grafen. 4. Vicarios, ex reformatione Sigismundi Imp. 4. Vicarios, ex vulgari typo Coloniensi. 4. Landgravios. 4. Marchiones. 4. Burggravios. 4. Heergravios seu

Here-

Heregravios, ideſt, Comites militares. 4. Comites, die vier ſchlechte Grafen / ſive Einfache Grafen. 4. Panerheros i. e. Bannerarios ſeu Bandophoros, qui ſunt Vexilliferi. 4. Pallentzgravios, ſeu Comites Palatinos. 4. Liberos Dominos, ſeu Barones, die vier Freyherzn vel ſemper-Freyen. 4. Strenuos Comites, die vier Ritterlichen Grafen / qui a quibuſdam etiam vocantur Heer-Grafen / 4. Dominos Provinciales, die vier Landherren / 4. Abbates, 4. Domus, die vier Häuſer. 4. Inſulas. 4. Milites vel Equites, die vier Ritter / alias Erb-Ritter / 4. Mareſchallos, die vier Haupt-Marſchälck / 4. Ambactos ſeu Miniſteriales, die vier Diener ſive Auptleuth / 4. Advocatos, die vier Land-Vögte / 4. Venatores, die vier Ober-Jäger / 4. Venatores inferiores. 4. Officiales hereditarios, die vier Erb-Aempter / 4. Servos vel miniſteriales, die vier Knechte / quatuor Dapiferos hereditarios die vier Erbtruchſeſſen / 4. Coquinarios i. e. Magiſtros Coquinæ, die vier Erb-Küchenmeiſter. 4. Civitates inaugurales, die vier Kronſtätte. 4. Civitates Imperiales, die vier Haupt-Städte / 4. Civitates Regales, die vier Königliche Städte. 4. Civitates Electorales, die vier Chur-Städte / quatuor emporia, die vier Handel-Städte / 4. Burgos. 4. Pagos, die vier Dörffer / 4. Vicos, die vier Flecken. 4. Villas, die vier Weiler /

4. Ber-

4. Bergas, i. e. montes, die vier Berge / 4. Rusticos, die vier Bauren. Hanc divisionem quidam ab Ottone III. factam esse asserunt, eamque probari posse existimant, ex Recessibus Imperii Erphordiæ celebratis, ubi Comites Swartzburgenses nominantur titulo der vier Graffen des Reichs. Et quod id Recessu de anno 1557. Carolus de Frauenberg subscripserit des heiligen Römischen Reichs Erb-Ritter. Verum hæc talia meris commentis subnisa sunt, & per incuriam quandam in Recessus Imperii irrepserunt. Sicut & illud, quod Episcopus Monasteriensis, anno 1653. die 25. Aprilis in memoriali Ratisbonæ exhibito, dicit, daß die Burggrafen vom Stromberg unter den vier Burggrafen des Reichs die ersten gewesen / nihil probat, quia, forte ex errore, Episcopus Monasteriensis hanc divisionem in quaterniones credidit. Hanc tabulam autem non esse ab Ottonis III. tempore, certum est; quia referuntur in ea Duces Brunsuicenses, nec non Thuringiæ & & Hassiæ Landgravii, quos diu post Ottonem constat cœpisse. Comites porro Sabaudiæ, Arelatensis sunt regni Proceres, illi vero cum Regno Germanico ea tempestate nihil commercii habuerunt. Lubecam quoque certum est liberis Imperii urbibus additam demum esse, a

Fri-

Friderico Primo Barbarossa. Non dicam nunc, quòd illa Tabula sileat quoquè plures Principes, plures Comites, plurimas Urbes Imperiales, quibus jam illa ætate in Conciliis Imperii fuit locus. Uno verbo, hæc divisio nec quicquam ex vero trahit, sed pictoris alicujus aut poetæ otiosi inane commentum est; & lusus quidam hominis vani & inepti, qui, ut multos quaterniones conficeret, totius Orbis Resp. non erubuit suis nugis concutere: adeo autem putida sunt & anilia commenta, ut iis confutandis operam impendere, fuerit operam perdere. *Conring. de Germ. Imp. civib. th.* 40. & 41. & *de finib. c.* 29.

TI-

LIBER III.

TIT. I.

De Rebus Imperii incorporalibus.

Res Imperii incorporales sunt omnes res, quæ in jure consistunt. §. 1. *I. d. reb. corp. & incorp.*

1. Jura Imperii sunt, vel majestatica & independentia, vel non majestatica & dependentia.

2. Majestatica vel competunt soli Imperatori, vel ipsi communia sunt cum aliis.

Ea, quæ ipsi communia sunt cum aliis, vel communicantur tantum quibusdam Statibus Imperii, vel communicantur omnibus.

3. Non majestatica & dependentia, vel propria sunt uni, vel communia sunt quibusdam, vel communia sunt omnibus Statibus Imperii, vel aliis civibus Imperii competunt.

4. Propria uni, sunt unius cujusque privilegia.

5. Propria pluribus, sunt jura competentia Vicariis Imperii, Electoribus &c.

6. Com-

6. Communia omnibus, sunt Jura superioritatis territorialis. Jura aliis civibus Imperii competentia, sunt jura nobilium immediatorum, & aliorum subditorum vel immediatorum, qui non sunt Status Imperii, vel mediatorum.

TIT. II.

De Juribus Soli Imperatori competentibus seu Reservatis Imperatoris.

Majestatica soli Imperatori competentia sunt Reservata Imperatoris, Käyserliche reservaten und Hoheiten.

1. Aliis dicuntur Relicta: aliis Regalia majora. Sed perperam, non enim proprie sunt relicta, quia Imperator communicat Majestatem cum Statibus, non vero Status Majestatem ipsi vel adimunt, vel etiam ipsi communicant.

Non sunt proprie Regalia, quia Regalia sunt Jura dependentia, Reservata vero jura independentia, *vid.* 2. *F.* 56.

2. Reservata non describunt totam Imperatoris potestatem, quia praeter ea habet plurima jura Majestatis, communia cum Statibus.

3. Nec

3. Nec poteſtas Imperatoris plane & recte deſcribitur Capitulationibus Cæſareis; quia plura ſunt jura ipſi vel ſoli, vel cum aliis competentia, de quibus in Capitulationibus non agitur. Hæc propoſitio igitur vera non eſt, quæcunque Jura Imperator in Capitulationibus non communicavit Statibus, iſta jura ſibi reſervavit. *Vid. Lamp. part.* 3. *cap.* 16. *p.* 261.

4. Reſervata Imperatoris ſunt jura Majeſtatis, quæ ſoli & uni Imperatori competunt in toto Imperio.

5. Alii ea definiunt: Reſervata Imperatoris ſunt jura quædam; ſummo Imperio adjuncta, ex eoque immediate profluentia, vigore quorum, vel facit, vel præcipit, vel permittit, vel etiam exigit aliquid, quod ad Reip. neceſſitatem, aut ejuſdem utilitatem ſpectat. Quæ definitio partim obſcura eſt, partim imperfecta; imo omnino falſa; Reſervata enim Imperatoris non ſunt adjuncta Majeſtatis, ſed ipſa Majeſtas.

6. Reſervatorum diviſionem, qua dicuntur alia eſſe ordinaria, alia extraordinaria: illa, quæ ſecundum normam legum fundamentalium exercet Imperator; hæc, quæ caſu neceſſitatis exercet, quæque legibus fundamentalibus, ut loquuntur ſoluta ſunt, non agnoſcimus

eamque capitulationibus ; & aliis Legibus Imperii fundamentalibus contrariam putamus. Hæ enim potestatem Imperatoris extraordinariam, in casu necessitatis, legibusque solutam, nullam agnoscunt; sed Imperator omnia, quæ facit, legibus conformiter facere debet, *vide Cap. Leop. art.* 17. & 39.

7. Recte autem dividuntur in Ecclesiastica & Politica.

8. Ad Ecclesiastica refertur, jus primariarum precum.

Jus primariarum precum est potestas, cujus vi Imperator bene meritis, vel aliis personis idoneis, super beneficio Ecclesiastico primum vacaturo prospicit.

9. Innocentius X. in bulla ita loquitur, de his primariis precibus, quasi illæ soli suæ liberalitati debeantur.

Sed licet negari non possit, a Papis solere jam aliquamdiu tale quid Cæsaribus concedi, tamen hoc jus Cæsareum niti solis Papalibus concessionibus, neutiquam est admittendum; nam ante plurima jam secula, Cæsares hoc jure fuerunt usi, non agnoscentes, hoc esse donum aliquod Papale, sed ex antiqua consuetudine tale sibi deberi, ratione suæ coronationis. Quinimo, videtur potius hoc jus esse ejus generis, quale illud, quod, vi

coro-

coronationis, Imperator fiat Aquisgrani quidem Canonicus Collegii S. Mariæ & Ecclesiæ Majoris Coloniensis, Romæ vero Canonicus Collegii D. Petri. Quæ itidem Papis haud debentur, sed potius tenues sunt reliquiæ antiqui juris Cæsarei circa collationem Episcopatuum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum. *Conring. in animadv. ad Bullam Innocentii X.*

Ut ita, licet Imperatores hoc jus hodie ut beneficium a Pontifice agnoscant, uti clarissime hoc patet ex formula, quæ Paulus V. Papa, 1620. Ferdinando II. hoc jus indulsit. Item ex Concessione **hujus juris, quæ facta est ab Innocentio X. Ferdinando III. ubi inter alia Summus Pontifex ita loquitur. Precumque primariarum eidem Ferdinando in Imperatorem electo a præfata sede Apostolica concessarum.** *Vid. Theatr. Europ. tom. 6. p.* 1106. ad jura Majestatis sit referendum.

10. Ante Instrumentum Pacis disputabatur, an post Recessum Imperii de anno 1555. Imperator in terris Protestantium hoc jus exercere potuerit? Alii hoc negabant, *propter verba dicti Recessus* §. 20. So soll die Geistliche *Jurisdiction* wieder der Augspurgischen *Confession, religion*, Glauben / Bestellung der *Ministerien*,

Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und *Ceremonien*, so sie auffgericht / oder auffrichten möchten / biß zu endlicher Vergleichung der *Religion*, nicht *exerciret*, gebraucht oder geübet werden / 2c.

Alii illud affirmabant: quia suspensio illa in iis tantum obtinet, quæ fidem principaliter concernunt, ejusque exercitium, *propter verba dicti* §. 20. Aber in andern Sachen und Fällen / die Augspurgische *Confession*, *Religion*, Glauben / Kirchen-Gebräuche / Ordnungen / *Ceremonien* und Bestellung der *Ministerien* nicht anlangend / soll und mag die geistliche *Jurisdiction*, durch die Ertz-Bischöffe und andere *Prælaten*, wie deren *Exercitium* an einem jeden Orth hergebracht / und sie in deren Ubung / Gebrauch und *Possession* seynd / hinfüro wie bißhero unverhindert *exerciret* / geübet und gebraucht werden.

Et ne per jus primariarum precum Augustanæ Religioni & Capitulis reformatis, admissis in societatem Pontificiis, aliquid damni immineret, persona præsentata jurare tenebatur de non turbanda religione, exemplo Ernesti Elect. Colon. a Rudolpho II. vigore prædictarum precum, capitulo Cathedralis Ecclesiæ Magdeburgensis præpositi, qui jurare compellebatur: *primo* se contra Capituli statum & exercitium Augustanæ Religio-

nis

nis nihil moliturum, nec ullum mutandæ religionis Jus sibi arrogaturum. *Secundo* se a Pontifice vel Imperatore non petiturum relaxationem juramenti præstiti de non turbanda religione. Hæc controversia hodie Instrumento Pacis est sopita, inque eo dispositum: ubi sacra Cæsarea Majestas jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam imposterum, dummodo, decedente Augustanæ Confessioni addicto, in ejus religionis Episcopatibus, Augustanæ Confessioni addictus, ad normam statutorum & observantiæ idoneus, precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque Religione seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis, precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans religionis consors possederit. *Art.* v. §. 8.

11. Huc spectat jus universale advocatiæ in Ecclesia Romana. Cum autem Protestantes sedem Romanam, prout hodie se habet, non possint recognoscere; Serenissimi EE. Protestantes in nupero illo circa perpetuam Capitulationem projecto, articulum protegendæ Pontificiæ sedis diserte exceperunt, nec in illum aliter consentire voluerunt, nisi ea non cederet vel usurparetur in detrimentum Imperii.

Jura reliqua Sacrorum, & inprimis Jus

Concilii convocandi, quin olim ad Imperatores pertinuerit, nullum dubium est; hodie ambigitur penes quem jam in Imperio sit Concilii convocatio: multa in varias partes differi possunt. Sed ne moremur, *referimus verba Lampadii.* Cui competit publica & principalis potestas ædificandæ Ecclesiæ, illi & conservandæ competit: cui competit constituendæ Ecclesiæ, eidem competit ædificandæ: ergo cui constituendæ, illi & conservandæ. Principibus igitur in suis regnis & ditionibus Conciliorum congregatio & indictio injuncta est. Hinc igitur cum in Imperio Romano Religionis curatio per Transactionem Passaviensem a Cæsare ad Comitia transierit, Cæsaris simul & statuum erit Conciliorum in Imperio convocatio. Unde præterea statibus in suis territoriis ad regulam Augustanæ Confessionis & Catholicæ Romanæ, Concilia seu Synodos indicere licebit. *Lamp. part.* 3. *c.* 12. *Confer Cl. Frideric. Spanh. Introduct. ad Hist. Nov. Testam. Sæcul.* 4. *p.* 414. *&* 415. & novissime in parte speciali *Animadvers. de Ecclesiar. Polit. Animadv.* 17. ubi ex solidissimis principiis hoc accurate deducit & probat.

12. Jura Majestatis Reservata Politica Imperatoris versantur 1. circa leges; & quidem leges particulares condere, seu

seu Privilegia & immunitates, dignitatesque concedere in quibusdam est solius Imperatoris, *Vid. Limn. lib. 2. c. 19. &c.*

13. Huc referuntur dispensationes: cujusmodi sunt 1. Legitimario naturalium & spuriorum; & quidem legitimationem filiorum Principum, Comitum & Baronum ipse Imperator sibi reservare solet, Novissimum exemplum est Comitis Antonii Oldenburgensis qui ab Imperatore Ferdinando III. natalibus donatus, atque in Comitiis Ratisbonensibus anno 1654. S. R. Imperii Comitis axiomate decoratus est. Alios vero legitimat, vel ipse immediate, vel mediate per eos, quibus ex singulari gratia potestatem legitimandi concedit, ut sunt Comites Palatini, Reichs-Hoff-Grafen / qui etiam interdum Comites Sacri Palatii Lateranensis dicuntur. *Mund. tract. de Comit. Palat. c. 3. n. 97. vide exemplum apud Gold. tom. 3. const. p. 398.*

14. Legitimare potest sine dubio subditos Imperii: an autem legitimare possit subditum alterius in suo territorio existentem? non immerito dubitatur; quia ultra territorium jus dicenti impune non paretur. *l ult. ff. de jurisd.* Si tamen talis in Imperio domicilium constituat, legitimari quidem poterit, sed tunc ut subditus Imperii, non ut alienus considerabi-

 tur.

tur. Nec obſtat, quod actus voluntariæ juriſdictionis ubique exerceri, etiam extra territorium, poſſint: quia hoc procedit 1. ubi is, in quem exercetur juriſdictio eſt de territorio noſtro, licet non ſit in territorio. 2. Ubi territoria ſunt ſubalterna, non ubi ſunt diverſa. *Vid. l.* 2. *ff. de Off. Proconſ. & Legat. facit. l.* 5. *C. Qui tut. dar.*

15. Effectus hujus legitimationis eſt, ut tales Legitimati in toto Imperio pro legitimis habeantur, & ut patri, aliis liberis non extantibus, ſuccedant in allodialibus ac ſi ab initio legitime nati eſſent. *N.* 89. *c.* 9. etiamſi forte bona extra Imperium ſita ſint. Perſonæ enim conditionem res ſequitur, quocunque in loco exiſtat. *Vide Mævium ad jus Lubec. lib.* 2. *tit.* 2. *art.* 10. *p.* 37.

In feudis vero non ſuccedant. 2. *F.* 26. *§. naturales.* Quod DD. limitant: *primo* niſi Pater poſt legitimationem feudum acquiſiverit, *ſecundo* niſi expreſſis verbis etiam ad feuda legitimatus fuerit: *tertio* niſi agnati proximiores conſenſerint, quia præcipue horum intereſt. *Vid. Kinſchot. tr. de legitim. c.* 3.

16. Quæritur: an Agnati neceſſario conſentire debeant? Rectius negatur, quia agnatorum conſenſus nuſpiam requiritur, & ſi agnatorum conſenſus in adoptioni-

bus

bus non est necessarius, cur hic foret necessarius, ubi non tantum legis sed & naturæ ratio concurrit? quamvis autem simpliciter agnatorum consensus non requiratur, tamen non videtur eorum opinio esse spernenda, quod in bonis agnatorum succedere hoc in casu non possint; quoniam iniquum esset, si quispiam suæ soboli ex illicita conjunctione acquisitæ per legitimationis modum ad successionem inviti aut ignorantis viam sterneret. *arg. l.* 10. §. 1. *C. d. adopt.* Quæ assertio magis stringit, si adsunt bona familiæ & titulata.

17. Secundo famæ restitutio: & hoc jus solius hodie adhuc esse Imperatoris certum est, quia *primo* nuspiam cum Statibus communicatum legitur. Imo *secundo*, quia Coralus V. *in Recessu Imperii* 1526. §. Und wiewohl. 6. cuilibet Magistratui singulariter indulsit potestatem restituendi famæ ac dignitatibus eos, qui in seditione rusticorum infames facti erant, in reliquis casibus hoc jus sibi reservavit.

18. Restitutio hæc fit vel verbis, vel facto: hoc, quando Imperator promovet infamem ad dignitates & officia, quæ non alius, nisi integer famæ gerere potest, tunc enim eo ipso talem infamem famæ restituisse creditur; quia superior adsumendo

infamem ad officium, cum eo dispensare censetur, *cap. de diversis X. de Cler. conj. l. quidam consulebat 57. ff. de re jud.*

19. Ab eo tempore restitutus in toto Imperio pro integra ac legali persona habetur; & impetranti eam prior macula adimitur; recipitque bona publicata & a fisco occupata, seu vendita; quia tantum tribuit restitutio, quantum abstulit condemnatio, *l. fin. C. de Sentent. pass.*

Hæc ita se habent, quando restitutio est specialis in omnia Jura, & formula ita concepta: Wir setzen euch in vorigen Stand/ Ehr und Würde. R. A. 1526. §. Und wiewohl der gemeine Mann. Quando autem restitutio est generalis, & formula ita concepta: Wir wollen euch Gnad beweisen: bona confiscata & reliqua Jura non censentur esse restituta. *arg. l. 6. &. 7. C. de Sent. pass.*

20. *Tertio* Concessio veniæ ætatis, qua minorem in justam & legitimam transponit ætatem.

21. Jure civili, ut quis impetrare possit veniam ætatis, requiritur *primo*, ut masculus vigesimum, fœmina vero decimum octavum annum adimpleverit. *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. secundo* ut morum probitatem demonstret, & grandævus sit consilio.

Hoc in casu, si minor grandævus consilio

filio esse de se ipso præsumpserit, & audaci animo annorum beneficia contemnendo, negotiorum & patrimonii sui administrationem sibi solus sumere velit, simulve pro majore censeri petat, Principem adire, ac legitimam ætatem a Principali Clementia impetrare debet. *l.* 3. *C. de his qui ven. ætat. & imp.*

22. Quia temporis determinatio est meri Juris positivi, & ita constitutum, quia legislatori ita placuit: Imperator numerum annorum *in l.* 2. *C. d. t.* expressum præcisè non observat. Sic Christianus IV. Rex Daniæ, anno decimo septimo nondum impleto, ob singulares & regias dotes animi ab Imperatore veniam ætatis consecutus est anno 1593. 26. April. Avorum memoria, Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ, defuncto Patre Uladislao, regna adiit, annos natus tredecim, venia ætatis ab Imperatore Maximiliano I. impetrata. *Goldast. de Regno Bohem. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 6. Ludovicus Eberhardus, Comes Hohenloicus anno 16. ætatis a Rudolpho II. anno 1607. veniam ætatis impetravit.

23. Tenorem, quo olim venia ætatis est concessa, *vid. apud Goldast. tom.* 3. *Const. Imp. p.* 90.

Tenorem, quo hodie concedi solet, *Vid. apud Limn. addit. ad lib.* 2. *c.* 9. *p.* 254.

24. Effectus hujus concessionis est, ut talis quidem in toto Imperio pro majore habeatur, & tanquam major, sine curatore agere, conveniri, bona sua administrare ac libere contrahere possit, *t. t. C. de his qui ven. æt.* distrahere tamen & alienare non possit. *l. 2. §. 1. C. d. t.* nisi Princeps ei specialiter veniam ætatis ad alienandum quoque concesserit. *Vid. Græf. de Regal. c. 19.*

Item, si cui legatum fuerit relictum hisce verbis: cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit: quod legatum ante vigesimum quintum annum completum petere non possit. *l. f. C. d. t.* in dispositionibus enim hominum verba naturali non civili significatione funguntur. *Bald. ad dict. l. f.*

25. An minor, qui ætatis veniam impetravit, si non idonee bona sua administret adversus ipsam veniæ impetrationem in integrum restitui possit, quæritur? dissentiunt DD. Verior est affirmantium opinio. *arg. l. 1. ff. min.* Hoc enim edictum Prætor, naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit: nam cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum, hujusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, auxilium eis Prætor hoc edicto pol-

pollicitus eſt, & adverſus captiones opitulationem.

Contra Actus tamen, medio tempore, quo veniam ætatis habuit, geſtos, non reſtituitur. *l.* 1. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* Ne contrahentes principali authoritate circumſcripti videantur. Nec obſtat *d. l.* 1. *C. de his qui ven.* quia hanc reſtitutionem, ut dictum, contra actus medio tempore geſtos non concedimus, ſed contra ipſam impetrationem, ita ut impoſterum Curatorum auxilio regatur. *Maur. de reſtit. c.* 22.

Quarto, huc pertinet relaxatio a juramento, qua obligatio ex Juramento orta remittitur.

27 Hoc jus Majeſtati competit, quia habet ſummam in perſonam poteſtatem. E. etiam in ejus verba & promiſſiones.

Alii hoc jus referunt ad poteſtatem circa ſacra. Et hinc, quia Summus Pontifex hodie hanc poteſtatem habet, Jure Canonico Summo Pontifici & Epiſcopis hoc tribuitur jus. *c.* 2. *q.* 6. *XV.* Alii illud comprehendunt ſub jure legiſlatorio, & quemadmodum Majeſtas habet poteſtatem eximendi aliquem ab obligatione legis, ita & ab obligatione Juramenti, quod nos ideo obligat, quia leges vel volunt vel non volunt: quorum

sententia non videtur omnino rejicienda.

Nos, cum aliis, malumus hoc jus facere peculiare Majestatis Jus nam alias, cum leges ferantur de omnibus, facile omnia redigeremus ad jus legislatorium.

28. Relaxatio Juramenti vel est totalis, quando obligatio ex Juramento orta omninò tollitur: vel partialis, quando aliquis a suo Juramento absolvitur tantùm ad effectum agendi, seu ut sine metu perjurii agere possit.

Quo pertinet, einem seine gegebene Urphede / gegen den Herren / so ihn so verurphedet hat / zu relaxiren / damit er sich seines Rechtens gegen selbigem gebrauchen möge: Einsiedel *de Regal. cap.* 1. *n.* 252.

Hoc Jure usus est Carolus V. Imperator, cum Mauritium & Joachimum, Septem viros, a fide, Hassiæ Principi, de eo liberando, data, absolveret, obligationisque nexu solutos pronunciaret. Thuan. *lib.* 6. *circ. fin.* An recte hoc fecerit, non immerito dubitatur. *Plura vide apud Grot. lib.* 2. *cap.* 13. Et in novissima editione, *Notit. Imper. Bæcleri de anno* 1681. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 103. ubi rationes dubitandi hæ recensentur. 1. Quod sine causa jure suo nemo spoliari possit. 2. Quod Cæsar

in

in propria causa pronuntiabat. 3. Quod exemplum vix extet. 4. Promiserant quidem Saxo & Brandenburgicus rem non positam in sua potestate. Adeoque 5. per rigorem juris Cæsar non tenebatur eos sublevare. Sed 6. nimis durum erat, sola cavillatione vocabuli in qua confessio quædam præcedentis tractatus inest, fundare hanc severitatem.

29. V. Huc referendæ sunt induciæ moratoriæ, seu rescripta moratoria, quæ germanice Anstands-Brieff appellantur, quinquennell seu rescripta gratiosa quinquennalia; *vid. Stamler. de Reservat. Imp.* §. 73.

30. Rescripta moratoria sunt Rescripta, quibus debitor aut bona ejus, qui damno fatali, bello, incendio, aut alio casu ad inopiam redactus fuit, a creditoribus propter debita intra certum tempus inquietari prohibetur.

31. Ut Rescriptum moratorium obtineri possit, requiritur 1. ut debitor infortunio facultatibus lapsus sit. *Reform. Pol. de anno* 1548. *Tit.* Von verdorbenen Kauffleuthen. 2. Ut infortunii testimonium a Magistratu loci adferatur. 3. Ut qualitas infortunii exprimatur. *dict. R. I.* §. 4. Jure civili requiritur, ut det fidejussores de solvendo debito, post lapsum temporis in rescripto

ex-

expressi. *lib. 4. C. de prec. Imper. offerend.*

32. Effectus moratorii est, ut debitor, aut ejusdem bona in toto Imperio interea temporis nullo modo a creditoribus inquietari possint. *Rebuff. de litter. dilat. gloss. 1. n. 70.*

Id quod & in usuris obtinet: usuræ enim non currunt, sed mortificantur, quia alias parum prodesset Principis privilegium, si usuræ tandem in summa a debitote exsolvendæ forent. Ad heredes regulariter effectus litterarum moratoriarum non transire, Doctores statuunt, quia continent privilegium personale, quod vitæ terminos non egreditur, *vide Myler. ab Ehrenbach. de Stat. Imp. part. 2. c. 55.*

33. Exceptio Rescripti moratorii non opponitur operariis, Ecclesiis, pupillis, personis miserabilibus, iis qui post rescriptum contraxerunt. *Ant. Fab. lib. 1. Cod. tit. 9. def. 16.* debito jurato fiscali, & ex causa delicti. Non etiam opponitur creditoribus, qui non sunt subditi Imperii: hinc si debitor, hisce literis munitus, reperiatur extra Imperium, in loco contractus, vel destinatæ solutionis, nihil impedit, quo minus ab extraneo conveniri possit. *Ibi. 19. §. 1. & ult. ff. de jud.* ut & in foro rei

rei sitæ. *Myns. 5. obs. 19.* Si tamen extraneus creditor talem debitorem in Imperio conveniat, exceptio moratorii obstat. *arg. l. 53. C. de decur.*

34. Cum præterito tricennali bello universæ Germaniæ cives & incolæ admodum attenuati essent, & multi bonis lapsi, iniquum videbatur, conclusa pace, debitores ad incitas pene redactos, summo jure ad peram & saccum usque excutere, necessumque esse intractatu Pacis existimabatur, indagare aliquam rationem, æquitati convenientem, qua persecutiones actionum contra debitores, ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos, moderate terminari possent. Et propterea *in J. P. art. 8. §. f.* constituebatur, ut Imperator tam Judicii aulici quam Cameræ Imperialis vota exquiri curaret, quæ in futuris Comitiis proponi, & in constitutionem certam redigi possent.

Anno 1654. Imperator Instrumenti Pacis dispositionem secutus; Judicii Aulici & Cameræ Imperialis vota exquisivit, eaque Statibus communicavit. *Vid. Continuat. Theatr. Europ. ad ann. 1654. p. 565. & seq.*

In Recessu Imperii, dicti anni, Status Imperii ConsiliumCameræ Imperialis fere ubi-

ubique observarunt, & debitoribus æque ac creditoribus prospexerunt: Imperatoris autem facultatem dandi inducias moratorias istiusmodi debitoribus, restrinxerunt, videndus omnino dictus Recessus §. 152. *& seq.* Ex eo autem, quod Imperatori denegatur concedere inducias moratorias istis debitoribus; regulam extruunt DD. quod aliis debitoribus infortunio alio bonis lapsis eas concedere adhuc libere possit. *Hahnii tamen verba ad §. De indaganda cap. 4. part. 3. pag. 469.* hic referre non pigebit: omnibus, inquit, moratoriis antea indultis, cassatis & irritatis: & imposterum etiam non indulgendis, quæ huic constitutioni adversantur, & pag. seq. An vero Cæsareæ Majestati non liceat in aliis contractibus & negotiis, quam in mutuo & annuis reditibus, de quibus hæc sanctio solummodo intelligenda est, moratoria indulgere, alia est quæstio, quam hic quidem examinare non lubet.

35. An autem ultra quinquennium? quidam dubitant, propter *l. quoties C. de prec. Imp. off. l. f. C. qui bon. ced. poss.* Rectius tamen affirmatur, quia hujus temporis determinatio est tantum Juris Civilis seu positivi; cujus rei exemplum est in Electore Palatino, qui obtinuit moratorium usque ad 20. annos.

36. Sex-

36. Sexto Jus Civitatis tribuere, Stadt-Recht auffzurichten (aliud enim est Burger-Recht) *Besold. de Reg. c. 7. §. 2.*

Rudolphus I. Bœmundo Archi-Episc. Trev. petente, quinque diœcesis Trevir: oppida, legibus atque hominum conventibus, jam nunc frequentari cœpta, Monthaborium, Beroncastellum, Witteliçum, Saraburgum & Billichum; Regali authoritate libera pronunciavit, signatisque sigillo suo diplomatis, jus ejus Libertatis id omne confirmavit, quo Civitates & oppida donare consuevit. *Bæcl. in Not. lib. 4. c. 1.* Ita Ludovicus IV. concessit Gerardo Episcopo Spirensi potestatem das Dorff Udenheimb zu einer Stadt zu bauen / und die mit Mauren und Gräben umbfahen und befestigen.

37. Si sine Imperatoris consensu aliquis hoc facere velit, ab Imperatore prohiberi potest. Sic Maximilianus I. Alberto Comiti Mansfeldiæ, qui prope Islebiam vico cuidam jus civitatis dare volens Imperatoris consensum non obtinuerat 1514. die 6. Febr. Mandatum inhibitorium transmisit, ubi inquit: Wann nun dir / noch jemand anders / nicht geziemet / Stadt-Recht / oder anders / das der hohen Obrigkeit anhanget / sonder Erlaubniß auffzurichten / &c. *vid. Limn. l. 2. c. 9.*

38. Sep-

38. Septimo, Jus nundinarum & mercatuum solennium tribuere cum securitate, *vid. R. I.* 1530. & 1566. *Besold. c.* 7. §. 6. *vers.* Von dem Jahrmarckschuß.

39. Hoc Jus differt a Jure fori, quod Jure civitatis comprehenditur, ut patet ex formula, qua Imperator Jus Civitatis concedere solet: formulæ verba inter alia ita habent. Haben ihme N. vergönnet und erlaubt / eine Stadt zu machen / zu bauen / und die mit Mauren / Thürnen / Thoren / Brücken / Gräben und andern nothdürfftigen Wehren zu recht bewahren / befestten / und darzu in derselben Stadt einen Rath auß den Bürgern daselbsten erwehlen / und Amptleuth setzen und besetzen / als offt sich daß gebühret: und dieselbe Stadt mit rechten Amptleuthen und Bürgern / mit guter Ordnung / Handwercks-Zünfften / und allen andern offenen Aemptern / so nach Gerechtigkeit und Herkommen anderer Städte versehen / auffrichten und bestellen mögen / nach der Nothdurfft und ihrem Gefallen / ohne Gefehrde; daß sie N. in gemelter ihrer Stadt / alle Jahr auff den Tag N. einen Jahrmarckt und alle Wochen auff den N. einen Wochenmarckt daselbst haben und halten. *Besold. de jur. Majest. c.* 8. *n.* 11. *p.* 205.

40. Præcipua nundinarum solennium privilegia, secundum quosdam sunt: *primo*, ut quilibet mercator, tempore nun-

nundinarum, a tributis & vectigalibus immunis sit. *l. un. ubi Sichard. C. de nund. quod* quidam extendunt ad tributum viaticum. Auff das Weg-Geld und Fahr-Geld; hoc tamen nec ex dicta lege unica probari potest, nec moribus observatur, nisi consuetutudo loci aliud velit; sic in Nundinis Zurzacensibus omnes merces, a cunctis vectigalibus & impositionibus liberrimæ, in-& evehuntur.

Secundo, ut cuilibet advenienti plenam securitatem attribuant, & personæ vel bona debitoris, prætextu debiti privati, nec arrestari nec gravari possint. *de l. un. C. de nund. l. 3. §. f. ff. de fer.* adeo, ut ne quidem repressaliæ tempore nundinarum concedantur, modo debitum alibi, quam in nundinis, contractum sit; si enim in nundinis sit contractum, eum propterea arrestari posse, quidam putant. *arg. l. 19. §. 2. ff. de jud.* Alii, ne quidem mercatorem, propter debitum nundinale, durantibus nundinis arrestari posse, defendunt. *Fritsch. de nund. c. 7. n. 22.*

41. Hoc tempus ut melius cognoscatur, consuetum est, nundinas per signum campanæ inchoare & finire: Die Meß ein-oder auß zuleuten: proinde in septimana ad debitorum solutionem destinata, in der Zahl-Wochen / arresta contra debitorem

torem cuivis petenti concedi solent. *Fritsch. dict. c. 7.*

Si autem debitor ante pulsum campanæ suspectus sit de fuga, eum arrestari posse plures admittunt: quia in debitore fugitivo cessant hæc privilegia, & malitiis in tantum indulgendum non est. *Klock. de Contribut. c. 3. n. 83.* Et alias fugitivi debitores in Jure nostro non eodem Jure utuntur cum aliis debitoribus. *Vide Sauter. de Bancofall. passim.*

42. Privilegia mercibus concessa in nundinis videntur locum habere etiam in istis, quæ in nundinis emptæ sunt, licet post nundinas evehantur, quia alias privilegia effectu carerent. *Tholosan. lib. 25. Syntagm. cap. 3. n. 7 ubi præjudicium refert.*

Non autem obtinent in mercibus ante nundinas venditis, & in nundinis traditis, initium enim in his omnibus spectatur, non finis. *Vide Myl. de Stat. Imp. part. 2. cap. 58.*

43. Sicuti, propter legitimam & gravem causam, quæ in utilitate publica & necessitate fundatur, Imperator nundinas pot[illegible] interdicere, ita nundinas concedere non solet, nisi auditis vicinis & circumjacentibus: universalis enim privilegiorum civium Imperii Protector est. *Fritsch. de nund. c. 4.*

44. Item

44. Item jus emporii, Stapulæ, Gerani, die freye Niederlag / oder Stappel-Gerechtigkeit.

Jus Geranii, a privilegio Stapulæ, longe diversum est: & jus Geranii respicit principaliter utilitatem vectigalium, aliasque provisiones adversus fraudes mercatorum, nec hoc Geranii & mensurationis jure impeditur transitus mercium & navigatio. In Geranii compendium libræ prægrandes & machinariæ, juxta portum, vel in loco vicino extrui solent, quarum adminiculo onera ex navibus facili labore levantur & extrahuntur; quæ etiam ad naves onerandas conducunt, & in iisdem merces ponderari & mensurari solent, ex quo ingens ærario lucrum acquiritur. *Klock. de contrib. cap. 1. n. 272. Knipschild. lib. 5. c. 22. de jure & privil. Civ. Imp.*

45. Stapula, dicitur a germanico vocabulo, Staffel/ ut indigitentur gradus, in tali loco positi, ad exportandas & importandas merces. Alii dici putant a vocabulo Gallico, Estappe, quod significat forum seu locum, ubi merces exponuntur, & sic forum primarium Aureliæ Estappe dicitur, quod ibi vina stabulentur, alio exportanda. *Vid. Limn. ad Capit. Ferd. II. p. 700.*

46. Stapula, est forum, seu locus publicus,

cus, in urbe designatus, quo Imperatoris privilegio merces exonerandæ & venum exponendæ sunt, antequam alio divehantur.

47. Privilegia Stapularum variare solent, ita ut interdum mercatores aliquid cogantur solvere pro vectigali, *referente Lehmanno de Privilegio Spirensium lib. 4. c. 22.*

48. Qui hoc Jure gaudent, facultatem habent, Kauff-Hauß / Krane / Schiffer und Kärcher / Kauffhauß-Obherren / Kranenmeister und Kauffhauß Knecht zu halten.

Item, daß die Kauffhauß-Verordnete über ausgeladene und niedergelegte Staffelwahr / ob sie von Würden oder nicht / erkennen / und richten / und die so unfertig / verwerffen und den Fahrten / zu Schiff und der Ax Ordnungen geben.

49. Hujus Privilegii respectu, merces dividuntur, quod aliæ sint Staffelbahr Güther / aliæ Meß-Güther.

50. Stapulæ ad Rhenum sunt tres, Colonia Agrippina, Moguntia, Spira: ad Mosellam, Treviris; ad Danubium tres, Ratisbona, Ingolstadium, Passavium; ad Visurgim, Brema; ad Albim, Magdeburgum, Hamburgum. Sunt etiam civitates, quibus jus Stapulæ competit in res, quæ terrestri itinere, curru, vel vehiculo,

vel

vel quadrigis vehuntur. Sic Atrebatum Artesiæ Stapulam habet vini ex Gallia in illas oras terrestri itinere convehi soliti. *Guicciard. in descript. Belgii p.* 181.

51. Cum prætextu hujus juris plures de mercibus tributum exigerent, qui jus exigendi tributum non habuerunt, *in Capit. Ferdin. III. art.* 20. ita dispositum est: Dieweil sich aber zuträgt/ daß zwar der Name des Zolls bißweilen nicht gebraucht/ sondern unterm prætext einer Niederlage/ Stappelgerechtigkeit/ oder sonsten/ von den auff- und absteigenden Schiffen und Waaren/ eben so viel/ als wann es ein rechter Zoll wäre/ erhaben wird/ so solle alle und jede/ ohne ordentliche Verwilligung des Chur-fürstlichen Collegii, also außgebrachte concessiones, unter was Schein und Nahmen auch dieselbe immer erhalten worden/ null und nichtig seyn/ auch einem jedwederen/ des heiligen Reichs Churfürsten/ welcher sich damit beschwert befindet/ frey und bevorste-hen/ sich solcher Beschwerung/ so gut er kan/ selbsten zu entheben.

In Capitulatione Leopoldi Imperatoris *art.* 21. hæc magis sunt extensa, verba hæc sunt: Dieweil sich aber zuträgt/ daß zwar der Nahme des Zolls bißweilen nicht gebraucht/ sondern unter dem Mißbrauch und Prætext einer Niederlag- und Staffel-Gerechtigkeit/ oder sonsten/ von den auff-

und abfahrenden Schiffen und Waaren / eben so viel / als wann es ein rechter Zoll wäre / erhoben / auch der Handlung und Schiffahrt / durch ungebührliche und abgenötigte Auß- und Einladen / Außschiffen und Außschütten des Getreidigs und anderer Güter / merckliche grosse Beschwer- und Verhinderung verursachet und zugefüget wird / so sollen alle und jede dergleichen / so wohl unter währendem Krieg / als vor demselben / auff allen Strömen und schiffbaren Wassern des Reichs / ohne Unterschied / neuerlich anmassende Vornehmen / und ohne ordentliche Verwilligung des Churfürstlichen Collegii, also außgebrachte concessiones, oder sonsten ein und andern Orts vor sich unternehmende usurpationes, unter was Schein und Nahmen auch dieselbe erhalten worden / oder eigenes Gewalts und Willens durch zuführen gesucht werden möchten / null und nichtig seyn / der gleichen auch von uns niemanden / von was Würden oder Stant auch der oder dieselbige seyen / ohne Oblauts des Churfürstlichen Collegii consens und Einwilligung / ertheilet werden / auch einem jedwedern des heiligen Reichs Churfürsten / welcher sich damit beschweret befindet / frey und bevorstehen / sich solcher Beschwertung / so gut er kan / selbsten zu entheben. Doch soll den jenigen Privilegien, welche Churfürsten und Stände des Reichs / sampt der gefreyeten Reichs-Rit-

Ritterschafft / von weyland denen vorgewesenen Römischen Königen oder Käysern / zu Zeit / da der Churfürsten consens per pacta & capitulationes noch nicht also eingeführet / oder nöthig gewesen / rechtmässig erlangt / oder sonsten ruhiglich herbracht / hier durch nichts præjudiciret oder benommen / sondern von uns / auff gebührendes Ansuchen / vermög und in Krafft des obgesetzten dritten articuls, confirmiret / und die Stände dabey / ohne Eintrag männiglichs / gelassen / alle unrechtmässige Zölle / Staffel und Niederlage oder derselben Mißbräuch / da einige wären / gleich bey Antrettung unser Käyserlichen Regierung cassirt und abgethan / und ins künfftige derselben keine mehr ertheilt werden / es geschehe dann erstbesagter massen mit einmühtigem Collegial. Rath und Bewilligung der sieben Churfürsten. Ut itaque hoc jus non amplius soli Cæsari competat, sed Cæsari & Electoribus commune sit.

52. Item Jus Postarum, seu cursus publici; hujus Potestatis vi anno 1579. cuidam, generales per Belgium & Italiam postas constituere paranti, severe ab Imperatore id interdictum est. Et anno 1597. privatæ & civitatum postæ, quas Metzger-Post und Neben-Botten vocant, sublatæ sunt.

53. Apud nos hodie duo sunt posta-

rum præfecti, unus dicitur: der General Postmeister im heiligen Reich; quod munus feudi titulo Imperator contulit Comiti de Taſſis: alter nominatur Obrister Erb-land-Postmeister; hoc munus, feudali titulo collocatum, Comiti von Paar / qui Regiæ & Archiducalis Aulæ Præfectus, & Poſtis per Hungariam, Bohemiam, Auſtriam præeſt. &c. Quia ab Imperatore generalis Magiſter poſtarum regale earundem jus in feudum nactus eſt, illatio quidem pecuniæ ex poſtis in fiſcum ceſſat; ſed tamen Antidori & gratitudinis loco, de literis Cæſareis, literis Vice-Cancellarii, aliorumqne ſupremorum Imperatoris miniſtrorum, merito nihil accipit. Hornick *de poſtar. jur. c. 6. p.* 39.

Hi Præfecti generales habent ſuos ſubminiſtros, vulgo Postmeister / quos certo ſalario conducunt, ut officinis poſtarum maxime celebribus, quales ſunt: Francofurtenſis, Argentoratenſis, Colonienſis, Rheinhuſiana, Auguſtana, Norimbergenſis, Viennenſis, Bremenſis, Hamburgenſis, cum fidelitate præſint, curſorumque accuratam gerant curam.

54. Cum autem Imperii multum interſit, ut & poſtæ bene diſponantur, & peregrinantes ab illarum præfectis non nimium onerentur, *in I. P. art.* 11. conſtituitur, ut immoderata poſtarum, omniaque

niaque alia inusitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur.

Hinc Anno 1658. cum Imperator noster esset coronandus, Principes & Status Imperii ad ejus Capitulationis *art.* 25. monuerunt, daß die Postmeister / Posthalter und Postbediente denselbigen Churfürsten / Fürsten und Ständen / in welcher Landen / Gebieth und Städten sie ihre Post-Aembter exerciren, und wohnen / verpflicht seyn / und durch dieselbe dem uhralten Herkommen und Botten Gebrauch einiger Eintrag und Verhinderung nicht zugefüget / sondern dißfals alle und jede Stände bey ihren vor dem jüngsten Krieg gehabten Freyheiten / wie auch frey besitzlichem Gebrauch / Rechten / Privilegien, und zum Theil deswegen vorgangenen sonderbaren Pacten und Verträgen ohn perturbirt gelassen / und respective weniger nicht Churfürsten / Fürsten und Ständen / und dero sonderlich auff Reichs-Conventen habende Gesandschafften / mit dem Brieff- und Postgelt nicht beschweret noch übernommen / auch sonsten das jenige gebührlich beobachtet und vollzogen werden solle / was dieses Puncts halben bey künfftigem Reichs-Tag geschlossen werde. *Vid. Contin. Theatr. Europ. ad ann.* 1658. In Capitulatione postea definitio ultimorum Gravami-

 vami-

vaminum in proxima Comitia dilata est, Imperatorque promisit, se effecturum, ne Præfectus postarum curiæ Archi-Ducalis & Provinciarum hereditariarum, præfecto generali postarum Imperii ullum incommodum in Jure suo adferat, ejusque exercitium impediat, secundum tenorem decreti, quod jam anno 1641. in Comitiis Ratisbonensibus factum erat. *Capit. Leopold. art.* 35.

55. Item jus viarum publicarum, Käyserliche freye Heerstrassen zu haben. *Bes. de regal. c.* 8. §. 4.

56. Item Jus Academias erigendi, cui Imperator non videtur præjudicasse, quod *in I. P. art.* 10. §. 6. *vers.* 13. Regiæ Majestati Sueciæ, communi Statuum consensu jus erigendi Academiam vel universitatem, ubi quandoque ei visum fuerit, concessit.

57. Quia habet Jus Academias erigendi; hinc secundum quosdam habet jus vel concedendi vel prohibendi, quæ doceri vel non doceri debeant in Academiis: quæ in universo Imperio scribi vel non scribi debeant, e. g. jus Zeitungen zu verbicthen/ Jus prohibendi hunc vel istum librum. &c.

Item Jus creandi DD. Magistros & conferendi alios honores in Academiis.

58. Præter hos honores omnes reliquæ

in

in Imperio dignitates a solo Cæsare conferuntur.

Creat Imperator Reges, qui tamen titulo tantum ales sunt; potestatem enim regiam & absolutam subditis suis conferre non potest; exteris autem neque dignitatem neque Imperii potestatem tribuit.

Archi-Duces, Duces, Marchiones, Land-gravios, Comites, Barones, Nobiles, Comites Palatinos, Tabelliones &c.

59. Nullum tamen ex his potest facere Statum Imperii, sine consensu Statuum Imperii, ut supra dictum est.

Si vero aliquis Status Imperii factus est, de convenienti loco ipsi potest prospicere, *Lamp. part.* 3. *c.* 13.

60. Electores etiam non facit, sed Imperator & Status Imperii simul. *I. P. art* 5. licet, si unus vel alter Electoratus vacet, jus providendi seu designandi personam, ipsi competat. *A. B. t.* 7. Investituram etiam dignitatum regalium, seu der Fahnen-Lehen/ sibi reservat. *A. B. t.* 5. Id quod hodie limitatur in Capitulationibus, *ut videre licet, ex Capit. Leop. art.* 30. Wann auch Lehen dem Reich und uns beyzeit unserer Regierung durch Todtfall oder Verwürckung eröffnet und lediglich heimfallen werden/ so etwas merckliches ertragen/ als Fürstenthumb/ Graffschafften/

Stādte und dergleichen / die sollen und wollen wir ohne Vorwissen der sieben Churfürsten ferner niemand leihen: &c. & sibi & Imperio, ad sustentandam Imperatoriam Majestatem servare ea debet.

61. Præter Jus concedendi privilegia, & conferendi honores, habet Jus Judiciorum. Cæsarem enim supremum in Imperio Judicem & fontem omnis Jurisdictionis, leges publicæ & usus perpetui exempla testantur.

Lege publica, & constitutione vom Regiment zu Wormbs 1521. Cæsar habet potestatem cognoscendi & sententiam ferendi, in Sachen Fürstenthum / Hertzogthum / Graffschafften etc. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen.

62. Sed quæritur, an absque Paribus Curiæ? *Quæstio fusissime tractatur apud Limn. lib. 2. c. 9. §. 32. & seq. vid. Blum. Proc. Cam. tit. 41. n. 2.*

Omnes, qui Jus seu Judicium Principum dari affirmant, statuunt, hoc fieri debere cum Paribus Curiæ.

63. Jus, seu Judicium Principum, secundum ipsos, est Judicium, in quo causæ Principum, concernentes vel vitam vel feuda ipsorum, judice Imperatore, consensu parium Curiæ deciduntur.

64. Pa-

64. Pares Curiæ ſunt Status Imperii. *Conſtit. Imperat. Sigismundi Baſileæ facta, ibi* ſo wohl geiſtliche als weltliche Fürſten / ja auch wohl gefürſtete Aebt niederſetzen möge. Jure communi feudali Pares Curiæ ingenere dicuntur, qui eandem curtem, curiam ſeu aulam Domini h. e. eundem Dominum recognoſcunt: unde etiam vocantur Pares Domus 1. *F.* 11. Pares de Domo Domini 1. *F.* 26. §. *ſi quib.* Pares Curtis Domus 2. *F.* 2. *pr.* Alii definiunt, quod ſint, qui ab eodem Domino in eodem ejus territorio feuda poſſident. Quos refutat *Struvius Syntagm. Jur. Feud. c.* 4. §. 18. cujus ſententiam quidem ſecundum Jus commune Feudale verior eſt: interim tamen mores cujuſque Regni conſulendi ſunt; ſic Angli licet ſub eodem Domino, eodem Rege cum Scotis ſint, tamen in cauſa alicujus Scoti, Pares cenſeri non poſſunt, nec e contra: nec Pares unius feudi longe diſſiti, in controverſiis quæ de alio feudo incidunt, ad judicandum admittuuntur. Sic in Scotia moris eſt, ut in inquiſitionibus & aſſyſis primo eligantur, qui ex eadem Provincia ſunt Pares, quod ſi hi non adſint, aut numerus non ſufficiat, qui ſint ex Provinciis vicinioribus ſubſtituantur. *Cragius lib.* 3. *Feud. Diegeſi* 7. *p.* 377.

65. Hoc Judicium Principum proba-

tur, *primo*, quia Constitutiones Imperatorum hunc cum Paribus Curiæ judicandi modum, claris verbis, exprimunt: *primo* Constitutio Friderici II. 1236. facta, ubi dicit: Daß er in dergleichen Sachen selber wolle richten / auff die Weise / wie es vor alten Zeiten herkommens. *Lundorp. tom.* 1. *act. publ. lib.* 1. *p.* 11. *Secundo* Rescriptum Friderici III. Henrico Duci Bavariæ datum, ubi in hunc modum loquitur: Ist unsere Meynung nicht / daß solche Sache / nempe causa ipsum Principem concernens, in unserem Cammer-Gericht / das wir mit den Persohnen / von Fürsten / und umb Sachen / die unsere und des Reichs oberste Ehre / Leib oder Lehen nicht betreffen / besetzen / zwischen euch soll oder solte außgetragen werden / sondern allein vor unserer Maystät und unsern und des Reichs Fürsten / die wir zu uns setzen werden: *Lundorp. dicto loco. Tertio*, Rescriptum Sigismundi ad Concilium Basileense in causa Henrici Lauenburgici & Friderici Saxoniæ Ducis Electoratum Saxoniæ concernente, ubi dicit: quæstionem illam ad suam & Illustrium Archi-Principum S. R. Imperii pertinere notionem, & quod Justitia hæc aliter expediri non possit, nisi per Parium Curiæ arbitrium, *Lundorp. dicto loco. Quarto*, Constitutio ejusdem Imperatoris Basileæ facta, ubi ita loquitur, daß

der

der Käyser in Sachen / so eines Fürsten Leib / Ehr und Lehnschafft betreffen / so wohl geistliche als weltliche Fürsten / ja auch wohl Gefürstete Aebte niedersetzen möge.

Secundo, quia perpetua observantia, a temporibus Ottonum, usque ad tempora Caroli V. hunc judicandi modum observatum esse testatur, adeo, ut Dominus Conringius non dubitet, lege publica id fuisse constitutum: id que probet ex Ottone Frising. *lib.* 1. *de Gest: Friderici cap.* 31. ubi asserit, quod Cæsar de Ducibus & Comitibus sententiam non ferat, nisi de consensu Parium.

Tertio, quia Feuda Regalia ab Imperatore & Imperio dependent. E. & Imperator & Status Imperii in iis judicare debent.

Alii hoc negant, *primo*, quia in nulla lege publica, nec in Aurea Bulla, nec alibi, hujus juris fit mentio, quod tamen propter rei gravitatem fieret, si tale judicium daretur. *Secundo*, quia LL. publicæ contrarium probant. Ordnung des Regiments *de anno* 1521. §. 7. Ob auch Sachen fürfielen / Fürstenthum / Graffschafften 2c. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden solten / derselben Erkandnüß wollen wir uns hierinnen auch vorbehalten haben / doch sonst in andern Sachen diesem

unſerm Regiment und der Cammer-Gerichts-Ordnung unabbrüchig: in Ordinatione Cameræ 1555. *part.* 2. *tit.* 7. verba circa medium tituli hanc rem ita exprimunt: Derſelbigen Erkandnüß wollen wir der Käyſerlichen Mayeſtät / oder Ihrer Käyſerlichen Mayeſtät Abweſens / Uns als Römiſchem König vorbehalten haben ꝛc. *Tertio*, quia in Inſtrumento Pacis liberum relinquitur Imperatori, in cauſis majoris momenti, & unde tumultus in Imperio oriri poſſunt, ſententiam Statuum exquirere *art.* 5. §. 20. *inf.*

Quarto, quia hiſtoriæ plura exempla nobis exhibent, ubi Imperatores ſoli judicarunt: ſcilicet Carolus V. Rudolphus II. &c.

Ad primam & ſecundam rationem affirmantium reſpondent: Conſtitutiones Imperatorum & exempla non probare hujus Judicii neceſſitatem, ſed Imperatorum prudentiam & conſilium.

At tertiam: quod collatio feudorum, & Judicium in ipſis, ſint diverſa, a quibus argumentum ducere non liceat; nec enim omnis, qui confert feudum, judicat de feudo; nec omnis, qui judicat de feudo, illud confert.

Qui hoc Judicium dari affirmant, reſpondent ad argumenta negantium: quod in ordinatione Regimenti & Cameræ Imperia-

perialis non excludantur Status Imperii, sed Assessores Regimenti & Cameræ Imperialis, tanquam Judices dependentes, & Magistratus, qui non debeant judicare de Statibus Imperii, & de iis, a quibus constituti erant; & quod non sequatur: Wir wollen selber richten. E. wollen wir allein richten / ad exemplum formulæ: Der Käyser hat selbsten unterschrieben / E. hat er allein unterschrieben.

Ad Instrumentum Pacis dicunt, illud loqui *primo* indeterminate & proinde exponendum esse, de iis causis, de quibus aliter dispositum non sit. *Secundo*, illud abrogari per Capitulat. Leopoldi *art.* 39. in fin: ubi fere eadem verba habentur, & obligatur Imperator, adhibere in talibus causis, vel Statuum, vel Electorum consensum. Ad Exempla, quæ ultimis his seculis evenerunt, quod istis *primo* perpetuo sit contradictum, *secundo* quod sint facta in Statu turbido.

Rationibus ab utraque parte ponderatis, non dubitamus, quin argumenta adfirmantium satis probent, fuisse ante tempora Caroli V. jus Principum; non tamen putamus, legem scriptam fuisse, quod affirmantes tantopere urgent; sine dubio enim alias in A. B. vel alibi, ejus legis mentio fieret: sed non scriptam, seu consuetudinem. Quia *primo* plura

Imperii Statibus cum Imperatore facta sunt communia per consuetudinem. *Secundo*, quia Fridericus II. in constitutione, quam supra allegavimus, claris verbis provocat ad consuetudinem.

Post tempora Caroli V. distinguendum videtur, quomodo agatur de feudo regali, an criminaliter, an vero civiliter. Si illud, & forte Status sit declarandus in bannum, usque ad tempora Instrumenti Pacis vehementer inter Imperatorem & Status Imperii fuit disputatum, an Imperator solus declarare possit Statum Imperii in bannum, an vero hoc debeat fieri consensu Statuum? & in J. P. decisio totius hujus negotii in proxima Comitia dilata est. *art.* 5. §. 3. In Capitulationibus vero Imperator promisit, se Electorum consensum tali in casu adhibiturum, ut infra videbimus. Si hoc, videtur dicendum, quia in Judiciis a temporibus Maximiliani I. magna mutatio accidit, etiam hic aliquid mutatum esse, &, si civiliter agatur, jus Principum nullum dari.

Nec satisfacere videtur, quod affirmantes dicunt. *Primo* in ordinatione Regimenti & Cameræ excludi tantum Assessores Regimenti & Cameræ; nam *primo* in Ordinatione Regimenti in fine habetur vocabulum auch / scilicet wollen wir uns

uns hierinnen vorbehalten haben; quod sine dubio se refert ad antecedentia, quæ Imperator sibi reservavit, antecedentia autem reservata sunt tantum ea, quæ concernunt investituram feudorum regalium; at vero horum regalium feudorum investituram sibi ita reservat, ut excludantur Status Imperii, ergo & Judicium in istiusmodi causis ita sibi reservat. *Secundo* in Ordinatione Cameræ hoc vocabulum selbsten / quod habetur in Ordinatione Regimenti, exponitur tantum de Imperatore, & in Casu absentiæ Imperatoris, de Rege Romanorum.

Instrumentum Pacis, quamvis generaliter loquatur, non tamen loquitur omnino indeterminate. Sermo enim est in dicto §. de Judicio Aulico & Camerali, causisque ad hæc judicia pertinentibus: quemadmodum ergo in prioribus Recessibus Imperii ab horum Judiciorum jurisdictione hæ causæ regales claris verbis sunt exceptæ, ita & in Instrumento Pacis videtur esse factum. Imo non videntur posse esse aliæ causæ, in quibus judicandum est in judicio Aulico, & in quibus tumultus in Imperio oriri possunt, quam hæ causæ Regales.

Neque Capitulatio Leopoldi hunc §. videtur abrogare; alia enim sunt negotia, quæ concernunt universum Imperium, de

de quibus dictus *artic.* 39. conceptis verbis loquitur; in his enim merito id quod universos concernit, ab universis etiam est approbandum; & alia sunt negotia, quæ concernunt hunc vel istum Principatum, hunc vel istum Principem, & de his J. P. loquitur: inque his jus Principum hodie obtinere non videtur. Et licet forte ad hæc, quæ diximus, responsiones non desint, non tamen dubitamus, hanc fuisse mentem Imperatorum, sub quibus hæ leges sunt latæ.

66. Summa Imperii prætoria, seu Judicia, solus instituit. *Vid. Lamp. p.*3. *c.*16. Quomodo Germanorum Judicia fuerint constituta antiquis temporibus, scilicet a Carolo M. usque ad Ottones, ab Ottonibus usque ad Maximilianum I. videbimus suo loco.

67. Hic inquirendum nobis est, an judicia summa in Imperio nostro dependeant a solo Imperatore, seu ab ipso solo sint instituta; an ab Imperatore & Statibus simul? de Judicio Camerali communiter DD. posterius: de Iudicio Aulico autem prius affirmant. *Primo*, quia Iudicium Aulicum cœpit cum ipso Imperio Romano-Germanico, quo tempore sine dubio omnis jurisdictio adhuc fuit penes Imperatorem solum. *Secundo*, quia in hoc Iudicio solus Imperator est Præ-

fes

ses & Caput. *Ord. jud. aul. tit. 1. in pr. ibi.* Dessen obristes Haupt und Richter wir allein / unnd ein Römischer Käyser selbst ist / *tertio*, quia Consiliarii soli Imperatori præstant Iuramentum: *quarto*, quia hactenus Imperatores soli huic judicio præscripserunt Ordinationes. Cæterum, an hodie idem adhuc asserendum sit? quidam ambigunt, postquam in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico, de Assessoribus Augustanæ Confessionis adsciscendis cautum ac definitum, ut processus ratio, qualem Cameræ sequendam injunxere Ordines Imperii, & ibi per omnia observanda sit; postquam remedium, ut vocatur, suspensivum litigantibus concessum, ac visitatio a Moguntino, ad eum modum, qui in Comitiis placuerit, præscripta. *I. P. art. 5. §. 20.* Cui etiam Cancellaria hujus Judicii juramentum præstare tenetur: cumque insuper Ordinatio hujus judicii anno 1654. ab omnibus Statibus ideo recepta non fuerit: Weilen sie denen Ständen nicht ordentlich communiciret noch dieselbige darüber / in ihren monitis, vernommen worden / derowegen solche ordentlich dictiret / und bey nechstbevorstehendem Reichs-Tage davon weiter gehandelt werden solle. *Limn. tom. 2. add. lib. 9. c. 4. inf.*

An hæ rationes sufficiant, ut de priori opi-

opinione ambigere debeamus? videri poterit ex rationibus, quas ex Lampadio adducemus.

68. Judicium Camerale ab Imperatore & Statibus simul institutum esse, ab iisque jurisdictionem suam accepisse, plurimi affirmant. 1. Quia Camera repræsentat Imperatorem & totum Imperium. *Ord. Cam. de anno* 1555. *part.* 1. *tit.* 8. ubi dicitur: Daß die Beysitzer von der Käyserlichen Mayestät auch Churfürsten und Ständen des heiligen Römischen Reichs an solche hohe *Justitien* geordnet / und an ihrer statt sitzen. 2. Quia ipsi Status Imperii, qui eorum jurium, quæ ipsis sunt communicata, non sunt ignari, hoc ita interpretantur, daß Cammer-Richter und Beysitzer ihre Jurisdiction von Käyserlicher Mayestät / auch Churfürsten und allgemeinen Ständen des Reichs sammentlich haben. *Lundorp. tom.* 2. *act. publ. c.* 1. 3. Quia in Recessu Imperii de anno 1654. & in J. P. *art.* 5. §. 2. in hoc judicio ab Imperatore & Statibus simul plura sunt immutata. 4. Quia in J. P. *art.* 5. non dicitur Camera Imperatoris, sed Camera Imperialis. 5. Propter Recessum Imperii de anno 1654. §. 165. *ubi ita dicitur*: Damit aber auch unser und des H. Reichs Cammer-Gericht / als welches uns / sampt Churfürsten und Ständen des Reichs / *repræsentiret*,

tiret, und nun wiederumb so ansehnlich und stattlich ersetzet wird / Inhalts der vorigen Reichs-Abschiede und Ordnung / seine *Authoritä*t / *Jurisdiction* und Gewalt / wie sichs gebühret / erhalten. *Lampadius de Rep. Rom. Germ. part.* 3. *c.* 11. §. 7. 8. *& seqq.* Iustitutionem Cameræ & expediendæ jurisdictionis modum & rationem a communi Cæsaris & ordinum consensu esse, Iurisdictionem autem, seu reddendi Iuris potestatem a sola Cæsarea Majestate promanasse, existimat.

Quia novum Imperio universo Magistratum præficere, qualis est Iudicium Camerale, est legem condere, quæ teneat universos; quæ potestas soli Cæsari non competit: ut autem hic Magistratus habeat jurisdictionem, hoc descendere ab eo, qui eam habet; at vero jurisdictionem in Imperio Imperator solus habet, & eam nunquam cum Statibus communicavit: ergo Iudicio Camerali eam Imperator solus commucavit, non autem cum Statibus Imperii: quia hi eam non habuerunt.

Hæc Lampadii opinio satis subtilis, & non inelegans est; si tamen ad normam legum Imperii fundamentalium examinetur, eæ non tantum non ita distinguunt, sed & eam claris verbis refutant. *Vid. allegat Recess. Imp. de anno* 1654. §. 165.

Imo

Imo cum Imperator Maximilianus I. in Ordinat. Camerali ipse confiteatur, se Statuum consensu judicem & Assessores constituisse; & vero ad omnem Iudicem verum requiratur, ut habeat Iurisdictionem *t. t. C. de jurisd. omn. judicum.* certum est, se consensu Statuum Iurisdictionem Iudici & Assessoribus tribuisse, eoque ipso, licet Status Iurisdictionem ante non habuerint, ipsis Iurisdictionem communicasse.

Hæc quæ Lampadius habet, quamvis non probent, Iurisdictionem Cameræ non esse a solo Imperatore, tamen forte non ineleganter opponi poterunt iis, qui Iurisdictionem Iudicii Aulici hodie ab Imperatore & Statibus simul esse, affirmari posse existimant.

69. Iudicium Rotwilense quin a solo Imperatore dependeat, nullus est, qui dubitet, *vide infra suo loco.*

70. Ius Belli Imperator sibi soli etiam reservat, in casu necessitatis, si bellum sit defensivum. *Capit. Leopold. art. 13. circa fin. ubi dicitur.* Wowir aber von des Reichs wegen / oder das H. Reich angegriffen und bekrieget würden / als dann mögen wir uns aller Hülffe gebrauchen.

71. Ius legationis adimunt quidam Imperatori, illudque Imperatori & omnibus Statibus commune esse asserunt. 1. quod, Regi-

Regimento ſublato, hæc poteſtas iterum ad Ordines Imperii rediit: 2. quia in Receſſu Imperii de anno 1576. legatio ad Moſchum ab Imperatore & omnibus Statibus Imperii decreta eſt. §. 106. 107. *& ſeq.* Item, quod duplex legatio 1594. ad Belgas & Hiſpanos ab Imperatore & Statibus Imperii ſimul miſſa ſit. *Vid. Receſſ. Imp. Ratisbon. de anno* 1594. §. 43. *&* 44. Item quod 1603. de continuandis ejuſmodi legationibus deliberatum fuerit, *vid. R. I. de anno* 1603. §. 29. *uſque ad* 36. *Strad. Decad.* 2. *lib.* 1. *pag.* 453.

Verum non probant 1. ita hoc Ius fuiſſe apud Regimentum, ut Imperatori ſoli nullo caſu competierit. 2. Ius mittendi Legatos diſcernendum eſt a re, de qua per Legatos eſt agendum. Ius mittendi Legatos, nomine Imperii, omnino Imperatori ſoli competit, ſed de re interdum, ſi nimirum illa non in ſolius Imperatoris poteſtate ſita ſit, cum Ordinibus deliberandum, & ex illorum conſenſu conſtituendum eſt. *Lamp. part.* 3. *c.* 20. §. 1.

Hinc etiam, licet 1576. de re, de qua agendum erat, communi Statuum conſenſu fuerit diſpoſitum, tamen inſtructio ſeu mandata legationis a ſolo Cæſare ſunt confecta.

Item in Legatione de anno 1594. totum

tum negotium Legationis instruendæ & mittendæ, soli Imperatori permittitur. *Bæcl. in Not. lib.* 19. *cap.* 1.

72. Legationes ab exteris, de rebus ad totum Imperium spectantibus, semper Imperator audivit, & sæpe res aliter fieri non potest. Ita ut omnino plenum, & nulla Capitulatione restrictum jus sit Imperatori tales recipiendi legationes & audiendi. Et alia quæstio est, quid cum ipsis contrahi concludique possit, vel non possit, absque consensu Statuum & prævia communicatione, quæ confundi non debent. *Bæcler. in Not Imp. dict. lib.* 19. *cap.* 2.

TIT. III.

De Juribus communibus Imperatori & Statibus simul.

Jura communia Imperatori & Statibus simul, sunt vel communia cum aliquibus, vel communia cum omnibus.

1. Communia Iura cum aliquibus Statibus Imperii, sunt ista Iura, quæ ipsi sunt communia cum Electoribus.

2. Communia cum omnibus Statibus Imperii sunt ista jura Majestatis, quæ exerceri non debent, nisi in Comitiis Imperii. In Instrumento Pacis Suec.

art.

art. 8. §. 2. ita recensentur. Gaudeant sine contradictione jure suffragii, in omnibus deliberationibus, super negotiis Imperii, præsertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda, nomine publico, veterave firmanda præsidiis, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum, aut quicquam simile, posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoqne omnium Imperii Statuum suffragio & consensu.

§. 3. *Habeantur autem Comitia Imperii, intra sex menses a dato ratificatæ Pacis, postea vero, quoties publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitiis emendentur imprimis anteriorum conventuum defectus; ac tum quoque de Electione Romanorum Regum, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in Constitutionibus Imperii descriptus est tenendo, redintegrandis circulis, renovanda matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione collectarum Imperii, reformatione Politiæ & Justitiæ, taxæ sportularum in Judicio Camerali, ordinariis deputatis ad modum & utili-*

utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere directorum in Imperii Collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverunt, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.

3. Iura Electoribus tantum communia: communia ipsis sunt, vel quia aliter legibus Imperii de iis dispositum non est, vel sunt communia ipsis, quamvis in aliis Imperii legibus aliter sit dispositum.

4. Iura Majestatis communia cum omnibus Statibus, sunt 1. jus ferendi L L. universales, easque interpretandi: quo refertur jus constituendi ferias generales, & emendatio Calendarii; quæ enim dierum ratio esse debeat, dependet ab eo, qui jus habet ferendi legem, non minus ac jus præscribendi processum in Iudiciis observandum. *Vid. Lamp. part.* 3. *c.* 16. Hinc Protestantes merito Calendarium Gregorianum neque ad Summi Pontificis; neque ad ipsius Imperatoris mandatum, inviti recipere voluerunt, neque receperunt.

5. II. Ius decernendi bellum, id quod jam olim cum Statibus Imperii communicatum, (*vid.* Handhabung des Land-Friedens / *de anno* 1495. *tit.* die Königliche Mayestät soll keinen Krieg anfangen.) in Capitulationibus postea & Instrumento

Pacis

Pacis confirmatum est. Capitulationes tamen alios Imperii Recessus, de hoc jure sine ulla distinctione & limitatione disponentes, varie limitant & distinguunt. Primo quidem, in bello defensivo, in casu necessitatis, Imperatori, sine consensu vel Electorum, vel reliquorum Statuum, omnis generis media eligere permissum est: ita tamen, ut durante hac defensione, nec nova munimenta intra Statuum territoria erigere, nec collapsa reparare, nec ipsis ullum in commodum metationibus adferre possit. *Capit. Leopold. art.* 13. *inf.*

Secundo, ubi Bellum forte inferendum est, Electorum & reliquorum Imperii Statuum, vel ad minimum Electorum consensus requiritur, *dict. Capit. Leopold. art.* 13.

Tertio, ubi necessitas efflagitat, ut munimenta erigantur in Statuum territoriis, vel vetera reparentur, vel hospitationes militum instituantur, vel ejusmodi negotia peragantur, omnium Statuum consensus requiritur. *I. P. art.* 8. §. 2. *supra allegato.*

6. Cum itaque repressaliæ sint species belli, & simile negotium; non immerito videtur dici posse, & jus concedendi repressalias omnibus Imperii Statibus communicatum esse.

O 7. Re-

7. Repressaliæ autem sunt remedium extraordinarium, quo ob denegatam vel protractam Justitiam, a Magistratu alterius Reipublicæ, in re non modica & causa liquida, læsi Magistratus, si ejus præcedens monitum alter Magistratus negligat, detinet istius loci civem quemlibet, seu res usque dum læso ab altero Magistratu satisfiat.

8. Requisita repressaliarum sunt *primo*, ut nullum aliud remedium ordinarium supersit. *Secundo*, ut Justitia degenetur aut malitiose protrahatur. *Tertio*, ut hoc fiat a Magistratu alterius Reip. (inter concives enim non obtinent, quia isti jure experiri debent. *l.* 13. *ff. quod met. causa.* & quia repressaliæ belli speciem exhibent, *Grot. lib.* 3. *de I. B. & P. c.* 2.) *Quarto*, ut causa non sit modica. *Quinto*, ut sit liquida.

9. Repressaliæ videntur quidem esse injustæ, quia alius pro alio vel puniri vel detineri non debet, & juri naturæ contrarium est, ut quis ex facto alieno teneatur, nisi sit successor in universum jus. Hinc Imperator Zeno æquitati naturali contrarium esse dicit: ut pro alienis debitis, alii molestentur. *l. un. C. ut nullus ex vicaneis lib.* 11. *tit.* 56. Hinc in Codice nostro toti tituli extant, ne uxor pro marito, ne maritus pro uxore, ne filius

pro patre, ne pater vel mater pro filio conveniantur. Cum tamen unusquisque, qui in aliquam societatem civilem intrat, tanquam membrum se tacite obliget, & bonis & corpore pro factis istius societatis, æquitati naturali hoc jus nullomodo repugnat: consensu enim nostro, etiam ex facto alieno obligari possumus, exemplo fidejussorum.

Accedit huc necessitas & utilitas mutua inter gentes, quæ hoc jus extorsit; magna enim alias daretur injuriis faciendis licentia, & commercia inter Respublicas impedirentur; & potest ista Resp. contra quam hoc jure utimur, casu existente, eodem jure contra nos uti. Imo isti, qui vel ipsi, vel quorum res detinentur facile hoc damnum apud suum Magistratum consequi possunt, nam ubique fere locorum major habetur ratio civium, quam cæterorum, qui plerumque rudius & durius excipiuntur. *Grot. lib.* 3. *c.* 2. §. 2.

10. iv. Jus tributa & Collectas imponendi: duo modi collectas exigendi in Imperii Recessibus adhibiti sunt. Primus est per capita, auff den gemeinen Pfenning / qui modus collectandi & antiquis Romanis notus fuit. *Vid. t. t. C. de Capitat. civium.*

11. Capitatio, seu Denarius commu-

nis erat, quem quilibet Imperii civis, sive mediatus sive immediatus, citra sexus vel Status differentiam, Cæsari solvere cogebatur. *Videatur omnino Constitutio Maximiliani I. de anno* 1495. Von dem gemeinen Pfenning-Ordnung des Regiments *de anno* 1500. *tit.* von Söldnern / wie die auffgesetzet und gehalten werden sollen / auch was ein jeglicher Mensch geben soll. Quem titulum, & summas sequentium, ut & in hoc compendio nostro hujus collectandi modi ratio legentibus statim appareat, adscribimus: Nemblich daß allen und jeden Pfarren im H. Reich Söldner / nach geschriebener Maaß sollen aufgesetzet werden / welche Söldner die Pfarrleuth an allen Orten verlegen und versolden sollen / als daß je 400. Einwohner in einer jeglichen Pfarr / in-oder ausserhalb der Ehe / sie sitzen häußlich oder nicht / Mann oder Frauen / Kinder oder alte Leuthe / wes Standes oder Wesens die sind / niemands außgeschieden / die etwas eigenes / liegendes oder fahrendes haben / einen Mann zu Fuß / geschickt zum Krieg jährlich halten und verlegen. Doch sollen Mann und Frauen so ehelich sitzen / mit ihren Kindern / so nicht verendert seyn / oder für sich selbst nichts eigenes haben / für ein Person geacht und angeschlagen werden. Und ob jemands derselben geacht were / daß er nichts hette / der soll den noch ein Schilling

an

an Geld / das ist einen zwantzigsten Theil eines Gülden Rheinisch geben / unnd solch Geld den Pfarrleuthen zu Steuer kommen / auch sollen den Pfarrleuthen zu Steuer kommen die Knechte und Mägde / die in der Pfarr seind / der jedes soll von einem jeden Gülden seines Lohns jährlich einen sechtzigsten Theil eines Rheinischen Gülden geben: wo aber Mägde oder Knecht wären / die kein eigen Guth / auch keinen bestimbten Lohn hetten / und auff Gnad dieneten / der jeder soll den noch jährlich einen Schilling an Gold geben: was aber Fürsten / Graffen / Herren / oder andere Knechte oder Mägde sind / die in keiner Pfarr besetzet wären / deren soll auch ein jedes von einem jeden Gülden seines Lohns jährlich ein sechtzigsten Theil eines Römischen Gülden geben / und dasselbige Geld in eine Büchse geworffen / unnd des Reichs-Rath durch die Fürsten / Graffen / Herrn oder andere Herrschafft solcher Knechte oder Mägde / treulich geantwortet werden.

In titulis sequentibus agitur 1. Wo in einer Pfarr über vier hundert wären. 2. Wo in einer Pfarr nicht über vier hundert wären. 3. Daß ein jeder nicht mehr / dann da er seßhafft ist / von allem seinem Guth / wo es ligt / steuren soll. 4. Wo mehr dann ein Obrigkeit ist / wie man es halten soll. 5. Wo sich die Obrigkeit mit ein ander nicht vertragen mag. 6. Das die Geistlichen allwegen von viertzig

Gülden Gut / einem Gülden geben solle. 7. Von der Steuer der Commenterey teutscher und anderer Orden. 8. Von der Steuer der Stifft / Klöster / Ordensleuth. 9. Von der Steuer der Geistlichen Gesind. 10. Wer die Steuer der Geistlichen einbringen soll. 11. Was Glauben (*i. e.* bey was Pflichten und Beteurungen die Geistlichen ihre Steuer geben sollen. 12. Von der Steuer der Frey- und Reichs-Städte und Communen. 13. Churfursten / Fürsten / sollen fünffhundert Pferde halten. 14. Wer in der Churfursten und Fürsten Anschlag gerechnet seye. 15. Von der Grafen Steuer. 16. Von der Ritter und Knechte Steuer. 17. Von der Juden Steuer. 18. Wie das Volck auff der Cantzel ermahnet soll werden. 19. Wie Truhen in Pfarr und Klöster gesetzt werden sollen. 20. Wo dem Reich Glück und Sieg zustünden / so soll die Steuer gemindert werden. Wie lange diese Ordnung gehalten soll werden.

12. Sicuti hic collectandi modus, ut ex ultimo numero constat, perpetuo durare non debuit; ita & hodie in usu non est, licet in Comitiis aliquoties de eo in usum reducendo fuerit actum.

13. Secundus modus est collecta per modum Expeditionis Romanæ, nach dem Römer-zug.

Collecta per modum Expeditionis Romanæ,

manæ est collecta, quam unusquisque Princeps ac Status Imperii, secundum quantitatem in Imperii matricula expressam, & ad certum numerum mensium, h. e. auff ein zwey / drey ꝛc. Römer-Monath / a Statibus in Comitiis restrictam, Imperatori solvit.

14. Constitutus est hic modus colle-ctandi ad exemplum ejus, quod unusquisque Vasallus Imperatori, Romam eunti; seu transalpizanti, singulis mensibus solvere debebat; *vide supra, ubi de Matriculis egimus.*

15. Distinctio collectarum, in collectas necessarias & voluntarias, videtur defendi posse: ita ut collectas ordinarias, necessarias dicamus, collectas autem extraordinarias, voluntarias.

16. Ordinariæ collectæ sunt, quæ a lege certa, sive quotannis sive casu existente conferuntur, & regularem præstationem habent.

17. Extraordinariæ Collectæ sunt collectæ, quæ ab Imperatore & Statibus propter imminentem necessitatem, vel propter honorem & utilitatem Imperii, extra ordinem imponuntur.

18. Ad collectas ordinarias referimus, den Anschlag des Römerzugs / darinn ein jeder Stand eine gewisse Anzahl Volcks zu Roß und Fuß zu halten verpflichtet. Licet

enim quotannis Expeditioni Romanæ locus & occasio haud detur, perpetuam tamen illa causam habet, hoc est obligationem certam, quæ semel ita radicata est, ut perpetua sit & semper maneat, licet ejusdem effectus, ut & præstatio non sit sine intervallo. Huc referimus etiam contributionem Statuum, zu Unterhaltung des Cammer-Gerichts; quæ licet ab initio temporaria & extraordinaria fuerit visa, postea tamen perpetua facta est. Cammergerichts-Ordnung *de anno* 1555. *part.* 1. *tit.* 42. *& seq.* *R. I. de anno* 1654.

19. Ad extraordinarias collectas referimus die Türcken-Steuer / quia hujus collectæ quantitas a lege non est determinata, sed casu existente in Comiiiis ea determinatur.

Huc referendæ etiam sunt collectæ, quæ conferuntur ad Legationes Imperii, vel alias Imperii utilitates: *de quibus Legationibus supra dictum est.* An in tributis & collectis imponendis pluralitas votorum sit attendenda, nec ne? *infra videbimus in Capite de Comitiis.*

20. v. Ubi Pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, comitiali liberoque omnium Imperii Statuum consensu hoc fiat. *dict. art.* 8. *I. P.*

Ergo

Ergo solus Imperator in bello, nomine totius Imperii gesto, non potest solus pacem facere licet exempla & præjudicia contraria non desint. *Vid. Not. Bœcl. l.* 4. *c.* 1. *p.* 58.

21. Jus fœderum faciendorum jam olim Statibus communicatum est, lege scripta, *vide* Handhabung des Friedens zu Wormbs, 1495. *R. J.* 1512. §. Item haben wir.

In Capit. Caroli v. *art.* 7. tantum Electorum consensus requiritur, & quidem citra limitationem. Ita enim Capit. Ferd. 1. *art.* 6. Maximiliani 11. *art.* 4. Rudolph. 11. *art.* 6. Math. *art.* 6. Ferd. 11. *art.* 6. In Capit. Ferdinand. 111. *art.* 7. adjectum est, quod præter consensum Electorum, qui erat requirendus, hoc fieri debeat, auff einer Collegial-Zusammenkunfft / und nicht durch absonderliche Erklärung / (es were dann / daß publica salus und utilitas eine mehrere Schleunigung erforderte) wie dann der jenige modus, so auff gewissen erheblichen Ursachen / bey tractation des Pragerischen Friedens ist gehalten worden / ins künfftig zu keinem præjuditz oder consequentz angezogen noch außgedeutet werden solle / immassen solches ohne das in gemeldetem Friedens-Schluß gnugsam versehen seye. Cumque Instrumentum Pacis ad ordinum quoque consen-

utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere directorum in Imperii Collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverunt, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.

3. Iura Electoribus tantum communia: communia ipsis sunt, vel quia aliter legibus Imperii de iis dispositum non est, vel sunt communia ipsis, quamvis in aliis Imperii legibus aliter sit dispositum.

4. Iura Majestatis communia cum omnibus Statibus, sunt 1. jus ferendi L L. universales, easque interpretandi: quo refertur jus constituendi ferias generales, & emendatio Calendarii; quæ enim dierum ratio esse debeat, dependet ab eo, qui jus habet ferendi legem, non minus ac jus præscribendi processum in Iudiciis observandum. *Vid. Lamp. part.* 3. *c.* 16. Hinc Protestantes merito Calendarium Gregorianum neque ad Summi Pontificis; neque ad ipsius Imperatoris mandatum, inviti recipere voluerunt, neque receperunt.

5. 11. Ius decernendi bellum, id quod jam olim cum Statibus Imperii communicatum, (*vid.* Handhabung des Land-Friedens / *de anno* 1495. *tit.* die Königliche Mayestät soll keinen Krieg anfangen.) in Capitulationibus postea & Instrumento Pacis

Pacis confirmatum est. Capitulationes tamen alios Imperii Recessus, de hoc jure sine ulla distinctione & limitatione disponentes, varie limitant & distinguunt. Primo quidem, in bello defensivo, in casu necessitatis, Imperatori, sine consensu vel Electorum, vel reliquorum Statuum, omnis generis media eligere permissum est: ita tamen, ut durante hac defensione, nec nova munimenta intra Statuum territoria erigere, nec collapsa reparare, nec ipsis ullum in commodum metationibus adferre possit. *Capit. Leopold. art.* 13. *inf.*

Secundo, ubi Bellum forte inferendum est, Electorum & reliquorum Imperii Statuum, vel ad minimum Electorum consensus requiritur, *dict. Capit. Leopold. art.* 13.

Tertio, ubi necessitas efflagitat, ut munimenta erigantur in Statuum territoriis, vel vetera reparentur, vel hospitationes militum instituantur, vel ejusmodi negotia peragantur, omnium Statuum consensus requiritur. *I. P. art.* 8. §. 2. *supra allegato.*

6. Cum itaque repressaliæ sint species belli, & simile negotium; non immerito videtur dici posse, & jus concedendi repressalias omnibus Imperii Statibus communicatum esse.

O 7. Re-

7. Repressaliæ autem sunt remedium extraordinarium, quo ob denegatam vel protractam Justitiam, a Magistratu alterius Reipublicæ, in re non modica & causa liquida, læsi Magistratus, si ejus præcedens monitum alter Magistratus negligat, detinet istius loci civem quemlibet, seu res usque dum læso ab altero Magistratu satisfiat.

8. Requisita repressaliarum sunt *primo*, ut nullum aliud remedium ordinarium supersit. *Secundo*, ut Justitia degenetur aut malitiose protrahatur. *Tertio*, ut hoc fiat a Magistratu alterius Reip. (inter concives enim non obtinent, quia isti jure experiri debent. *l.* 13. *ff. quod met. causa.* &. quia repressaliæ belli speciem exhibent, *Grot. lib.* 3. *de I. B. & P. c.* 2.) *Quarto*, ut causa non sit modica. *Quinto*, ut sit liquida.

9. Repressaliæ videntur quidem esse injustæ, quia alius pro alio vel puniri vel detineri non debet, & juri naturæ contrarium est, ut quis ex facto alieno teneatur, nisi sit successor in universum jus. Hinc Imperator Zeno æquitati naturali contrarium esse dicit: ut pro alienis debitis, alii molestentur. *l. un. C. ut nullus ex vicaneis lib.* 11. *tit.* 56. Hinc in Codice nostro toti tituli extant, ne uxor pro marito, ne maritus pro uxore, ne filius

pro

pro patre, ne pater vel mater pro filio conveniantur. Cum tamen unusquisque, qui in aliquam societatem civilem intrat, tanquam membrum se tacite obliget, & bonis & corpore pro factis istius societatis, æquitati naturali hoc jus nullomodo repugnat: consensu enim nostro, etiam ex facto alieno obligari possumus, exemplo fidejussorum.

Accedit huc necessitas & utilitas mutua inter gentes, quæ hoc jus extorsit; magna enim alias daretur injuriis faciendis licentia, & commercia inter Respublicas impedirentur; & potest ista Resp. contra quam hoc jure utimur, casu existente, eodem jure contra nos uti. Imo isti, qui vel ipsi, vel quorum res detinentur facile hoc damnum apud suum Magistratum consequi possunt, nam ubique fere locorum major habetur ratio civium, quam cæterorum, qui plerumque rudius & durius excipiuntur. *Grot. lib. 3. c. 2. §. 2.*

10. iv. Jus tributa & Collectas imponendi: duo modi collectas exigendi in Imperii Recessibus adhibiti sunt. Primus est per capita, auff den gemeinen Pfenning / qui modus collectandi & antiquis Romanis notus fuit. *Vid. t. t. C. de Capitat. civium.*

11. Capitatio, seu Denarius commu-

 nis

nis erat, quem quilibet Imperii civis, sive mediatus sive immediatus, citra sexus vel Status differentiam, Cæsari solvere cogebatur. *Videatur omnino Constitutio Maximiliani I. de anno* 1495. Von dem gemeinen Pfenning-Ordnung des Regiments *de anno* 1500. *tit.* von Söldnern / wie die auffgesetzet und gehalten werden sollen / auch was ein jeglicher Mensch geben soll. Quem titulum, & summas sequentium, ut & in hoc compendio nostro hujus collectandi modi ratio legentibus statim appareat, adscribimus: Nemblich daß allen und jeden Pfarren im H. Reich Söldner / nach geschriebener Maaß sollen aufgesetzet werden / welche Söldner die Pfarrleuth an allen Orten verlegen und versolden sollen / als daß je 400. Einwohner in einer jeglichen Pfarr / in-oder ausserhalb der Ehe / sie sitzen häußlich oder nicht / Mann oder Frauen / Kinder oder alte Leuthe / wes Standes oder Wesens die sind / niemands außgeschieden / die etwas eigenes / liegendes oder fahrendes haben / einen Mann zu Fuß / geschickt zum Krieg jährlich halten und verlegen. Doch sollen Mann und Frauen so ehelich sitzen / mit ihren Kindern / so nicht verendert seyn / oder für sich selbst nichts eigenes haben / für ein Person geacht und angeschlagen werden. Und ob jemands derselben geacht were / daß er nichts hette / der soll den noch ein Schilling

an

an Geld / das ist einen zwantzigsten Theil eines Gulden Rheinisch geben / unnd solch Geld den Pfarrleuthen zu Steuer kommen / auch sollen den Pfarrleuthen zu Steuer kommen die Knechte und Mägde / die in der Pfarr seind / der jedes soll von einem jeden Gulden seines Lohns jährlich einen sechtzigsten Theil eines Rheinischen Gulden geben: wo aber Mägde oder Knecht wären / die kein eigen Guth / auch keinen bestimbten Lohn hetten / und auff Gnad dieneten / der jeder soll den noch jährlich einen Schilling an Gold geben: was aber Fürsten / Graffen / Herren / oder andere Knechte oder Mägde sind / die in keiner Pfarr besetzet wären / deren soll auch ein jedes von einem jeden Gulden seines Lohns jährlich ein sechtzigsten Theil eines Römischen Gulden geben / und dasselbige Geld in eine Büchse geworffen / unnd des Reichs-Rath durch die Fürsten / Graffen / Herrn oder andere Herrschafft solcher Knechte oder Mägde / treulich geantwortet werden.

In titulis sequentibus agitur 1. Wo in einer Pfarr über vier hundert wären. 2. Wo in einer Pfarr nicht über vier hundert wären. 3. Daß ein jeder nicht mehr / dann da er seßhafft ist / von allem seinem Guth / wo es ligt / steuren soll. 4. Wo mehr dann ein Obrigkeit ist / wie man es halten soll. 5. Wo sich die Obrigkeit mit ein ander nicht vertragen mag. 6. Das die Geistlichen allwegen von viertzig

Gülden Gut / einem Gülden geben sölle. 7. Von der Steuer der Commenterey teutscher und anderer Orden. 8. Von der Steuer der Stifft / Klöster / Ordensleuth. 9. Von der Steuer der Geistlichen Gesind. 10. Wer die Steuer der Geistlichen einbringen soll. 11, Was Glauben (*i. e.* bey was Pflichten und Beteurungen die Geistlichen ihre Steuer geben sollen. 12. Von der Steuer der Frey- und Reichs-Städte und Communen. 13. Churfursten / Fürsten / sollen fünffhundert Pferde halten. 14. Wer in der Churfursten und Fürsten Anschlag gerechnet seye. 15. Von der Grafen Steuer. 16. Von der Ritter und Knechte Steuer. 17. Von der Juden Steuer. 18. Wie das Volck auff der Cantzel ermahnet soll werden. 19. Wie Truhen in Pfarr und Klöster gesetzt werden sollen. 20. Wo dem Reich Glück und Sieg zustünden / so soll die Steuer gemindert werden. Wie lange diese Ordnung gehalten soll werden.

12. Sicuti hic colle&andi modus, ut ex ultimo numero constat, perpetuo durare non debuit; ita & hodie in usu non est, licet in Comitiis aliquoties de eo in usum reducendo fuerit actum.

13. Secundus modus est collecta per modum Expeditionis Romanæ, nach dem Römer-zug.

Collecta per modum Expeditionis Romanæ,

manæ est collecta, quam unusquisque Princeps ac Status Imperii, secundum quantitatem in Imperii matricula expressam, & ad certum numerum mensium, h. e. auff ein zwey / drey 2c. Römer-Monath / a Statibus in Comitiis restrictam, Imperatori solvit.

14. Constitutus est hic modus collectandi ad exemplum ejus, quod unusquisque Vasallus Imperatori, Romam eunti; seu transalpizanti, singulis mensibus solvere debebat; *vide supra, ubi de Matriculis egimus.*

15. Distinctio collectarum, in collectas necessarias & voluntarias, videtur defendi posse: ita ut collectas ordinarias, necessarias dicamus, collectas autem extraordinarias, voluntarias.

16. Ordinariæ collectæ sunt, quæ a lege certa, sive quotannis sive casu existente conferuntur, & regularem præstationem habent.

17. Extraordinariæ Collectæ sunt collectæ, quæ ab Imperatore & Statibus propter imminentem necessitatem, vel propter honorem & utilitatem Imperii, extra ordinem imponuntur.

18. Ad collectas ordinarias referimus, den Anschlag des Römerzugs / darinn ein jeder Stand eine gewisse Anzahl Volcks zu Roß und Fuß zu halten verpflichtet. Licet

O 4 enim

Ergo solus Imperator in bello, nomine totius Imperii gesto, non potest solus pacem facere licet exempla & præjudicia contraria non desint. *Vid. Not. Bæcl. l.* 4. *c.* 1. *p.* 58.

21. Jus fœderum faciendorum jam olim Statibus communicatum est, lege scripta, *vide* Handhabung des Friedens zu Wormbs, 1495. *R. J.* 1512. §. Item haben wir.

In Capit. Caroli v. *art.* 7. tantum Electorum consensus requiritur, & quidem citra limitationem. Ita enim Capit. Ferd. 1. *art.* 6. Maximiliani 11. *art.* 4. Rudolph. 11. *art.* 6. Math. *art.* 6. Ferd. 11. *art.* 6. In Capit. Ferdinand. 111. *art.* 7. adjectum est, quod præter consensum Electorum, qui erat requirendus, hoc fieri debeat, auff einer Collegial-Zusammenkunfft / und nicht durch absonderliche Erklarung / (es were dann / daß publica salus und utilitas eine mehrere Schleunigung erforderte) wie dann der jenige modus, so auß gewissen erheblichen Ursachen / bey tractation des Pragerischen Friedens ist gehalten worden / das kunfftig zu keinem præjuditz oder consequentz angezogen noch außgedeutet werden solle / immassen solches ohne das in gemeldetem Friedens-Schluß gnugsam versehen seye. Cumque Instrumentum Pacis ad ordinum quoque consen-

ſum jus illud retuliſſet, in Capitulatione Ferdinandi IV. *art.* 7. etiam Electoribus adduntur Fürſten und Stände. In Capitulatione Leopoldi ſubiti caſus tamen excepti ſunt, & inſuper additum *art.* 10. Wann wir auch ins künfftig / unſerer eigenen Landen halber / einige Bündnuß machen würden / ſo ſolle ſolches anderer Geſtalten nicht geſchen / als unbeſchädigt des Reichs / und nach Inhalt des Inſtrumenti Pacis. Quia autem in dicta Capitulatione Leopoldi, Imperatoris noſtri Glorioſiſſimi, ſuperiora non conveniebant menti Inſtrumenti Pacis, Principes atque Status anno 1658. ad art. 10. Capit. addi voluerunt ſequentia. *Primo*, daß keine Verbündnuß / in Reichs-Handeln / ohne der geſambten Stände auff einem Reichs-Tag erfolgende Bewilligung / zu machen. *Secundo*, auch von dieſer Regul kein caſus zu excipiren / noch unter dem Vorwand einer / ob publicam ſalutem & utilitatem erforderten Beſchleunigung / der Fürſten und Ständen Bewilligung zu übergehen / alſo der verſic. es were dann / daß publica ſalus &c. *qui extat in capit. Ferdin. IV. art.* 7. auß zulaſſen. *Tertio* Wann auch ein Römiſcher Kayſer ſeiner eigenen Landen halber / ſie ſeyen innerh[illegible] oder auſſerhalb des Reichs / Bündnuß machen würde / daß doch ſolches anderer Geſtalt nit geſchehen möge / als ohn-

ohnbeschadet des Reichs / und nach Inhalt des Instrumenti Pacis. *Vide Author der* Grundfeste des H. R. Reichs / *p.* 3. *c.* 3. *p.* 220. *qui p.* 256. *memorat & queritur, rationem horum aliorumque monitorum nullam plane habitam fuisse.*

22. VI. Jus Judiciorum instituendorum omnibus Statibus Imperii pro parte communicatum; & sic dispositioni Instrumenti Pacis. *art.* 8. §. 3. ubi dicitur, quod in proximis Comitiis reformatio Justitiæ suscipi debeat, satisfactum est; anno 1654. in Comitiis Ratisbonensibus, *vide R. I. de anno* 1654. Partim autem soli Imperatori competit, ut constat ex iis, *quæ de Judicio Aulico & Rothwilensi diximus.*

Sive autem soli Imperatori, sive Imperatori & Statibus simul competat Jus instituendi judicia in Imperio: tamen a summis Imperii Judiciis, quæ instituerunt, non datur appellatio, neque ab Imperatore male informato ad Imperatorem melius informandum: neque a Cæsare ad Cæsarem, omnesque Imperii Status: neque a Cæsare ad Pontificem.

Hinc cum Ericus, Dux Lauenburgensis, prætenderet, sibi denegatam esse justitiam ab Imperatore Sigismundo, ratione Electoratus Saxoniæ, nulloque jure Du-

cem Saxoniæ Fridericum admissum esse, & propterea ad Concilium Basileense appellaret, publico Edicto Imperator Sigismundus in Comitiis Ulmæ habitis nullitatem provocationis deduxit. *Vide Edictum apud Goldast. tom. 3. Const. p. 440.* Et hodie, si quis provocare ausus fuerit ad Pontificem, tanquam contemptor Cæsareæ Jurisdictionis, centum auri puri marcis mulctatur, & provocatio nulla declaratur. *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 51. Seiler. in decis: seu Præjud. Cam. tit. appellare quibus & a quibus liceat &c. exemplum refert de anno 1512. 20. Febr. hujus tenoris*: Daß die Beklagten ihre Appellation von einem Urtheil an diesem Cammer-Gericht gesprochen / an Päbstliche Heiligkeit gethan / demselben Cammer-Gericht *insinuirt*, also zur Schmach Veracht- und Verletzung Kayserlicher Mayestät / und des H. Reichs obrister Jurisdiction fürgenomen / keines Weges geziemet / sie auch dero halben die Pön der Rechten und andere merckliche Busse und Straffe verwircket haben / darin wir sie gefallen zu seyn erklären / und solche Pön auff hundert Marck lötiges Goldes in den Kayserlichen und Reichs-Fiscum zu bezahlen mässigen. Cum 1622. Georgius Fridericus, Marchio-Badensis, a Cæsare, qui tunc erat Ferdinandus II. male informato, ad melius informandum appella-

pellaret, consilium Imperiale aulicum, Anno 1628. die 6. Aprilis Pragæ decrevit. Daß Ihro Kayserliche Mayestät / die appellation, a Cæsare male informato, ad melius informandum, als nichtiglich und straffwürdiger Weise eingewand / erklären / die auch an sich selbsten null und nichtig / von Römischer Kayserlichen Macht / hiemit cassiren und auffheben / *vide de hac quæstione Reinking. de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 9. n. 47. seqq. n. 61.*

Quum porro Mauritius Hassiæ Landgravius contra Cæsareum Decretum anno 1613. die 18. Octobr. appellationem ad Cæsarem & Status Imperii interposuisset, ejusmodi appellatio rejecta est *Vide Acta*, Marpurgische *Succession* betreffend. Ita quoque, cum Elector Coloniensis anno 1637. ad Restitutionem Præfecturæ Haggenburg condemnatus, appellationem interposuisset, a Cæsare male informato, ad Cæsarem & Electores, simul ea non tantum rejecta, sed etiam insuper Notarius qui Instrumentum scripsit, pœna exauctorationis mulctatus est. *Vide inform. juris & facti, Sain contra* Cölln / *Haggenburg* betreffend.

23. Huc VII. refertur Jus, quorumcunque Magistratuum constituendorum. Hoc jus interdum securius & quodammodo crude explicari, & ad ordines Im-

perii applicari solet, magnaque in eo occurrit confusio rerum, temporum & officiorum. Plerique enim in oculis habent officia Domus Augustæ vel veteris, (*qualem descripsit Jacobus Gutherius in memorabili opere de officiis Domus Augustæ*) vel recentioris, ad nostra quidem tempora itidem antiquæ, sub Imperatoribus Germanicis Ottonibus & seqq. Sed tum adhuc locus erat veris Magistratuum vocabulis; eo quod illi Imperatores absoluti rerum Domini erant, plenoque Jure Monarchico pollebant: unde satis apparet, hoc tempore non esse eundem rerum Satum, atque adeo aliter sentiendum esse de illis officiis, quæ apud Scriptores appellantur Reichs-Aempter / & ad summos Principes E. E. & eorum Vicarios pertinent. Sicut enim in his Principibus est aliquis character, quo possint dici & haberi Magistratus Imperii, atque adeo ad illa munia fungenda, nonnisi a Cæsare vocati, constitutique intelligantur: ita Status ipsorum de cætero major est, & Reipublicæ interioribus vinculis innexus, quam ut cruda Magistratuum appellatione & comparatione exprimi designarique debeat. Intervallum hujus prærogativæ optime cernitur in comparatione illorum Magistratuum, qui dicuntur Hoff-Aembter / Reichs-Hoff-Aembter / Erb-

Erb-Aembter / Reichs-Aembter / de quibus Lexicographi juris publici videndi. *Bæcler. in Not. Imper. lib. 4. cap. 1. p. 58.*

Idem dicendum de Ducibus, Marchionibus, Landgraviis, Comitibus varii generis, quæ olim fuerunt Magistratuum nomina & officia, sed hodie retinentur nomina, non manent officia & Status pristinus. Ex minore enim majus jus sui Status acquisiverunt.

24. Veri Magistratus exempla sunt, in Regimento, de quo infra diximus in *tit. de Camera Imperiali & Consilio Aulico.*

In militaribus, sunt Creyß-Obersten ꝛc. qui licet a circuli Statibus eligantur, tamen leges & officii sui Instructionem ab universi Imperii Statibus acceperunt. *Vide R. I. de anno 1548. 1555. & alios.* Item alii Duces militares, de quibus varie in Recessibus Imperii dispositum est, *vide* des H. Reichs Reuter-Bestallung und Fuß-Knechts Bestallung *de anno* 1570.

25. VIII. Jus monetæ, quod omnibus Statibus Imperii commune est, vide Müntz-Ordnung: quod distinguimus a jure concedendi privilegium cudendi monetam; *de quo mox dicemus.*

26. IX. Jus sacrorum universale itidem

dem Imperatori & omnibus Statibus commune est. *Vide R. I. de anno 1555. Instr. Pac. art. 5.* Sunt adhuc plura jura Majestatis, quorum in Instrumento Pacis fit mentio, de quibus in Comitiis adhuc deliberandum est, *vide Instrum. Pac. dicto artic.* 8. §. 3.

TIT. IV.

De Juribus Majestatis, Imperatori & Electoribus tantum communibus.

Jura Electoribus cum Imperatore communia, sunt vel communia Jure, seu, quia aliter de illis non est dispositum vel sunt communia de facto, licet aliter de iis sit dispositum.

1. Ad illa refertur *primo*, jus deliberandi & statuendi de Imperii negotiis, unde tumultus in Imperio oriri possunt, & quæ magni præjudicii sunt, si res & tempus aliter non patiatur. *Capit. Lepold. art.* 39. Id quod & jam in A. B. ex parte ipsis est concessum; prudentia enim consilioque suo Cæsari adsint, & providentia sua fluctuanti orbi subveniant. *c. 7. in pr. A. B.* & Cæsareæ sublimitati adsistant, tanquam in partem solicitudinis constituti. *A. B. c. 12. in pr.*

2. II.

2. II. Jus indicendi Comitia. *In Capitulatione Caroli V. art. 12. Cap. Ferd. III. art.* 13. requiritur simpliciter consensus Electorum; sed hoc postea est extensum, & Leopoldus Imperator noster in sua Capitulatione ulterius promittit. Er wolte keinen Reichs-Tag außschreiben / ehe und bevor er darzu umb der sieben Churfürsten consens und Bewilligung / durch sonderbahre Schickung angehalten / und sich mit denselben / so wohl der Zeit / als Mahlstatt halben verglichen / oder sie von selbsten des Reichs Anliegenheit halber ihme darumb unterthänig angelanget und erinnert. *artic.* 17.

3. An si Cæsar nolit habere Comitia, aut ea differat, Electores soli possint indicere Comitia? item annon existente Cæsare, aut in interregno medio, EE. Comitia indicere & celebrare possint? disputatur. *Vide Bæcl. in Not. Imper. l. 6. c. 2. p.* 89. *Author* der Grundfeste / *part.* 1. *c.* 2. *p.* 16. & 17.

4. III. Jus concedendi Privilegia in quibusdam: e. g. jus Stapulæ, jus cudendi monetam. Hoc Jus Imperator non tantum sine consensu Electorum nemini amplius concedere potest, sed insuper promittit, se istis, qui hoc jure abusi sunt, hoc Privilegium & Regale ademptum esse. *Capit. Leop. art.* 34.

5. IV.

5. IV. Jus investiendi de feudis regalibus &c. *Cap. Leop. art.* 30.

6. V. Jus Vectigalia erigendi. *Capit. Leopold. art.* 21. *Imperator ita promittit.* Wir sollen und wollen auch / insonderheit / dieweil die teutsche Nation und das H. Römische Reich zu Wasser und Land / zum höchsten darmit beschweret / nun hinfüro (jedoch ohnbeschädigt deren / vor diesem von dem mehrentheil des Chur-Fürstlichen Collegii bewilligter Zoll-Concessionen, prorogationen und perpetuationen, sampt dero selben auß der Käyserlichen Reichs-Hoff-Cantzeley / oder auch von dem Churfürstlichen Collegio zwar also geschlossener / aber daselbsten / wegen entzwischen kommenen Käyserlichen Todes-Falls / oder anderer Verhindernüssen / noch nicht außgefertigter respectivè Gutachten Consens-Brief und Diplomaten) keinen Zoll von neuem geben / noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen / auch vor uns selbsten keinen auffrichten / erhöhen oder prorogiren, es seyen dann die Benachbarte und Interessirte Stände und dero erfordertes / auch in gebührende consideration ziehendes Gutachten / vorhero darüber vernommen / und hernacher aller und jeder sieben Chur-Fürsten / Wissen und Willen zu lassen und Collegial-Rath / mit einhelligem Schluß also und derogestalt in diesem Stück vargangen / daß keines Churfür-

sten

ſten Wieder-Red oder diſſens dargegen/ sondern alle und jede dero Collegial-Stimmen einmüthig seyen / massen wir dieses falls die Majora nicht attendiren / auch ohne vorgehende unanimia zu keinem Stand bringen / und den supplicirenden mit seinem Begehren gänzlich hinweg und abweisen ꝛc.

Sic Imperator Ferdinandus II. conſenſu Electorum, Anthonio Gunthero Comiti Oldenburgenſi, anno 1623, die ult. Mart, Novum telonium in Viſurgi fluvio in feudum Imperii conceſſit, & diploma hujus novi vectigalis Cameræ Spirenſi, in vim legis publicæ & pragmaticæ ſanctionis inſinuari fecit, ut impoſterum ſecundum illud pronunciaret. Et Comes 1624. prope Elsfleth ſignum novi telonii in territorio ſuo erigi curavit, ac vectigal exigi juſſit, ut ita quaſi poſſeſſionem novi Juris occuparet. Ferdinandus III. anno 1638. & 1643. Comitibus hoc Jus confirmavit, eoſque de illo inveſtivit; ac ut eo firmius Dominis Comitibus tale jus ſtabiliretur, Inſtrumento Pacis 1647. cum duorum intereſſentium Regum, Daniæ ſcilicet & Sueciæ, conſenſu, illud inſertum; & ita pleniſſime corroboratum eſt. *Vide I. P. art.* 9. Cum autem anno 1649. die 8. Febr. ratificationes Pacis Imperatoris, Regis Sueciæ, & Statuum invicem commutarentur, nomi-

ne

ne Civitatum, Lubeca cum ratificationem exhiberet, ita circa hunc articulum excepit: Weil bewust / daß das Reichstättische Collegium den prætendirten Oldenburgischen Wasser-Zoll / niemahlen approbiret, sondern deßhalben einige declaration und protestation-Schrifft von denen Stadt Cöllnischen Gesandten / als pro tempore Reichsstädtischen Directore eingeliefert / so wolte man sothane declarationem und dissensum in solennissimo hoc actu & conventu hiemit nochmahlen wiederholet / benebenst feyerlich contestiret haben / daß durch die extradirende Reichsstädtische ratificationes man davon keines weges abgewichen / noch erwehntes Zolls insertionem darunter begriffen / wenigers aber zu selbiger guaranda sich einiger massen verstanden oder verbunden haben wolte / de eo semel pro semper protestando.

Ad hæc Imperii directorium ita respondit, daß man dergleichen Exception nicht geständig seyn könne / es were einmahl eine verglichene Sache / auch bey der subscription nicht wiedersprochen / dannenhero es nochmahlen dabey gelassen werden solte. Civitates deinde declarationis illius, quam Moguntinus a Coloniensium Legato recipere recusarat, contenta publice repetierunt, eamque publicis actis inseri petierunt: id quod tamen Moguntinus constanter

ſtanter negavit. *Vid. Theatr. Europ. Tom. 6. p.* 656.

Exactioni hujus vectigalis Bremenſes ſe ſemper ſumma vi & animorum contentione oppoſuerunt, prætendentes: Civitati a quingentis & amplius annis competere privilegium protegendi, ac defendendi Stratam regiam Weſeram ex utraque parte litoris, a Civitate uſque ad ſalſum mare, nec non mercatores, cum ſuis navibus & mercimoniis Civitatem adeuntes, & ab ea recedentes, conducendi, neque Comiti competere jus ea, quæ telonium in Inſtrumento Pacis ſibi confirmatum non reſpiciunt, exercendi in aliena jurisdictione, ſed ſolummodo in ſuo territorio, & hinc in conceſſione ſemper hanc ſubintelligi conditionem, ſi ipſius in Viſurgi aliqua Juriſdictio eſſet.

Quum autem, ut dictum, Comiti in Inſtrumento Pacis telonium illud plene eſſet confirmatum, Imperator 1650. Civitati mandatum paritorium miſit, ad quod cum exciperet, declarationemque ulteriorem peteret, & interea temporis in quaſi Poſſeſſione Juris ſui ſe armis defenderet; tandem anno 1652, die 12. Octobr. Pragæ in bannum declarata, eique pœna 200. marcarum puri auri adjudicata eſt. Publicatio banni a Cæſareo Heroldo,

Dn.

Dn. Joanne Carolo Oelman die 20. Decembr. St. vet. facta, ante civitatem, sub dio patente atque libero cœlo. Ist / ut habent verba, aus dem Frieden in Unfrieden gesetzet / und ihr Leib / Haab und Guth dem beklagten Theil und männiglich erlaubet worden: postea Ratisbonæ anno 1653. die 18. Septembr. rursus fuit a banno absoluta, sub cautione, de non amplius Comitem in exactione vectigalis turbando.

7. Non tantum Imperatori & Electoribus jus instituendi nova Vectigalia commune est: sed etiam jus concedendi immunitatem, a vectigalibus Electorum ad Rhenum, *vide Capit. Leopold. art.* 25.

8. Ad Jura, Electoribus cum Imperatore de facto communia, refertur *primo*, quod Imperator & EE. hactenus tantum faciunt pacta Capitulationum, quæ tamen, cum postea fiant respectu Statuum lex Imperii universalis & fundamentalis, secundum Instrumenti Pacis dispositionem, fieri deberent ab Imperatore & omnibus Statibus simul. *Secundo* Jus belli & ea quæ huc pertinent. *Tertio* Ius fœderum. *Quarto* Jus declarandi unum vel alterum Statum Imperii in bannum, cum tamen in Comitiis novus, declarandi unum vel alterum Statum Imperii in bannum, modus

dus fieri debeat, cumque hoc in summum reliquorum Imperii ordinum vergat præjudicium. Gleich als käme dem Käyser und den Churfürsten allein zu / über derselben Leib / Leben / Haab und Guth in puncto banni zu judiciren uud zu erkennen / *vide Author.* der Grundfeste. *p.* 275.

9. Est enim bannum judicialis censura, qua violatoribus Pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita, ut a nemine in Clientelam recipi, & tam in rebus, quam in persona, ab omnibus offendi queant.

Seind derowegen die banniti so frey als der Vogel in der Lufft: unde & Vogelfreye dicuntur, *in Ord. Cam. part.* 2 .*tit.* 10. §. Und wo es deßhalben.

10. Tale bannum in Imperiali Camera adversus Seculares, sub dio; adversus Ecclesiasticos in ipso consistorio sedente judice pro tribunali evibratur. *Vide Blum. de Proceß. Cam. t.* 29. *n.* 186. & *seq.*

11. Terribilis est illa banni proclamatio, quæ olim usitata fuit, ubi inter cætera, verba ita habebant: Wir theilen deine Würthin zu einer wissenhafften Wittwen / und deine Kinder zu ehehafftigen Wäysen / deine Lehen dem Herrn / vom deme sie zu Lehen rühren / dein Erb und Eigen deinen Kindern / deinen Leib und de in Fleisch den

Thieren in den Wäldern / den Vögeln in den Lüfften / und den Fischen in den Wassern / wir erlauben dich auch männiglich auff allen Strassen / und wo ein jeglich Mann Fried und Gleith hat / da solt du keines haben / und wir weisen dich die vier Strassen der Welt / in dem Nahmen des Teuffels / *Goldast. tom.* 1. der Reichs-Satz. *p.* 238.

12. Cum itaque declaratio in bannum esset res tanti momenti, & Electores contra dispositionem Instrumenti Pacis sibi solis eam cum Cæsare communem facerent in Capitulatione. *Vide Capit. Leopoldi art.* 28. Principes & reliqui Status Imperii contra protestati sunt, & hunc articulum secundum dispositionem Instrumenti Pacis ad omnium Statuum consensum merito restringi voluerunt.

13. *Quinto* Jus confirmandi Ordinationem judicii Aulici, cum tamen secundum Instrumentum Pacis, ab omnibus Statibus Imperii huic Judicio processus, partim præscriptus sit, partim adhuc præscribi debeat. *Vid. Capit. Leop. art.* 41. *junct. J. P. art.* 5.

14. *Sexto* videtur & dici posse, ut Imperator alicui Principi, qui satisfecit iis, quæ requiruntur in ultimo Recessu Imperii, de anno 1654. *§. pen.* possit votum & sessionem in Comitiis procurare, sufficere, si Electores consentiant cum collegio,

gio, in quo votum & sessionem petit, verba Capitulationis hæc sunt: Niemand aber von den neu erhöheten Fürsten / Grafen / und Herren dem Fürstlichen Collegio, es seye gleich auff selbigen oder der Grafen Bancken / ad sessionem & votum wieder deroselben Willen auffdringen / sie haben sich dann darzu mit Fürstenmässigen und Gräflichen Reichs-Gütern vorhero gnugsam qualificiret und zu einer standswürdigen Steuer / in einem gewissen Krayß / eingelassen und verbunden / und über solches alles / neben dem Churfürstlichen / auch das jenige collegium oder Banck / darein sie auffgenommen werden sollen / vorhero gnugsam gehöret worden. *Capit. Leopold. art.* 44. *prope fin.* cum tamen, secundum dictum Recessum, omnes Status consentire debeant.

TIT. V.

De Juribus Imperii dependentibus, seu de Juribus non Majestaticis in genere.

Hactenus Majestatem Imperii nostri, vel Imperatori soli, vel conjunctim cum aliis competere ostendimus; consequens est, ut ad Jura Imperii dependentia progrediamur.

1. Jura Imperii dependentia, seu non Majestatica sunt jura seu Privilegia, uni vel pluribus Imperii civibus, ab Imperatore, vel ab Imperatore & Imperii Statibus, in suam & Imperii utilitatem concessa.

2. Hæc Jura sunt propria uni, vel communia pluribus.

3. Jura propria uni, vel sunt ea Jura, quæ competunt Regi Romanorum, vel quæ competunt singulis Imperii Statibus.

4. Communia Jura sunt, quæ competunt vel aliquibus, vel quæ competunt omnibus Statibus Imperii.

Ea jura, quæ competunt aliquibus, sunt *primo*, Jura Vicariorum, *secundo*, Jura quæ competunt vel omnibus Electoribus, & Secularibus, & Ecclesiasticis: vel quæ competunt Ecclesiasticis tantum, vel quæ competunt Secularibus tum.

5. Ea Jura quæ competunt omnibus Statibus Imperii, sunt Jura superioritatis territorialis.

TIT.

TIT. VI.

De Juribus Regis Romanorum.

Ad Jura dependentia, seu non Majestatica uni competentia, referuntur Jura Regis Romanorum.

1. *I.* Rex Romanorum Jus habet, ut vivo Imperatore & sit & dicatur Caput Imperii, scilicet Vicarium sive Secundarium. R. A. *de anno* 1555. §. Und im Fall Kayserliche Majestät.

Der Römische König ist nach dem Kayser das oberste Haupt im Reich / ait Carolus V. *in literis datis die* 9. *Junii, ad Commissarios suos Augustam. ad Comitia anno* 1555. *destinatos. Vide Limn in Not. ad Cap. Max. II. art.* 8. *vers.* In Unser und des H. Reichs Stadt.

2. *II.* Ut absente & impedito Imperatore Imperium regat, & Jura Imperatoria exerceat. R. A. 1555. §. Und sollen im oberzehl: *ibi*, die Kayserl. Majest. oder in deren Abwesen auß dem Reich / Uns ihres Vorhabens ꝛc. Si scilicet Elector Palatinus consentiat; hic enim alias ex antiquiore Privilegio, de quo supra egimus *in tit. de Vicariis*, habet Jus administrandi Imperium in casu absentiæ Imperatoris.

3. Dum administrat quædam in Imperio, vivo Imperatore, ea facit non authoritate propria, sed ex potestate aliena, ut constat ex Capitulationibus Regum Romanorum: wir sollen und wollen Uns auch keiner Regierung und administration im heiligen Römischen Reich weiters oder anderst unterziehen / dann so viel Uns dessen von Käyserlicher Majestät vergönnet und zugelassen wird; auch Ihrer Kayserlichen Majestät die Zeit ihres Lebens / an ihrer Hoheit und Würden des Kayserthumbs keine Irrung noch Eintrag thun. *Vide Capitul. Ferd. IV. art.* 47.

Nec obstat Reichs Abschied *de anno* 1541. §. So hat dem allein nach *&c.* 3. *ibi*, an statt und im Nahmen Ihrer Kayserlichen Majestät und für Uns selbst. Reichs Abschied *de anno* 1555. §. so sich dann / 65. Nam si quid Rex Romanorum, sive perpetuo, sive ad tempus, nomine Imperatoris administret, id suo quidem etiam jure agere dicitur; non quod illud jam revera habeat, sed quod certo se habiturum speret. Sicut liberi, propter spem certam, vivo quoque Patre, bonorum paternorum quodammodo Domini existimantur. Et hæc comparatio eo magis hic procedit, quod Rex Romanorum.

4. *III.* Imperatoris non minus, ac liberi

beri Parentum ; indubitatus in Imperio sit Successor. R. A. 1559. *in pr.* Im Fall der Entledigung des Käyserthumbs ein unzweiffentlicher rechter *Successor* und erwehlter Röm. Käyser.

5. *IV.* Propterea etiam interdum Majestas ipsi attribuitur. R. A. zu Augspurg / *de anno* 1548. *in pr. subscriptionum*, *ibi.* Römischer Königlicher Mayestät Cammerer / *vide Limn. in Not. ad Capit. Max. II. art.* 18. *ad Cap. Rudolp. II. art.* 32. *verb.* Von Kayserlichen Majestät.

6. *V.* Nobilium dignitatum titulos confert. R. A. 1548. §. Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung : *ibi.* Daß die Grafen und Herren / so kürtzlich ihre dignitäten erlanget / solten in recognitionem præeminentiæ, so sie von uns und unserm freundlichen lieben Bruder / dem Römischen Könige / empfangen.

7. *VI.* Confirmat Academias *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 3. §. Deßgleichen.

8. *VII.* Banno Imperiali noxios subjicit, Kayserlicher Land-Frieden zu Augspurg auffgerichtet, *anno* 1548. *tit.* Von auffgerichtetem Land-Frieden / §. und ob jemand.

Bannum suspendit, R. A. zu Speyer / *de anno* 1544. §. und sollen die Goßlarischen.

Bannum mutat in mulctam, Kayserl. Land-

Land-Fried / *tit.* Von Gewalt des Cammer-Gerichts.

A banno absolvit, R. A. zu Speyer / 1542. §. die Käyserliche Majestät und wir. Quæ omnia videntur ad casum absentiæ referenda esse, *vide Lim. in Not. ad art.* 2. *Cap. Ferdin. I. verbo*: auch vor Uns selbst. Quid alias circa banni fulmen in novissimis Recessibus sit constitutum, supra diximus.

9. Ad Jura ipsius præterea refertur *octavo*, quod in insigniis suis aquilam simplicem habeat.

10. *Nono*, quod secundum quosdam Augustus dicatur; in Recessu tamen Imperii Spirens. de anno 1542. & 1543. Ferd. I. se dixit, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs.

TIT. VII.

De Juribus Vicariorum Imperii.

Ad Jura quibusdam propria referuntur jura, quæ Imperii Vicariis conceduntur in *A. B. t.* 5.

1. 1. Jus exercendi judicia: & hinc est, quod in Camera, tempore interregni, Vicariorum nomine atque sigillo peragenda peragantur. Sed quia Cameræ sedes est in partibus Rheni, videtur dicen-

dicendum, Processus, qui decernuntur in hoc judicio, decernendos esse tantum Electoris Palatini nomine, *per ea, quæ supra diximus in titulo de Vicariis Imperii.*

Id quod & Patrum nostrorum memoria ita observatum est, & Palatinus solus in Camera Imperiali, sciente Saxone, etiam in Saxoniæ subjectos, judicium exercuit, idque a Carolo v. confirmatum est. *Arum. disc. de jur. publ. tom.* 3. *Disc.* 1. *th.* 52 Verum observantiæ observantia opponi potest, & quidem recentior veteri: post mortem enim Rudolphi II. nec non Mathiæ, Camera ea, quæ erant suæ jurisdictionis, exercuit, non tantum unius Palatini, sed conjuncto cum Saxonis nomine atque sigillo.

Et si A. B. verba sequimur, illa hujus rei expressam decisionem nobis suppeditare non potest: quippe cum Judicium Camerale diu post A. B. cœperit; interim tamen, licet assignet Electori Palatino tractum Rheni, tamen, cum in hoc Judicio non tantum causæ earum Provinciarum, ubi jus Franconicum, sed etiam earum, ubi Jus Saxonicum in usu est, decidantur, merito utrique Palatino provisionem hujus judicii tribuimus. *Limn. I.P. l.* 3. *c.* 12. *n.* 50. *seqq.*

 2. An

in feudo regali: E. etiam non possunt id quod majus est, scilicet, non possunt judicare de feudo.

3. II. Vicarii potestatem habent ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, Gottes Gab zu verleyhen: id quod tit. de precibus primariis, dictum est.

Hoc jus ad eum modum exercent, quo modo illud exercet Imperator, scilicet, secundum dispositionem Instrumenti Pacis, *art.* 5. §. 5.

4. III. Habent potestatem recolligendi reditus & proventus, des Reichs Rent und Nutzen einzusamlen: cum hic fiat tantum collectionis mentio, recte inde infertur, Vicarios eosdem pro opera sua non lucrari, sed gratis operam suam Imperio exhibere.

5. IV. Habent potestatem investiendi de feudis, & juramenta fidelitatis, vice & nomine sacri Imperii recipiendi: scilicet, si mortuo Vasallo, vel filio, vel in feudo successore, durante vicariatu, annus petendæ investituræ præfinitus ad finem decurreret.

Excipiuntur feuda duntaxat Principum, quæ vulgo Fahnen-Lehen appellantur, horum enim investituram & collationem Aurea Bulla soli Imperatori vel Regi Romanorum reservat.

6. Hic quæritur, quando tempus petendæ investituræ annuum, etiam in Feudis Principum, durante vicariatu, exspiraret, annon eo casu, ne feudi subeant jacturam, Principes in vestituram a Vicariis petere possint? alii hoc fieri posse affirmant, *per R. I. Wormatiæ de anno* 1521. §. Und behalten uns bevor. Verum dictus Recessus loquitur de casu absentiæ Imperatoris, & ad mandatum Imperatoris investituram horum feudorum, etiam principalium, fieri posse concedit: quod ad casum mortis trahendum non est, de quo tantum loquitur A. B. & investituram horum feudorum Imperatori reservat; nec periculum est, quod durante tempore interregni amittant feudum; quia tempus petendæ investituræ tamdiu non currit, quamdiu quis sine culpa sua investituram petere impeditur per ea, quæ supra diximus.

7. An A. B. loquatur etiam de feudis, quæ per vexillum conferri solent, & vulgo Scepter-Lehen vocantur, quærere solent DD? nos affirmamus quæstionem: quia licet, si verbis inhæreamus, hæc feuda non sint Fahnen-Lehen; comprehenduntur tamen sub Principum, quæ verba etiam habentur in textu A. B: quo accedit, quod, licet hæc feuda non conferantur mit dem Fahnen / tamen sceptrum

sit æquivalens vexillo, ut alibi ensis & hasta. Imo hodie omnia feuda, tam ecclesiastica quam secularia conferuntur per ensem: *de quo supra.*

8. v. Jus passivum, seu potius restrictio juris Vicariorum est, quod Vicarii nullas res Imperii alienare seu obligare tempore Vicariatus possint. Versio Germanica A. B. discrepat aliquo modo a latino exemplari, verba germanicæ versionis hæc sunt: Und derselb Pfaltzgraf hat auß Käyserlicher Güte zu verbieten alle Veräusserung und Verpfandung der Güther / so zum Reich gehören / Zeit seiner Verwesung.

9. Ex his juribus in A. B. Vicariis concessis quidam generalem formant conclusionem; Vicarios omnino omnia peragere posse, quæ ipsemet Imperator, nisi quod specialiter ipsis reperiatur prohibitum: & hinc eos equites creare, moratorias inducias concedere, delinquentibus gratiam facere, natalibus restituere posse, contendunt.

Primo, quia Carolus quædam in A. B. excepit, quæ facere non possunt, ergo reliqua omnia ipsis concessit. *Secundo*, quia dicuntur Vicarii generales, in privilegio Caroli IV. anno 1375. his Vicariis dato, ibi: Daß sie gemeine Vicarien des Reichs gewesen seind und noch seyn sollen.

Alii negant, eosque tantum jura in A.B. expressa exercere posse, existimant. *Primo*, quia A. B. ita dicit, Palatinum esse vacantis Imperii provisorem, cum potestate judicia exercendi &c. Si enim generalem haberet potestatem Imperator tam anxie non determinasset hanc potestatem; enumeratione jurium Palatino & Saxoni competentium. *Secundo*, quia Imperator ipsis prohibet alienationem, si autem eadem ipsorum esset potestas, quæ est Imperatoris, hac prohibitione opus non fuisset: nam Imperator alienare nihil potest. Ad argumentum primum affirmantium respondent, exceptionem fieri, non a potestate generaliter ipsis concessa, sed ab uno jure ipsis concesso; & hinc etiam recte sequitur, in illo jure, unde non fit exceptio, ipsos habere liberam administrandi facultatem. Ad secundum hos Vicarios dici generales, ratione territorii, non ratione potestatis. Argumenta negantium, licet forte non sint exceptione majora, nihilominus tamen legibus Imperii aliis hæc opinio videtur esse conformior, potissimum, si consideremus jura Electoribus in A. B. & alibi concessa, quæ non minus Imperii curam & salutem ipsis, quam Imperii Vicariis commendant. Non incommode hic videntur

dentur posse referri verba capitulationis Ferdin. IV. *art.* 36. ad probandam restrictam Vicariorum administrandi potestatem, *ibi:* ohne eines regierenden Käysers Consens vorzunehmen / auch den Vicariis, wie von Alters hero auff sie kommen / die güldene Bull / alte Rechte und andere Gesetz oder Freyheiten vermögen; so es zu Fällen kommen / und die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern würde / auch bey ihrem gesonderten Rath / in Sachen das H. Reich belangend / geruhiglich bleiben / und gantz unbedrangt lassen / auch nicht nachgeben / daß die Vicariaten / und deren jura, sampt was denselben anhängig / von jemand disputiret / oder bestritten werde: si enim Vicarii in A.B. accepissent liberrimam administrandi facultatem, cur jura in A.B. ipsis concessa opponerentur juribus in aliis legibus Imperii fundamentalibus ipsis concessis; cur jura ipsorum ad certos casus, *ibi:* so es zu Fällen kommen / restringerentur: cur jurium ipsis competentium, & eorum quæ connexa sunt, fieret mentio, si omnia jura haberent.

TIT. VIII.

De Juribus, quæ Electoribus omnibus competunt.

Subjungemus hic, primo, enumerationem jurium ex Scripto inedito BB. *quod Bæcler. in Not. Imper. exhibet lib. 6. c. 2.*

Secundo, referemus ea tantum, quæ in A. B. ipsis a Carolo IV. tribuuntur.

1. Scripti verba hæc sunt: quæ propria sunt Electorum, jure præcipui & loco eximii ipsis competentia, debitaque comprehenduntur A. B. & usu continente ac interrupto, cui accedit succedanea legum, decretorum & recessuum Imperii ordinatio; supra quam quisquam aliorum ordinum habet, sive lege, sive moribus, sive usu.

2. Singillatim autem eximia sunt, 1. Quod semper totale, formale, solenne, indivisum, impermixtum, legale & perpetuum, per se subsistens, proprium & singulare corpus, & collegium, tam in Conventibus Imperii omnibus, quam omni reliquo tempore, extra Comitia; & ad omnia negotia expedienda habent.

2. II.

II. 3. Huic innixum ſtabile & efficax pactum unionis eſt.

III. 4. Quod jus habent, quot annis & annis quoties volunt, ſe congregandi.

IV. 5. Quod jus habent ſoli, Comitia Cæſari ſuadere, aut conſentire; etiam in noviſſimo Receſſu Imperii 1654. §. 192. Hippolitus a Lapide addit: ſi Cæſar Comitia habere nolit, aut differat, Electores poſſe Comitia indicere. Alii, non exiſtente Cæſare, aut in interregno medio, Electores poſſe Comitia indicere & celebrare.

V. 6. Quod rerum maximarum, vel inter ſe, vel cum Cæſare, præconſultationem, minorum etiam definitionem facere poſſunt.

VI. 7. Quod octo ſuffragia tantidem ſunt, quanti in univerſo Imperii Senatu fere dimidia ordinum pars valere poteſt.

VII. 8. Quod per A. B. Regibus pares dicuntur; & accedente legibus uſu Reges & Reſp. liberæ eos tractant pro Celſitudinibus & Serenitatibus & Souverainis Dominis; Legatos eorum pro excellentibus. *Vide de hac controverſia, ea quæ ſcripſimus infra cap.* 13. *&* *Annotata* über die fürgefallens *quæſtion: ob* unſers Reichs-Fürſten befugt *Ambaſſadeurs* zu ſchi-

schicken unter / eines fürnehmen *Ministri* schrifften gefunden und gedruckt 1681. Ipse Cæsar solis eorum Legatis regias dignitates, libertates, pompas, operiendi caput, considendi &c. indulget: quare olim EE. non aliter affabantur Reges, quam vocamine dignitatis regalis neminem Majestatis titulo, præter Cæsarem, compellantes.

VIII. 9. Quod in Camera Electorum singuli jus habent præsentandi duos Assessores: cum alias integri circuli non nisi totidem constituant.

IX. 10. Quod Electores in Imperii ordinariis deputationibus integrum & reale separatumque collegium constituunt: cum deputati Principes, & Status omnes junctim non nisi unam curiam efficiant.

X. 11. Quod soli EE. separatim habent aliquid juris nomothetici, i. e. possunt legem pragmaticam condere, sive capitulationem, non electum tantum Imperatorem, sed omnes Status ligaturam.

XI. 12. Quod possunt creare Cæsarem soli, & jure independente.

XII. 13. Quod inter collegia in Comitiis principem locum, ordinis auctoritatisque ten ent.

XIII. 14. Quod titulis amplissimis & majesta-

jestatis pleuissimis, etiam in A. B. ornantur.

XIV. 15. Quod Electoralis eminentia Regibus quoque controversiam de loco facit: nec Cardinalibus nec Archiducibus cedunt; nam de Regum Legatis res est manifesta.

XV. 16. Possunt Cæsarem deponere.

XVI. 17. Quod Cæsar multa non potest facere sine consensu Electorum, e. g. fœdera facere, collectas imperare, vectigalia concedere, & jus cudendi monetam.

XVII. 18. Quod pro investituris & confirmationibus jurium suorum nihil solvunt in aula.

XVIII. 19. Quod Electoratus integri & indivisi manent, tam Ecclesiastici quam Seculares: idque pro visu legis. Qua in re alii primogenitura, aliisque remediis opus habent.

XIX. 20. Quod in curia Cæsaris & coram ipso Cæsare EE. habent suos Baldachinos sive Uraniscos, aut cœlum portatile.

XX. 21. Gerunt officia soli, realem Reip. gubernationem spectantia, e. g. Archicancellariatus & Vicariatus.

XXI. 22. Quod soli EE. cum Cæsare prandent & cœnant in publico, in sua quisque mensa, pompatico paratu instructus;

&

& eadem exactitudine: cum cæteri Principes uni mensæ accumbant, aut astantes spectant.

XXII. 23. Quod adversus est crimen majestatis committitur.

XXIII. 24. Quod dignitas electoralis est transmissibilis ad Successores.

XXIV. 25. Quod Electoratus a ditione dependet. in A.B. c.7.

XXV. 26. Quod difficulter & deponitur Elector, & constituitur. Quare Maximilian. I. non potuit Archi-Duces Austriæ EE. facere.

XXVI. 27. Quod cognati ab Imperatore vocantur. Hactenus schedæ BB.

28. Quam plurima autem jura, Electoribus tanquam præcipua hic adscripta, partim in dubium vocari ab aliis Statibus, partim aliter omnino se habere, partim confusa esse, constat tum ex iis, quæ supra diximus, tum ex iis, quæ adhuc dicenda erunt infra.

29. Jura Electoribus præcipua in A. B. recensentur hæc.

Primo vocantur decus Imperii, Illustres Principes Electores, per quos cepit, & in quibus consistit Imperatoriæ gloriæ celsitudo: Columnæ & latera Imperii. *A. B. cap. ult.* §. 4. *c.* 24. §. 1. Palmites Imperiales: septem candelabra lucentia in unitate Spiritus septiformis *A. B. in pr.* columnæ, quæ sacrum ædificium circumspectæ

ſpectæ prudentiæ pietate ſuſtentant, *c.* 3. §. 1. Membra corporis Imperatoris, oberſte und aller nåheſte Glieder des H. Reichs, *A. B. cap.* 24. ubi etiam de crimine læſæ Majeſtatis, quod in ipſos committitur.

II. In celebratione curiæ Imperialis, eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus alius Princeps, cujuſcunque Status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, Electoribus nullatenus præfertur *A. B. cap.* 1. Imperatorem ſoli eligunt, ſolennitatibus in *c.* 2. *A. B.* præſcriptis: prudentia conſilioque ſuo Cæſari adſunt: Providentia ſua orbi fluctuanti ſubveniunt, *cap.* 7. *&* 2. *A. B. in prin.* Cæſareæ ſublimitati adſiſtunt, tanquam in partem ſolicitudinis conſtituti. *A. B. c.* 30. *in prin.*

III. Electoribus conceditur, auri & argenti fodinas, atque mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuſcunque generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas, quam inveniendas, tenere, jure & legitime poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excluſo, prout poſſunt ſeu conſueverunt, talia poſſideri. *A. B. c.* 9. Hodie & alii quidam Status hoc jure gaudent: *Limn. I. P. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. Iiſdem tribuitur poteſtas recipiendi Judæos, *dict. c.* 9. §. 2. quæ poteſtas itidem

dem hodie omnibus aliis, regalia habentibus, tribuitur, Reformation guter Policey zu Augspurg / *anno* 1548. *titul.* von Juden und ihrem Wucher. *ibi*, das hinführo ꝛc. Policey-Ordnung zu Franckfurth *anno* 1577. gebessert. Teloniorum de præterito indictorum perceptio, quæ alioquin ad Imperatorem spectabat, concessa est & communicata Electoribus, *dict. cap.* 9. §. 2. Itidem regale habent, cudendi monetam auream & argenteam. *cap.* 10. *A.B.*

Hodie nostro in Imperio, non tantum Electoribus, verum etiam inferioris ordinis Statibus, fere indistinctim, jus monetandi est concessum. Quomodo tamen facultas concedendi jus monetandi, in Imperatore nostro sit restricta per capitulationem supra dictum est.

IV. Porro ad dignitatem Electorum pertinet, ut iis a quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac aliis personis, quascunque terras, castra, possessiones, prædia sive bona liceat emere, comparare, seu in donum, vel donationam, ex quacunque causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum, seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria comparentur ut propria, libera velut libera, & ea, quæ dependent in feudum, similiter

ter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur, *dict. c.* 10. *A.B.*

V. Item, ut nemini Electorum subditos pro quacunque causa ad quod cunque tribunal extraneum evocare liceat. *Cap.* 11. *in pr. & fin. A.B.* nec a sententiis Electorum detur provocatio. *de cap.* 11. Credidit enim Imperator, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse, pro sapientia ac jure dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus. *L. un. D. de off. præf. prætor.*

VI. Item, possunt celebrare conventus, in utilitatem Imperii, *c.* 2. *A.B.*

VII. Item, dum feuda sua, sive regalia, ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt, ad dandum vel solvendum aliquid, nulli penitus sunt adstricti, *c.* 29. *A.B.*

30. Sunt præterea, ut ex superiori scheda videre licet, multa alia jura præcipua, Electoribus competentia, sub limitatione tamen ibi adjecta: quo refertur quoque Unio, quæ inter sex Electores (Bohemus enim ea non comprehenditur) jam olim contracta, huc usque duravit. Hujus mentio fit in capitulationibus cæsareis, nomine der Rheinischen Verein. *Cap. Leopold. art.* 6. quia Wormatiæ ad Rhenum facta est, anno 1521. Exhibet eam Gol-

Goldastus in politischen Reichs-Händeln/ *part.* 8. *c.* 3.

31. Duplex autem est unio Electoralis, una generalis, de qua modo dictum; altera particularis, quatuor Electorum Rhenensium, instituta Vesaliæ ad Rhenum anno 1519. *vide Goldast. de regn. Bohem. c.* 7.

TIT. IX.

De Juribus, Electoribus Ecclesiasticis competentibus.

1. Primo, quilibet Electorum Ecclesiasticorum est, & dicitur Archi-Cancellarius; de quo supra dictum est.

2. Secundo, eosdem Imperator nomine nepotum, unsere liebe Neven und Churfürsten salutat, ratio hujus nominis omnino obscura est, & fere ignota.

3. Rationem appellationis quidam hanc assignant; quemadmodum nepos ex fratre nobis dicitur, qui fratris est filius, nepos ex sorore, qui sororis nostræ filius existit; eodem sensu, ab Imperatore vel Imperio, cujus soror dicitur Ecclesia, hujus autem creaturæ & filii quadantenus EE. Ecclesiastici. nepotum nomine iidem compellantur. *Limn. l.* 3. *I. P. c.* 3. *n.* 36.

Ti-

Titulus hic circiter Ruperti tempora & post latam auream Bullam cepit, *vide Lehm. lib. 7. c. 75.*

Non tamen postea semper fuit observatus ab Imperatoribus. *Vide* Ordnung des Regiments *de anno* 1500. *tit.* Verbindung der Königlichen Majestät und der Reichs-Stände.

3. Item EE. Ecclesiastici habent jus votandi, eligendique, licet nondum a Pontifice pallium susceperint, nec infulati aut confirmati fuerint: quia hæc omnia ipsis competunt, non ut personis Ecclesiasticis, sed ut Imperii Germanici Principibus. Ita Wichwoldus, Electus Archi-Episcopus Coloniensis, tempore Alberti electioni ejus interfuit, ante confirmationem Pontificis. *Crusius Annal. Suev. l. 3. p. 3. c.* 14. & anno 1611. Archi-Episcopus Coloniensis, ante confirmationem Pontificis, ad collegium Electorale admissus est.

4. Item, si EE. Ecclesiastici contra Imperatorem vel Imperium aliquid committant, regalibus quidem, quæ ab Imperio tenent, privantur, non vero eodem modo pœna banni afficiuntur, ut Seculares. De quo supra dictum est.

TIT.

Goldastus in politischen Reichs-Händeln/ *part.* 8. *c.* 3.

31. Duplex autem est unio Electoralis, una generalis, de qua modo dictum; altera particularis, quatuor Electorum Rhenensium, instituta Vesaliæ ad Rhenum anno 1519. *vide Goldast. de regn. Bohem. c.* 7.

TIT. IX.

De Juribus, Electoribus Ecclesiasticis competentibus.

1. Primo, quilibet Electorum Ecclesiasticorum est, & dicitur Archi-Cancellarius; de quo supra dictum est.

2. Secundo, eosdem Imperator nomine nepotum, unsere liebe Neven und Churfürsten salutat, ratio hujus nominis omnino obscura est, & fere ignota.

3. Rationem appellationis quidam hanc assignant; quemadmodum nepos ex fratre nobis dicitur, qui fratris est filius, nepos ex sorore, qui sororis nostræ filius existit; eodem sensu, ab Imperatore vel Imperio, cujus soror dicitur Ecclesia, hujus autem creaturæ & filii quadantenus EE. Ecclesiastici, nepotum nomine iidem compellantur. *Limn. l.* 3. *I. P. c.* 3. *n.* 36.

Ti-

Titulus hic circiter Ruperti tempora & post latam auream Bullam cepit, *vide Lehm. lib. 7. c. 75.*

Non tamen postea semper fuit observatus ab Imperatoribus. *Vide* Ordnung des Regiments *de anno* 1500. *tit.* Verbindung der Königlichen Majestät und der Reichs-Stände.

3. Item EE. Ecclesiastici habent jus votandi, eligendique, licet nondum a Pontifice pallium susceperint, nec infulati aut confirmati fuerint: quia hæc omnia ipsis competunt, non ut personis Ecclesiasticis, sed ut Imperii Germanici Principibus. Ita Wichwoldus, Electus Archi-Episcopus Coloniensis, tempore Alberti electioni ejus interfuit, ante confirmationem Pontificis. *Crusius Annal. Suev. l.* 3. *p.* 3. *c.* 14. & anno 1611. Archi-Episcopus Coloniensis, ante confirmationem Pontificis, ad collegium Electorale admissus est.

4. Item, si E.E. Ecclesiastici contra Imperatorem vel Imperium aliquid committant, regalibus quidem, quæ ab Imperio tenent, privantur, non vero eodem modo pœna banni afficiuntur, ut Seculares. De quo supra dictum est.

TIT.

TIT. X.

De Juribus, singulis Electoribus Ecclesiasticis competentibus.

Jura & privilegia, Moguntino competentia, schedæ Illustrissimi Baronis Bœneburgii ita enarrant. Primo habet primum Electoratum, cui nemo controversiam facit, ne Rex quidem Bohemiæ. Secundo in electione omnes fere præeminentias habet: dum & dirigit electionem juxta præscriptionem A. B. & totius collegii electoralis Decanus est. Maximilianus I. Imperator in diplomate 1498. appellat eum obristen Churfürsten: solus habet jus, Coelectores collegas suos convocandi, diemque edicendi, tum ad electorium actum, tum ad diætas electorales & collegiales; jus jurandum reliquorum, excipiendi, proponendi; suffragia colligendi, concludendi, decretum Electionis pronunciandi. Tertio capitulationem conficit, sive ex votorum pluralitate præscribit atque dirigit.

Huc adduntur alia: ut Archi-Cancellariatus primarius, cujus virtute est Archi-Cancellarius unus & solus effective. Nam Coloniensis & Trevirensis titulos

tan-

tantum gerunt. Atque jure hujus Archi-Cancellariatus per Germaniam (imo in effectu, per omne, quod est ditionis Imperii.)

Primo, subscribit & subsignat vel Ipse, vel per suum Imperii Vice-Cancellarium, decreta Imperatoris & Imperii, in Comitiis & Conventibus, extraque Conventus, tum alia Imperii nomine publicanda.

Secundo, Sigilla Imperatoria asservat, omnium actorum, chartarum, archivi, matriculæ, monumentorum & documentorum variorum depositarius & custos est; ut etiam expeditionem Italicarum rerum per Vice-Cancellarium administret.

Tertio, Directorium habet in Imperii Comitiis aliisque Conventibus, omni tempore locoque, secundus a Cæsare.

Quarto, Solus in aula Cæsarea ministrum ac Vicarium, sive Vice-Cancellarium habet, sibi quoque, non tantum Cæsari, sacramenti religione obstrictum: qua de re extat privilegium Maximil. I. de anno 1509. sed & cæteri, ad Cancellariatus Imperii procurationem destinati ministri a Moguntino constituuntur, ipsique, post Cæsarem juramento obstringuntur, & salariis e taxa Imperiali su-

sustentantur, quam regit Moguntinus.

5. Solus Deputationem Ordinariam, anno 1555. institutam, convocat, proponitque.

6. Solus omni tempore extra conventus ab Imperatore literas accipit, per quas die Churfürstliche Gutachten eingefordert und eingeholet werden.

7. Solus loquitur in propositione comitiali, & Cæsari respondet, nomine Electorum & Statuum.

8. Est protector & director postæ Imperialis.

9. Solius Moguntini ministris secretioribus debetur immunitas a solutione vectigalis literarum.

10. Solus est außschreibender Churfürst / und director im Chur-Rheinischen Craiß.

11. Tempore interregni cum Vicariis Reip. invigilat præcipue.

12. Cancellariam in Camera regit, ac officialibus ministrisque instruit, *sicut patet ex literis Cardinalis Alberti Moguntini ad Cæsarem Carol. V. & ex actis institutæ Cameræ; tum ex confirmationibus Maximiliani I. & Caroli V.* des Ertz-Cantzlers Ambts-Würde. *Addatur Recessus Norimbergensis* 1523. §. *item* hat auch: solus Cameram visitat &c. in ea ultimum votum

votum habet, curias camerales dirigit, Præſidum abſentium vices ſupplet, in viſitationibus Cameræ ipſe perpetuus eſt, cum reliqui viſitatores mutentur.

13. Soli Moguntino Legati Electorum, Principum & Ordinum Imperii, omneſque Deputati, in Comitiis aliiſque Conventibus ſe ſiſtunt, mandata & credentiales offerunt, & de ſuper teſtationes expetunt: diſceſſuri ante finitum conventum veniam petunt.

14. Huic etiam exteri Legati & Reſidentes Agenteſque, ſuas res primum exponunt.

15. Expedit ſolus in Cancellaria acta, atteſtata & alia momentoſa pro Imperio.

16. Coram ipſo ſolo reſervationes, proteſtationes, denuntiationes, requiſitiones, & ejuſmodi alia fiunt: quemadmodum ſoli quoque Moguntino, ejuſque directorio traduntur Statuum memorialia, deſideria, commonitoria, poſtulata, & omnes omnium ſupplicationes atque petitiones.

17. Moguntinus ſolus decernit & intimat reviſiones. Ubi vero ipſemet intereſſatus, tum demum Trevir ſupplet, ipſo Moguntino id olim deprecato. *Vide* R. A. 1594. §. 99.

18. Solius Moguntini Cancellarius &

 Secre-

Secretarius sitzen überm Tisch / mitten im Saal / bey proposition und Abschied des Reichs-Tags. Item in Electorali Collegio &c.

19.] Moguntini Cancellario wird von Käyserlicher Malestät die proposition zugestellet Ausser der ersten Ansag auf einem Reichs-Tag (bey deme / si ipse personaliter præsens, hat Chur-Sachsen diß im Herbringen gehabt / daß von Mayntz der Ansag-Zettul dem Chur-Sächsichen Cantzlar geantwortet wird / so es dem Erb-Marschalck befihlt: Vor sich selbst aber / und ohne der Mäyntzischen Cantzley Wissen / hat Sachsen keine Aussag zu verordnen) gebühren Chur-Mäyntz allein / und dessen Cantzley alle Ansagen zu Reichs-supplication-deputations-auch andern / und allen Neben-Räthen / befiehlt solche dem Erb-Marschalck / und ist nicht schuldig / solchen Zettul zuvor den Sächsischen hinderlassenen Räthen zu überantworten. Es mag Mäyntz Churfürst / durch seinen Cantzlar / die zweyte oder aber andere proposition im Churfürstlichen Collegio thun / wie nemblich auff die Käyserliche proposition in selbigem und dem Fürsten-und Städt-Rath zu verfahren / und die Sach einzutheilen. Eodem modo im Fürsten-Rath / daß durch sein Ober-Reichs-directiorium Mäyntz allerweg von neuen / mittels der Reichs-directorien, anfähet

fähet / oder was noch nicht gar erörtert und hangen blieben / continuirt, es in neue Umbfragen stellet / Ordnung hält / und dahin siehet / daß die Sachen / so nöthig / allezeit den andern vorgezogen werden. Wo einem Puncten durch eine Umbfrag nicht abzuhelffen / oder die vota mißhellich oder keine Gewißheit klar darauß leuchtet / so fraget Maynß zum anderen / dritten / und so vielmahl umb / biß die Sache erläutert / und man einig / oder doch ein mehrers haben mag / demselben wird nachgegangen / ohngeachtet / was einer oder zwey aus den Churfürsten / oder andere dargegen sagen. Maynßische dictiren alle Schrifften und eingegebene chartas, und communiciren anderwärtig selbige allein. Maynßisch protocoll wird des Reichs-protocoll genant/ darauff / als auff das authenticum, man sich referiret / cæteris protocollis discrepantibus oder/ wo disputationes über das jenige/so gehandelt/ fürfallen. Wann jemand protestiret / bittet er solches dem Maynßischen protocoll einzuverleiben. Cæterorum autem protocollis, nisi cum Moguntino collationatis, non statur. Dannenhero ein Chur-Maynßischer Secretarius oder protocollist vor allen andern gar fleissig Auffmerckens zu haben schuldig. Maynßischer Canßlar referirt allezeit zu erst / zum Fürsten-Rath / wann das Churfürstliche Collegium der Fürsten-Rath zur relation erfordert:

dert: Item, wann das Churfürstliche Collegium, und der Fürsten-Rath re- & correferendo einig / und der Städt Rath vocirt wird.

20. Præter hasce libertates, dignitates, honores, juraque, istas quoque potestates habet Moguntinus, & Cancellariatu suo tam intra quam extra Curiam imperatoriam fungendi, & alios suo loco substituendi, & unà cum Cæsare accipiendi semper decimam partem de bonis, petitionibus & exactionibus Judæorum: *Videantur literæ Adolphi Rom. Regis* 1292. *Alberti item* 1298. *Ludovici itidem* 1314. & hoc ante Auream Bullam.

5. Ita ipse Elector Trevirensis Electoris Moguntini Archi-Cancellarii Vicarius erat per Germaniam, multum honorem deferens Sedi Moguntinæ. Quæ quod Principes Imperii legare ad Comitia & ad actus Reip. solennes consueverit, iisque vices suas demandaverit, & Vice-Cancellarium ipsa constituerit, neque est ignotum, neque mirandum.

6. Maintz ist auch bißweilen Käyserlicher Stadthalter gewesen / *videatur diploma Regis Sigismundi*, das fallende Ungeld zu Franckfurth betreffend / Määntzgehörig.

7. Vi primi metropolitanatûs, Moguntinus sibi vindicat jus coronandi, ungendi,

di, consecrandi Reges Rom. electos olim per omnem Germaniam. Sed ortâ controversia inter Moguntinum & Coloniensem, res pactione terminata est, *anno* 1657. 25. *Junii : Diari. Europ.* 1658.

7. Habet jus, seu privilegium Stapulæ.

8. Item jus, de non provocando, in viridi usu.

9. Item jus, die Reichs-Pfandschafften einzulösen.

10. Item privilegia contra omnia privilegia, ipsius juri contraria, de anno 1486. 1495. 1507. 1516.

11. Circa Judæos per insignia habet privilegia ab Adolpho Imp. anno 1292. 1297. Henrico, Alberto, Ruperto Palatino.

12. Item privilegium Sigismundi 1400. daß an dem Mäintzischeu Pfande und Lehenschafften / die zwischen Sachsen und Hessen getroffene Erb-Verein / dem Ertz-Stifft Mäyntz unnachtheilig seyn soll.

13. Item privilegium Maximiliani 1495. daß Mäyntzische Untherthanen / sine consensu Moguntini expresso, sich in keines andern Schutz begeben dörffen.

14. Item privilegium Maximiliani 1498. von Angriff der Ubelthäter / in alieno territorio.

15. Item jus super Mæno, das Marck-

ſchiff 2c. hæc omnia latius adſcribere duximus, quia faciunt ad accuratiorem & faciliorem notitiam plurium materiarum juris publici noſtri: *Vide de his omnibus, quæ dicta ſuut, notit. Bæcl. lib. 6. c. 5.*

16. Trevirenſis eſt Archi-Cancellarius per Galliam, ſeu Regnum Arelatenſe.

17. Trevirenſi competit, ex præſcripto A. B. *c.* 4. §. 3. primum votum in Electione Imperatoris.

18. Item datum eſt Trevirenſi ut ſedeat ex oppoſito & lineari directione verſus Imperatoris faciem, Gerath gegen eines Kayſers Angeſicht über. *A. B. c.* 3. §. 2.

19. Utque in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem incedat illis ſolummodo intermediis, qui imperialia vel regalia portant inſignia. *A. B. c.* 21. 22. 26. §. 4. *c.*28. §. 3.

20. An Elector Trevirenſis habeat illimitatum privilegium de non appellando, an verò ſaltem uſque ad ſummam 500. aureorum? dubitant; cùm in Comitiis de anno 1653. & 54. reliqui E. E privilegium illimitatum de non appellando ſibi renovari curarent, ſolus Elector Trevirenſis hoc neglexit, & conceſſit appellationes, à Sententiis in petitorio latis, ubi ſumma 1000. florenorum Rhenenſium in

auro

auro excessit· Blum. *de Process: Cam. tit.* 46. *n.* 32.

21. Plura privilegia vide apud Kyriand. *part.* 15. *p.* 199. *seqq. Limn. tom.* 4. *addit. ad lib.* 3. §. 5.

22. Elector Coloniensis est Archi-Cancellarius per Italiam.

23. Idem secundo loco votum suum profert, in Electione Regis Rom. *A. B.* c. 4. §. 3.

24. Item interdum coronat Imperatorem, per ea, quæ supra dicta sunt.

25. Item in sua diæcesi & provincia, & extra provinciam suam, & tota Italia & Gallia dextrum Cæsaris latus claudit; *A. B. c.* 3. §. 2.

26. Item ejus subditi privilegiati sunt contra Rotwilense, & alia extranea consistoria, tam in realibus, quam personalibus actionibus.

27. Item hodie gaudet privilegio, de non appellando illimitato.

28. Item inter alios titulos utitur etiam titulô Ducis Westphaliæ, & Angariæ, quas ditiones munificentia Friderici Imperatoris ad 1180. contulit Ecclesiæ Coloniensi. *Limn. tom.* 5. *addit. ad lib.* 3. *c.* 6. *Hermes in fascic. cap.* 6. §. 9.

TIT. XI.

De Juribus omnibus Electoribus Secularibus competentibus.

Electores Seculares, Virtute Regni & Principatuum suorum, in electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis, suis Coelectoribus, jus, vocem & locum habent. *A. B. c.* 7. §. 1. *c.* 20.

1. Hinc colligunt nonnulli, Successores Electorum Secularium gaudere jure electionis, etiamsi à Cæsare nondum fuerint investiti: quia & ipsi Principatus, quibus jus suffragandi & alia regalia adhærent, statim cedunt heredibus post occupatam possessionem; per primam enim investituram pro se suisque hæredibus jus illud perpetuò & irrevocabiliter acquisiverunt.

2. Item inter Electores Seculares successioni locus datur. *A. B. cap.* 7. & 22.

Primo, ut quilibet primogenitum habeat successorem, modo *primo* sit legitimus, ein recht Ehe-Kind. *A. B. c.* 7. §. 2.

Secundo, Laicus. *Tertio*, nec sit mente captus, fatuus aut alterius famosi & notabilis defectus existat, propter quem non possit

possit vel debeat hominibus principari. *A. B. c.* 7. & 24.

Hinc, si Elector plures filios habeat, & primogenitum minus idoneum ad Electoratum suscipiendum videat, eo consentiente in secundogenitum Electoratum transferre potest. Exemplum ejus habuimus in Friderico Burggravio Norinbergensi, is a Sigismundo in Concilio Constantiensi Elector Brandenburgicus creatus, moriturus, quatuor, quos habebat filios, Johannem primogenitum, otii amantem; Fridericum, postea Marchionem cum ferreis dentibus appellatum; Albertum, temporis progressu Achillem Germanicum & Fridericum II. ad Se evocari cum curasset, cum Johanne primogenito paternis egit precibus, ut ipsius consensu Marchionatus Brandenburgensis, cui jus eligendi Imperatorem connexum est, Friderico fratri, ætate proximo, tanquam ad res gerendas aptiori, cederet, *Chytræus lib.* 1. *Chron.* Si in primogenito sit notabilis defectus, etiam inhabilis est, ut possit in Electoratu succedere. *A. B. c.* 24.

Huc referunt si mutus, si surdus sit, vel cœcus. *Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 64. levis enim defectus, qui quidem primogenitum deformem reddit, non autem inhabilem ad administrandum, non obstat.

Sicut & illud non obest, quando tales defectus superveniunt isti, cui Electoratus jam delatus est: humanius enim est, tali dari administratorem, quam eum Electoratu privare. *Limn. ad A. B. c. 7. obs.* 11. Si primogenitus moriatur, ante decessum patris Electoris; tum Electori Avo succedit primogeniti primogenitus, & præfertur fratri patris sui, sine contradictione: si verò primogenitus hujusmodi absque heredibus masculis, legitimis laicis, ab hac luce migraret, jus vox & potestas Electoris ad seniorem fratrem laicum, per veram paternamque lineam descendentem, & deinceps ad ipsius primogenitum laicum devolvitur. *A. B. c.* 7.

3. Vacantibus lineis descendentium, quis succedere debeat? in A. B. quidem non deciditur, tamen juri convenientius est, ut linea electorali descendente extincta, proximus agnatus succedat. Huc facit bulla Sigismundi, *apud Goldastum, part.* 2. der Reichs-Satzungen/ juncta cum alia bulla Caroli IV. *anno* 1376. data Wencesłao, Saxoniæ Duci, *apud eundem Goldast. tom.* 1. *constit. p.* 373. Verum, cum in dictis bullis habeatur verbum, Senior, non verò proximus, hinc quæstio nata est inter familias Ducum Saxoniæ, Vinariensium & Altenburgensium, an hoc casu

agnatus Senior ætate, an agnatus proximior lineæ deficientis succedat in Electoratu? illi Seniorem, hi vero proximiorem linea præferendum duxerunt: Vinariensium partes defendit Goldast, *in tract. suo, de Seniore.* Altenburgensium verò *Engelbrecht in dissertat. de successione in Electoratibus &c.* Dieteric. *in not. ad AB. c. 7. ad verb. Seniorem fratrem laicum*: Brevibus ea attingit, monetque, totam vim disputandi consistere in eo, quisnam hoc casu dicatur Senior? & an in proprio significatu accipiendum sit hoc vocabulum, an juris sensu, circa Jus primogenituræ recepto? Nos putamus, si verba dictarum bullarum sequi velimus & rationem juris, extra dubitationem esse, Seniorem linea, præferri Seniori ætate: verba bullæ Caroli IV. §. 6. ita habent: quibus omnibus (scilicet descendentibus) non extantibus, ad proximiorem heredem, secundum lineam paternam, duntaxat laicum. Seniorem Ducem Saxoniæ pro tempore ac ejus hæredes, secundum modum superiùs expressatum, in perpetuum legitime devolvatur.

Jam autem extra dubium est, quin Senior linea, seu filius primogeniti demortui, præferatur Seniori ætate seu patruo sive secundo genito filio, quia etiam filius ex fratre præfertur patruo magno. An

hæc constitutio etiam obtineat in Regno Bohemiæ, ita, ut primogenitus succedat? totius quæstionis decisio pendet ex præjudiciali quæstione; an Regnum Bohemiæ sit electivum, an successivum; de qua infra dicemus. Interim tamen certum est, hoc non ita clare, scilicet primogenitum etiam in Regno Bohemiæ succedere, patere ex Aureæ Bullæ *c.* 7. ut quidam existimant. Item verba finalia semper in omnibus se referunt ad privilegia Bohemorum, quæ salva debent manere & illæsa per Auream Bullam. *Caput* 24. meæ editionis hanc quæstionem clarius decidit; verba hæc sunt: *decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus edicto, quod ex nunc in antea, perpetuis futuris temporibus, insignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgensis, terræ districtus, homagia vasallagia, & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate perpetua maneant; primogenitus filius succedat in iis, sibique soli jus & dominium competat &c. omnibus Successoribus deficientibus, Imperator seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, pro ipso providere debebit & poterit, tanquam de re, ad se & Imperium legitime*

legitime devoluta. An hoc in casu solus Imperator habeat jus provisionis, an vero adhibere debeat consensum Electorum? disputatur. Nos supra hoc Imperatori soli tribuimus: quia hoc jus nuspiam vel cum Electoribus, vel cum aliis communicatum esse legitur, & aliud est, novum Electoratum erigere, aliud de Electoratu jam erecto providere: illud commune est omnibus Statibus, *I. Pac. art.*4. §. 5. hoc, proprium Imperatori. Dissentiunt alii, & illud, quod in causa Friderici Palatini *anno* 1622. in Comitiis Ratisbonensibus à Serenissimis Electoribus, Saxoniæ & Brandenburgico vehementer disputatum est, nunc in Capitulatione Leopoldi decisum putant *art.* 30. & 39. *in f.* verum dicti textus nihil probant; non primus, quia loquitur de feudis Imperii regalibus, quæ, si aperta fuerint, retineri ab Imperatore, ad sustinendam Imperatoriam Majestatem debent; vel tamen, si ea aliis conferre velit, sine consensu Electorum conferri non possunt; jam autem Electoratus Imperator, etiamsi velit, retinere non potest. Non ultimus, quia *Primo*, generaliter loquitur de omnibus Imperii negotiis, quæ sunt magni monenti; jam autem constans inter omnes Ictos, & recepta regula est; textus posterior generaliter loquens, non derogat textui speciali priori

secundo,

secundo, loquitur de iis Imperii negotiis, magni momenti, de quibus aliter dispositum non est: de nostro autem aliter dispositum est, *A. B. c. 7.* quod cum expresse mutatum non sit, cur stare prohibeatur?

4. Si Principem Electorem, vel ejus primogenitum, aut filium Seniorem laicum mori, & heredes masculos legitimos laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc frater Senior ejusdem primogeniti tutor eorum & administrator existit, donec Senior ex iis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos censeri vult. Carol. IV. & statuit, perpetuo haberi; quam dum attigerit, jus vocem & potestatem & omnia ab ipsis dependentia tutor ipsi, totaliter cum officio tenetur protinus assignare.

5. An quia hic in A. B. dicitur, quod Senior frater, primogeniti impuberis tutor esse debeat Elector in testamento tutorem dare possit, nec ne? vehementer disputatur. Fatendum est, Carolum conditorem Aureæ Bullæ mentem suam clarius exprimere, & omne dubium paucis verbis amputare potuisse, si expressisset disertis verbis tutelam testamentariam in proposito casu vel esse, vel non esse interdictam: cum autem hoc factum non sit, benignior

benignior est sententia eorum, qui testamentariam tutelam hic non prohiberi asserunt. 1. quia omnia jura, jus naturæ, jus gentium & jus civile parentibus permittunt, ut cum mortui amplius liberos juvare non possint, iis saltem superstites ac morientes consulant, ac prospiciant id quod vel maxime fit tutoris datione: & hinc est, quod omnibus reliquis tutoribus tutor a patre datus præferatur; quod tali tutor satis dare non cogatur: optime enim a patre liberis semper prospectum esse præsumitur, & fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata videtur. *pr. j. de satisdat. tutor. l. 7. 8. 9. & 10. ff. d. confirm. tut.* quod cum expresse in jure publico non sit mutatum, cur stare prohibeatur?

II. Quia, si Imperator hic aliquid mutasset, aut hoc fecisset sponte, aut petentibus Electoribus, aut petentibus agnatis: sed neutrum horum dici potest, ergo nihil mutavit: non prius, quia in eo totus est Carolus IV. ut augeat jura, & privilegia Electorum in A. B. non ut adimat iis ea jura, quæ omnibus hominibus omni jure conceduntur: non posterius, quia non præsumendi sunt E. E. vel reliqui agnati, quod petierint talem duram legem, sed si tale quid factum dicatur, hoc probandum erit.

III. Quia Imperator hic saltem occasionaliter, ut ita dicamus, de tutela filii primogeniti agit, non principaliter & ex instituto.

IV. Quia hanc opinionem confirmant sententiæ judiciales: vide ea, quæ acta sunt circa tutelam testamento Friderici IV. Electoris Palatini datam anno 1611. *Dionys: Gotrofr: de Testament. Elect. Tut:* Dissentientes urgent; 1. vocabulum, *tunc*, in A. B. &, *existat*: scilicet dicunt, is tunc ipso jure legitimus tutor existat, nec tutor alius admittatur: verum respondemus: horum verborum sensus est, cæteris paribus. Tunc enim ipso jure existat Senior tutor legitimus, si alius testamento datus non est, ad exemplum legis 12. tabb. si furiosus est, agnatis gentilibusque, in eo pecuniaque ejus jus esto: non enim Lex. 12. tabb. parenti adimit jus dandi tutorem filio furioso, vel Magistratui, quando minor est, jus dandi curatorem. *l.* 3. §. 1. *ff. de tut.* sed si nullum tutorem habeat, aut curatorem à Magistratu datum, tunc agnatis gentilibusque in eo pecuniaque ejus jus esto. Aliud exemplum. Vid. *in l.* 4. §. 6. *D. de offic. Proconf.*

II. Dicunt, pater non potest testamentum condere de Electoratu, Electoratus enim est indivisibilis & alienari non potest testamento, sed integer ad filium primogeni-

mogenitum pervenire. Verum manifeste connexio hujus argumenti laborat; diversa enim sunt, de bonis Electoralibus sive dividendis, sive alienandis velle testari, & jus illud, quod solus primogenitus habet, auferre vel minuere: & his manentibus salvis, personæ pupilli, quæ diversa est a bonis, tutorem velle constituere; patetque id exemplo feudorum, in quibus, licet Vasallus regulariter super bonis in feudum concessis testari non possit, tutorem tamen ei testamento designare permissum est. *Schrad. tract. de feud. part. 2 sec. 19.* Imo pater filio exheredato potest dare tutorem. *l. 4. ff. de testamentar. tut.* & pater potest testamentum condere de provinciis suis hereditariis, & ab Electoratu distinctis, inque eo testamento filio dare tutorem, qui omnia ejus bona administrabit.

111. Dicunt, quod ex hac libertate, dandi tutorem in testamento, multa absurda sequi possint, *primo* pater posset dare plebejum tutorem, qui inter Archi-Principes versabitur, deque negotiis Reip. Rom. consulet. *Secundo*, futurum quoque, ut mulieres in Collegium Electorum recipiantur, Romanum eligant Cæsarem, tempore interregni vicariatum gerant, omnibusque officiis fungantur, in A. B. administratoribus delatis. Verum hoc posterius

sterius

sterius leviusculum est: jam dudum enim mulieres ab omnibus officiis civilibus remotæ sunt; & licet jure Justinianeo matres legitimæ possint esse tutrices; tamen, cum hoc specialiter ipsis matribus sit tributum, generaliter exinde regula *primo* formari non debet: *secundo* hoc procedit, ubi alia non obstant; at vero in nostro casu multa obstant, cur matres non possint esse tutrices. Prius autem ideò non obstat, quia licet posito, Septemvirum aliquem ex privatis designasse tutorem, tamen is votum & sessionem non habebit inter Electores ex se, & suo nomine, sed ex persona ejus, cujus tutelam gerit: ad exemplum Legatorum, qui plerumque solent esse homines privati, & tamen in Comitiis, & universalibus & particularibus recte comparent nomine Principalium.

IV. Objiciunt, Carolus IV. præsumitur voluisse aliquid novi instituere: jam autem, si tutela testamentaria in filiis Electorum locum haberet, nihil novi constituisset. Respondemus: non opus est, ut Legislator semper aliquid novi constituat, sed & ea, quæ jam olim constituta sunt, confirmare potest. *Secundo* incidenter tantum agit in hoc capite de tutela, E. etiam tutelæ legitimæ tantum incidenter facit mentionem.

5. Tutor, sive testamento datus, sive legitimus manebit tutor, donec pupillus attigit annum decimum octavum; ubi quæritur, si annum decimum octavum nondum omnino compleverit, & pater vel moriatur, vel Tutor testamento datus, vel legitimus desinat esse tutor, an curator admittendus sit, usque ad annum decimum octavum completum? sunt, qui existimant, decimum annum octavum debere esse completum, ita ut ne unicus quidem dies, imo nec hora superesse debeat, ad exemplum minoris, qui non dicitur major, usque dum ultimum diem anni 25. compleverit. Quæstio hæc est disputata anno 1592. in Friderico IV. Electore Palatino, cui cum dies 59. deessent, Richardus Palatinus controversiam movit, & tutor ejus, seu potius curator esse voluit. Verior tamen est opinio, hoc in casu administratore opus non esse; Modicum enim tempus prætor non curat, & confestim futurum pro facto, cingendum pro cincto, & proximum complendum pro completo habet. Et A. B. loquitur de eo casu, quod antequam decimum octavum annum compleverit, ipsi Electoratus tradi non debeat, qui tutorem vel curatorem semel accepit; tunc enim, licet res suas bene administret, tamen ante administratio ei non committitur, quam si de-

si decimum octavum annnm compleverit, *arg. l.* 1. §. *f. ff de min.*

6. Quamvis autem jure civili ad certum tempus tutor dari testamento possit, tamen, quemadmodum eo in casu, pater ex impubere puberem non facere & terminum legis immutare non potest; ita & Pater in suo testamento hunc terminum legis nec breviorem nec longiorem facere potest, secus quam alii existimant: aliud enim est, dare tutorem ad certum tempus, aliud est, facere posse, ut quis tutorem non habeat, usque ad terminum a legibus definitum. Pater in testamento quidem tutorem dare potest ad tempus, sed tamen in testamento facere non potest, ut quis non accipiat tutorem, usque ad terminum à lege definitum. *Vid. l.* 11. *ff. d. testament. tut.*

7. Quia talis tutor est administrator. Ut A. B. loquitur, ergo, quando Elector octodecim annos attigit, jus, vocem & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, tutor ipsi totaliter cum officio resignet, non tantum officium Electoris, retenta administratione ditionum: secus ac voluit Johannes Casimirus, tutor Friderici IV. Electoris Palatini, 1592.

8. An, si praeter ditiones, ad Electoratum pertinentes, etiam alii adsint Principatus, Ducatus &c. ut hodie Electoribus

esse

esse videmus, tutor sive administrator etiam restitutis aliis omnibus, ad Electoratum pertinentibus, nihilominus harum rerum curam sibi reservare possit, usque ad vigesimum quintum ætatis annum, qui in reliquis Principibus ordinario jure legitimus minorennitatis terminus est? disputatum fuit, à dicto Johanne Casimiro, Friderici IV. Electoris Palatini tutore. Verum & rationi & A. B. magis convenit sententia negantium: *primo*, quia totalis cum officio fieri debet resignatio: *secundo*, quia, si octodecim annorum Princeps ad Electoratum aptus est, & casu cap. quinti Aureæ Bullæ existente, Imperii administrator esse potest; cur propriis suis ditionibus præesse non poterit? nec obstat Bulla Sigismundi Imperatoris, cujus verba hæc sunt; ætatem autem debitam in hoc casu, videlicet eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum censeri volumus, & haberi: in Principatibus autem, Ducatibus & Dominiis aliis Imperialibus gubernandis, ætatem observandam decernimus, prout a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus est sancitum. *Primo*, enim quidam ex Doctoribus respondent: hanc Bullam esse reprobatam. *Secundo* respondemus: hujus Bullæ ultima verba loquuntur de aliis

aliis Principatibus, qui non sunt Electoratus. *Vid. Limnæum I. P. lib. 3. c. 7. n. 62. seqq.*

9. Quid circa Regnum Bohemiæ constitutum sit, videbimus suo loco.

10. Item Electorum Secularium quilibet suum habet Subofficiarium, & quasi Vicarium, qui, quas ille tenetur præstare operas officiales, eas in ejus absentia peragit. A. B. *c.* 4. §. *ult.* de quibus supra dictum est.

TIT. XII.

De Juribus singulorum Electorum Secularium.

Inter seculares Electores primus est Rex Bohemiæ, verus & legitimus sacri Imperii Elector. *c.* 2. *A. B.* adeo, ut mirari liceat, cur quidam ipsum quidem agnoscant Pincernam Imperii, non autem Electorem; & cur quidam ipsum Teutonicum esse negaverint.

1. Quia enim in Curiis Imperatorum comparet, Teutonicus est, & nemo in istiusmodi Curiis admittitur, nisi qui est Teutonicus. *Strauch. dissert. exot.* 2. *n.* 11. & 12. non tantum in casu discordantium votorum: ut quidam voluerunt, secundum vulgatos versiculos:

Ich

Ich bin der Churfürsten Obermann
weilmann nicht wohl eins werden kan
und wann sich etwa in der Wahl
zu trüg ein Zwitracht da zumahl
welchem ich dann die Stimme mein
thue geben / der soll Käyser sein:

sed etiam in casu concordantium votorum: prius enim ipsius votum rogatur à Moguntino, quam constet vota esse discordantia. Et hinc, cum Maximiliani I. tempore Rex Bohemiæ, propter simultates, quæ inter ipsum & Fridericum III. intercedebant, ad electionem dicti Maximiliani non esset vocatus, arma minatus est, & res tandem transactione est confecta, ne scilicet imposterum sub pœna quingentarnm marcarum auri puri, Reges Bohemiæ excluderentur. Satzung / wann die Könige zu Boheimb zu der Wahl eines Römischen Käysers oder Königs nicht beruffen / was für Pön darauff seyn. *Goldast. t.* 2. der Reichs-Satzungen.

2. Et cum EE. lecti sint, ex Statibus Imperii Ecclesiasticis & Secularibus, *ut supra lib.* 1. *dictum est*. Certissimum hoc nobis argumentum præbet, Regem Bohemiæ esse Statum Imperii. Id quod S. R. Imperii E E. ac Principes Pragæ anno 1610. in conventu ibidem habito, non minus eleganter quam prudenter declararunt, in replica ad Matthiam Au-

ſtriacum, Hungariæ Regem, hiſce verbis: Es müſſen aber Chur- und Fürſten dieſes wohlmeinentlich dabey erinnern / daß in ſolchen wichtigen Sachen / ſo reſpective das heilige Römiſche Reich ratione des Königreichs Boheim / weil der König von Boheimb ein Stand des Reichs / der ſieben Churfürſten einer und des Römiſchen Kayſers Ertz-Schenck iſt / concerniren thun / man ohne Zuthun Chur- und Fürſten / weil man die nechſt geſeſſene leicht darzu erfordern können / da es ſich doch ziemlich verweilet gehabt / billich nichts vornehmen oder ſchlieſſen ſollen / welches da es geſchehen / dieſelbe vermög ihrer Pflicht und Ayd / damit ſie der Käyſerlichen Majeſtät und dem Reich verwand ſeynd / auch dem gemeinen Weſen zum Beſten / der ein oder ander vielleicht mit mehrerm Fleiß / Verſtand und Treuen / als von denen / ſo hier zu gebraucht worden / geſchehen.

Quorum Electorum ac Principum ſola auctoritas ſatis ſuperque pollens ac potens eſſe debet ad convincendum eorum opinionem, qui Regem Bohemiæ ſtatu ſuo dejiciunt. *Vide Goldaſt. de Regn. Boh. lib. 3. c. 3.*

Quo accedit, quod votum & ſeſſionem in Comitiis habeat: quæ nota eſt certiſſima, aliquem eſſe Statum Imperii; *ut ſuo loco dictum eſt*; interim tamen privilegio ipſi

ipsi tributum est, ut non cogatur interesse Conventibus Imperii, nisi habeantur aut Bambergæ, aut Norimbergæ aut Merseburgi. Verba constitutionis Friderici II. *apud Goldast.* in den Reich-Satz. *p.* 30. ita habent: Wir befreyen sie auch den vorgenanten Durchleuchtigen König in Böhmen / und alle seine Nachkommen / daß selbige zu Unserm Käyserlicheu Hoff nirgend hin zu ziehen verbunden seyn sollen / es were denn Sach / daß wir Unsere Hoffhaltung oder Zusammenkunfftgen Bamberg / Nürnberg oder Merseburg anstellen würden / daselbst hin sollen sie zu erscheinen verpflichtet seyn.

Falso autem exinde quidam concludnnt: Regem Bohemiæ nou est Statum Imperii: falsum quoque est, Regem Bohemiæ ad consilium & Senatum Imperii non admitti nec vocari: licet verum sit, vocatum indistincte non teneri comparere, Et quis est tam iniquus, qui, quod privilegii & gratiæ loco Bohemo datum fuit, ejusdem in odium velit detorquere? scilicet ad onus Imperii Statuum pertinet, in Comitiis ut compareant. Quod si vero privilegium alicui ex his fuerit tributum, ne cogatur invitus comparere, uti tributum novimus familiæ Austriacæ; vel ne ubique teneatur comparere, ut Bohemo datum, is utique qualitatem & nomen

Status non amittet, sed Status permanebit, præ aliis tamen privilegiatus & honorarius erit. *Vid. Conring. de Fin. Imp. c. 22. Strauch. dissert. exotic. 2. n. 11. & 12.*

3. Regnum Bohemiæ, secundum prætensionem Bohemorum, fuit mere electitium; & hæc prætensio accendit bellum, quo postea tota Germania nostra conflagravit, & per triginta annos arsit. Secundum mentem Regum Bohemiæ, & Caroli IV. *in Aur. Bull. cap.* 7. & præ cæteris, *c.* 24. est successivum, & demum in casu deficientis stirpis regiæ est electitium; adeo, ut ex clara dispositione dicti capituli 24. etiam jus primogenituræ in eo obtineat: ita tamen, ut inter Regnum Bohemiæ, & reliquos Electoratus seculares aliquid discriminis intercedat; in his, deficientibus omnibus Successoribus, provisio pertinet ad Imperatorem: in illo, ad regni incolas, isque Rex est, quem ipsi eligunt. In illis, primogeniti demortui primogenito minore existente, frater Senior ejus tutor est; in hoc, Proceres regni defectum ætatis supplent. *A. B. c. 7. & 24.*

4. Hæc ita antiquitus competierunt Bohemis, & hæc fuit disputatio inter Reges & Regni Proceres. Hodie post pugnam Pragensem 1620. controversia hæc ferro & armis decisa est pro jure hereditario.

Sunt

Sunt tamen quidam, qui existimant, si, quod Deus clementer avertat, familia Austriaca interiret, quod Bohemi jus eligendi Reges iterum recepturi sint, sicut & reliqua prilegia, quæ omnino egregia sunt. *De his privilegiis vid. Goldast. de Regn. Bohem.*

5. Quamvis autem Regnum Bohemiæ, si Germaniam consideremus, prout in decem circulos est divisa, ibi non inveniatur: *de quo supra dictum est*, & olim etiam de eo dubitatum fuerit, ita, ut jus Saxonicum Regem Bohemiæ pro Germano non agnoscat, & Electores, *apud Gol. dast. part.* 2. der Reichs-Satzungen *p.* 63. *&* 67. Bohemiam pro provincia Germaniæ agnoscere recusent, ipseque Carolus IV. Status Imperii nunquam in Bohemiam evocaverit, ne videretur eosdem ad tribunal extra Germaniam trahere: & Rudolphus Secundus, cum aliquando inter Ipsum & quosdam Imperii Ordines de ea re disceptaretur, Bohemiam a Germania separatam fassus fuerit: sunt tamen etiam viri egregii, qui Bohemiam Germaniæ partem esse demonstrant. *Æneas Sylvius in Bohem. cap.* 1. *Dubravius histor. Bohem. lib.* 9. *in pr. Conring. de Fin. Imp. c.* 4.

6. Est Archi Pincerna, & quando ministrat non tenetur coronam regalem ge-

 stare.

ſtare. *A. B. c.* 4. §. 4. *c.* 27. §. 5. *ibique Commentatores* de ejus Subofficiario *ſupra dictum eſt.*

7. Locus in ſeſſione competit ei a latere dextro Regis Rom. poſt Moguntinum aut Colonienſem. *A. B. c.* 42. §. 1.

In proceſſione ſolenni immediate Imperatorem ſequitur. *A.B. c.* 22. Nulla ejuſdem regni perſona, cujuſcunque tandem illa ſit conditionis, in quacunque cauſa, ad cujuſcunque actoris inſtantiam, extra Regnum Bohemiæ & judicium regalis curiæ citari trahi aut vocari poteſt, omni contrario proceſſu irrito. *A. B. c.* 1.

Ipſe tamen Rex Bohemiæ, ſecundum DD. quia eſt immediatus Imperii Princeps recte riteque poteſt in Camera conveniri in cauſis primæ inſtantiæ, ad judicium Cameræ pertinentibus : ad exemplum Saxonis, Brandenburgici, Auſtrii, Burgundi, Lotharingi, Sabaudi, *Goldaſt. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi ponit ſequentes exceptiones: in cauſis feudalibus *primo* poſſe ſubditos Regis Bohemiæ conveniri coram iis, à quibus feuda obtinent. *Secundo*, in loco contractus aut delicti conveniri poſſe Bohemos coram judice loci, ſi præſentes contrahant aut delinquant. *Tertio ex l. diffamari.* 5. *C. de ingen. manum:* aliquando fuiſſe evocatos, ſed eos non comparuiſſe, injunctum tamen illis

illis ab evocantibus judicibus perpetuum silentium. *Quarto*, posse eos a Camer aaut Rotwilano judicio testimonii dicendi causa, extra Regnum vocari.

9. Rex Bohemiæ investituram & regalia sua suscipere non tenetur, nisi in metis vel finibus Regni sui, aut finitimis locis, decem vel quindecim milliaribus allemannicis a Regno suo & Dominiis suis distantibus.

10. An Reges Bohemiæ collectas Imperii inviti solvant, & an redigi possint sub certa taxa in matriculam? quocunque tempore vehementer disputatum: in matricula Spiræ 1526. constitutum legitur: Boheimb zu Unterhaltung des Käyserlichen Regiments und Cammer-Gerichts 412. Gulden: & in matricula 1553. ordinatum, Boheimb zu Unterhaltung Cammer-Gerichts 300. Gulden. *Goldast. de Reg. Boh. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 12. *vid. alia privilegia. A. B. c.* 10.

11. Electori Palatino in electione quartum votum tribuit, A. B. *c.* 4. §. 3. *& ibi Commentatores.* Hodie ultimum habet: an olim primum votum ipsi competierit? quærit *Carpzov. Leg. Reg. c.* 10. *Sect.* 7. *n.* 5. *& 6.*

12. In Sessione locus ejus est post Regem Bohemiæ, ad dextrum latus Regis

in des Reichs Hoff / da der Käyser oder der Römische König gegenwärtig ist.

Textus communiter usitatus ita habet: Und wiewohl ein Käyser / als Römischer König / von Sachen wegen / darumb er angemuthet wird / von alter Gewohnheit / vor einem Pfaltzgrafen bey Rhein / des heiligen Reichs Ertz-Truchses und Churfürst antworten solle / jedoch soll der Pfaltzgraff dasselbig sonst nirgends haben noch suchen / dann an einem Käyserlichen Hoff / oder wo der Käyser oder Römische König gegenwärtig ist.

15. Utraque versio differt a textu latino, ita ut quomodo verba illa, Curia Imperlalis, interpretanda sint, omnino in obscuro sit, *de quo mox videbimus:* Interim certum est, hoc jus competere Electori Palatino propter amplissimam cognitionem, quo olim Præfectus Palatii in aula & prætorio præditus erat, ita ut ipse Rex vel Cæsar, si ab aliquo se conveniri pateretur, coram hoc solo se sistere dignaretur. *Freh. in Orig. Pal. part.* 1. *c.* 16. *p.* 119. *Bæcl. in Not. Imper. lib.* 9 *c.* 9. Id quod postquam Imperium ad Germanos translatum esset per consuetudinem inter Germanos continuetum est. *Vid. Limn. lib.* 3. *cap.* 9. §. 23. *Eundem in not. ad A. B. c.* 5. *obs.* 1. *& seqq.*

16. Nec tamen hoc contra dignitatem

chen die Fürsten und Grafen / die Freyen und des Reychs Dienstmann / *Limn. d. c. 9. n. 47.* Ex quibus patet, Criminalia pertinere ad cognitionem omnium Principum. Nos etiam quidem hunc textum A. B. accipimus tantum de Civilibus: sed tamen authoritas speculi Saxonici, *de quo supra dictum est*, non est tanti, ut credamus Imperatorem in Criminalibus subjectum esse judicio Principum: in his enim Judicem nullum habet: quia non præsumitur Princeps coercitioni & censuræ subditorum se submittere voluisse. Et hinc etiam fabulosum putamus illud, quod Glossa habet in Weichbild, *Lib.* 1. *art.* 8. quod nimirum Rex condemnatus & ab Imperio depositus, non gladio, sed aurea securi super margine alicujus clypei manu Palatini percutiatur. *Vide plura supra, ubi egimus de modis, quibus Imperator desinit esse Imperator.*

18. In allegato textu præterea fit mentio rerum civilium, quæ sunt Imperii, & dicitur: quod in talibus rebus seu causis Principes judicare debeant. Unde quæritur ulterius, quis in causis feudalibus judex esse debeat? Nos putamus generalem juris feudalis decisionem & hic locum habere, *quæ habetur* 2. *F.* 55. quia in Jure publico nostro nullibi est correcta. Imo per constitutionem Imperatoris Friderici,

quæ connexa eſt ſanctionibus feudalibus, ſub Titulo *Pacis Conſtantiæ compoſitæ*, confirmata eſt.

19. Ubi Palatinus hoc jus exercere debeat propter textum Germanicum, qui diverſus omnino eſt a latino, obſcurum eſt; *textus videri poſſunt ſupra.* Germanicus textus duplicem locum determinat, nimirum den Käyserlichen Hoff / oder wo der Käyser oder der Römische König gegenwärtig ist.

Ita etiam obſcurum eſt, quid notet Curia Imperialis: an Aulam ſeu Principis domum, an Comitia, eaque vel Imperialia, vel Electoralia? alii per Imperialem Curiam, Comitia Imperialia intelligunt: quia per totam Auream Bullam hoc ſenſu accipitur. *c.* 4. §. 4. *c.* 6. *in pr. c.* 12. §. 2. *c.* 21. *in pr. c.* 32. *c.* 24. 26. 27. 28.

Nos Aulam Principis intelligendam putamus: *primo*, quia hæc conſuetudo ad exemplum Carolingorum, *ut ſupra dictum eſt*, continuata eſt apud Germanos. Jam autem antiqui Præfecti Palatio ſeu Comites Palatini, in palatio Regum hoc jus exercuerunt.

Secundo, quia ſermo eſt de tali Curia, ubi Imperator vel præſens vel abſens eſſe poteſt. Jam autem nullibi hactenus obſervavimus, Imperatores olim Curiis

Impe-

Imperialibus seu Comitiis non adfuisse, aut per Commissarios, ut hodie a Carolo usque V. in usu est, Comitiis præfuisse: ergo talis Curia non intelligitur, sed sine dubio Curia Principis, seu Aula Principis, in hac enim Imperatores & Reges mox præsentes, mox absentes sunt, experientia teste.

Nec obstat ratio dissentientium. Non enim sequitur, in hoc capite hoc vel istud vocabulum, hoc vel alio sensu accipitur; ergo etiam statim in alio atque alio capite eodem sensu accipitur.

20. Hoc judicium quidam hodie in abusum abiisse putant: quia ultra seculum nullus actus dari potest, per quem fuerit continuatum. Sed male, quia forte casus non emersit toto isto tempore, & in nulla causa civili. e. g. in contractu cum Imperii Statu vel privato celebrato aliquem læsit; & vero privilegium non amittitur non usu, si nunquam fuit utendi occasio. *Gail. lib. 2. observ. 60. Strauch dissert. exot. 3. n. 6. 7. 8.*

Et Fridericus Austriacus Imperator hoc Palatini privilegium agnovit, dum Privilegia Helvetiorum rata habere noluit, & causam aut arbitris decidendam, aut si mallent, coram Præfecto Prætorii Rhenani, ubi omnes Impreatoris causæ controversæ decidi soleant, tractandam dixit.

Gerardus de Roo. lib. 5. Histor. Austriac. pag. 194.

Rationes eorum, qui putant, hoc judicium ideo non abiisse in desuetudinem, quod, ubi Privilegium habet actus reiterabiles, illud per non usum non amittatur, quoad actus futuros: & quod actus meræ facultatis, qualis hic actus est, nullo tempore præscribantur, tanquam infirmas, imo falsas in hoc casu omittimus.

21. Elector Palatinus habet etiam Jus Wildfangiatus. Wildfangius est homo proprius.

22. Jus Wildfangiatus est jus in numerum hominum propriorum cooptandi, extra legitimum matrimonium natos, & adventitios, qui sua sponte ad loca, ubi advenas hujusmodi inter homines proprios post certum tempus censeri moris est, se conferunt, & ibidem domicilium figunt.

Wann ein frembder und ankommender in vicinis territoriis Palatinatus, auch andern benachbarten Orthen/ woselbsten Ihre Churfürstl. Durchl. das jus Wildfangiatus haben / sich Jahr und Tag häußlich niederlässet / und keinen nachfolgenden Herren hat / so kömpt der Büttel oder des Centgrafen Knecht zu demselben / sprechend / ich nehme euch im Nahmen meines gnädigsten Churfürsten zum Wildfang / und begehre von euch den Jahegül-

Fahegülden. Wildfangius deinde fidem promittit Principi, vel ſtipulata manu, vel jurato.

Wann ein Leibeigener eine Freygebohrne zur Ehe nimbt / als dann werden die Kinder nicht leibeigen / und solche werden Ungenossene genant / weil Chur-Pfaltz nicht den Genuß von denselbigen haben / welchen sie von den Leibeigenen haben.

Et hinc maſculi facilius manumittuntur a ſuo Principe, vel ſe redimere poſſunt, quam fœminæ: quicquid enim ex fœmina Wildfangia naſcitur, ſequitur Conditionem matris ſuæ.

24. Homines proprii cenſum corporis annuum præſtant, eumque vel in exigua pecuniæ ſumma, vel, ut fœminæ imprimis, dāta Gallina ſolvunt, quæ, a diverſo ſolutionis tempore, diverſa nomina habet: Faſtnachts-Hun / Herbst-Hun / Pfingst-Hun / Sommer-Hun: alias, ein Zins-Hun / Leib-Hun / Haupt-Hun / Rauch-Hun appellatur. Caſu mortis, Dominus ſibi vindicat, in quibuſdam locis, marito mortuo, peccudum præſtantiſſimam, das beſte Haupt: uxore mortua, veſtem optimam, das Weib-Mahl. Nonnunquam certam pecuniæ ſummam pro mortuario accipit.

25. Si Homo proprius moriatur, vel extra conjugium, vel ſine parente & prole, fratribus

fratribus, aut indotatis sororibus, quos Hagestelßen vocant, fiscus in hereditate succedit. *Vide* Chur-Pfaltz Lands-Ordnung/ *tit.* 8.

26. Præter hæc, quibusdam in locis Domino debent sequelam, & Dominus ipsis arma imponere potest, eosque lustrare, itemque collectas similiaque onera ab iis exigere.

27. Et cum Elector Palatinus hoc jus non tantum in suo territorio, in quibusdam locis haberet, verum etiam in aliis Palatinatui vicinis; de hoc jure in Comitiis Ratisbonensibus, ab iis in quorum territorio hoc jus exercebat, anno 1653. & 54. querelæmotæ sunt, ac si Dominus Elector hoc suo jure abuteretur, & contra tenorem privilegii latius illud extenderet, quam jure posset: & cum nihil proficerent, tandem Moguntinus, postquam Erfurtum subjugasset, militemque armatum paratum haberet, anno 1665. & 1666. Gallicis infestis armis simul cum sociis suis Electorem Palatinum ad abolenda ista jura cogere voluit. Sed res tandem per compromissarios judices, die 11. Novembris, anno 1666. electos & receptos, Reges Galliæ & Sueciæ, & harum Majestatum ad hanc causam ab legatos extraordinarios, Honoratum Courtin, Ludovici XIV. Regis Galliæ Consiliarium

liarium secretiorem, nec non libellorum supplicum Magistrum, & Davidem Mevium, Caroli Regis Sueciæ Consiliarium secretum, & Tribunalis Wismariensis Vice-Præsidem, & Martinum Bœckel ejusdem S. M. Consiliarium Aulicum decisa Heilbrunnæ, eorumque laudum pronunciatum est die 7. Febr. 1667.

28. Olim hoc jus prætendebat Bavarus, propter translatam in se dignitatem Electoralem: sed hodie per investituram Ferdinandi III. expresse hoc jus Electori Palatino transscriptum, & modo dicto laudo Heilbrunnensi in perpetuum confirmatum est. *Vide de hac prætensione Spreng. in juris pr. publ. p.* 389.

29. Habet idem Elector Palatinus Jus conducendi durch die Ober-Graffschafft Catzenelenbogen von der Bergstrassen an / biß gen Franckfurth Item in der Marggrafschafft Baden / biß gen Pfortzheim.

30. Gravamina circa hoc jus a Confœderatis Moguntini exhibita, etiam anno 1667. die 7. Febr. eodem laudo terminata sunt.

31. Item habet protectionem fabrorum ærariorum in partibus Rheni & certis Franciæ orientalis locis, quam E. E. tenent feudi titulo ab Imperio, eamque in subfeudum concesserunt nobili familiæ Zobeliorum, cum emolumento, ut illi suppel-

ſuppellectilem cupream, ad totius Rei domeſticæ uſum gratis ſuppeditare teneantur.

De aliis Juribus & Privilegiis *vide Limn. lib.* 3. *c* 9.

32. Electoratus Saxoniæ varie de familia in familiam tranſlatus, & territoria eo pertinentia varie diviſa ſunt, *de quibus omnibus vide Limn. lib.* 3. *cap.* 10. *Et addit. ad dict. Lib & caput.*

33. Elector Saxoniæ eſt Imperii Archi-Mareſchallus *A. B. c.* 5. §. 2., in quo munere habet Subofficiarium Erb-Marſchalck/ Comitem de Pappenheim, *ut ſupra dictum eſt*, aut, eo abſente, Mareſchallum Curiæ *A. B. c.* 27. §. 3.

34. Vi hujus officii ipſi competere dicitur, ut in campis, in adventu Imperatoris vel expeditione omnibus Statibus præferatur, ordineſque inſtruat.

Propter hoc jus tempore coronationis Caroli V. controverſia ipſi interceſſit cum Duce Juliacenſi, qui iſtis in locis præequitare voluit; & cum res aliter componi non poſſet, Saxo conceſſit, ut Dux Juliacenſis jure ſalvi conductus, quod in iſtis locis ipſi competit, cum ſuis copiis e veſtigio civitatem abſque eo, quod hoſpitia ſubintrarent, ante omnes pertranſiret. *Vide Limn. ad Cap. Caroli V. art.* 30. *p.* 320.

35. Item

35. Item vi hujus officii est judex & Patronus Buccinatorum der Trompeter / *ut patet ex confirmatione Ferdinandi II. Imperatoris de dato Regenspurg anno 1623. die 27. Febr.* Uber die dreyzehen Puncten / welcher sich die Feld-Trompeter / wegen der Lehr-Jungen verglichen / ubi ita in fine: diese Puncten bestättiget Käyser Ferdinand der Andere / doch mit diesem Bedinge / daß solche confirmation dem Churfürsten zu Sachsen / und dessen Nachkommen / an dessen Recht und Gerechtigkeit / als der Feld-Trompeter hohen Patron und Judici unpræjudicirlich und ohne Schaden seye.

36. In Comitiis ac Processionibus Imperialibus, gladium Imperialem seu regalem, evaginatum strictumque Imperatori præfert in peculiaris Majestatis symbolum. *A. B. c. 22. & 26. §. 3.* Hinc, præter alia, in insigniis habet gladios duos decussatim compositos.

37. In electione Imperatoris quinto loco votum suum profert. *Aurea Bulla, c. 4. §. 3.*

38. Habet etiam Elector Saxoniæ jus particulare in exquirendis votis, in Conventibus nonnullis. In Conventu Ratisbonensi Electorum & quorundam Principum, de anno 1623. postquam Moguntinus primo compellavit Trevirensem, deinde Coloniensem, & sic deinceps usque

ad

ad Saxonem inclusive: deinde reddito voto Saxonico, Legatus Saxonicus interrogavit Legatos Brandenburgicos, aliosque ad consilium vocatos Principes aut eorum Legatos, & omnium tandem sententiis exquisitis, Moguntinus suam ultimo loco addidit sententiam, cum indicatione, quonam major pars tenderet. *Reink. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 1. Cl. 3. c. 5. Limn. tom. 4. ad lib. 3. c. 10. p 363.*

39. In solennibus curiis, positum ante ædificium sessionis Imperialis vel regalis acervum avenæ, postquam equo insidens mensuram avena replevit, populo diripiendum relinquit, *de quo supra.*

40. Vacante Imperio est ejusdem Vicarius & provisor, in illis locis ubi jura Saxonica vigent, *de quo supra.*

41. Subditi ejusdem ad aliud judicium, extra territorium trahi non possunt; nec ab ejusdem processibus, sententiis interlocutoriis & definitivis, sive præceptis, ad quodcunque aliud tribunal licet appellare, quamdiu querulantibus justitiam non denegaverit. *A. B. c. 11. § 3.*

42. Extenditur hoc privilegium ad singulos Ducatus & ditiones Domus Saxonicæ: etiam ad eas, in quibus jus civile locum obtinet, ut in ditione Coburgensi & Hennebergensi, usque ad Sylvam Thuringicam. *Gylmann. tom. 3. Symphor. fol.*

fol. 31. *&* 274. *Limn. dict. loc. ubi etiam iis respondet, qui putant, hoc privilegium fuisse tantum concessum, & extensum ad ea loca, ubi jus Saxonicum viget.*

43. Elector Brandenburgicus est Imperii Archi-Camerarius. *A. B. cap.* 27. Habet sextum votum in Electione Imperatoris. *A. B. c.* 4. §. 3.

44. In Processionibus Imperialibus gerit Sceptrum. *A. B. c.* 24. *&* 26.

In Coronatione Caroli IV. Juliacensis, in cujus clientela erat Aquisgranum, ubi coronatio fiebat, ipsi controversiam movit, & novo Principi sceptrum præferre voluit. Carolus IV. pro Brandenburgensi pronunciavit. *Limn. tom.* 5. *ad l.* 3. *c.* 7. *Limn. p.* 200. *& c.* 11. *p.* 214.

45. Habet privilegium de non appellando, fere ut Elector Saxoniæ. *Vide præter hæc plura in Instrum. Pacis art.* 11. *& Limn l.* 3. *c.* 11. *& ibid. addit.*

46. De Electoris Bavariæ Juribus *vide Instr. Pac. art.* 4. *& Limn. tom.* 5. *ad l.* 3. *c.* 9. *p.* 207. *& seqq.*

TIT.

TIT. XIII.

De Juribus & Praerogativis omnium Principum.

De titulo Principis, Archi-Ducis, Ducis, Comitiis Palatini &c. *supra egimus*, de reliquis titulis omnium Principum, usque ad Barones, nunc pauca sunt dicenda.

1. Tituli 1. qui in Recessibus Imperii ponuntur, authentici sunt, 2. quos Curia tribuit. 3. quos exteri tribuunt. *Vide Baecl. in Not. Imp. lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 45. 4. potissimum quos Imperator tribuit. Imperator enim omnis in Imperio nostro honoris atque dignitatis fons & origo est.

2. De hoc jure tribuendi titulos, in Capit. Leopoldi Imper. nostri, *art.* 44. ita dispositum est. Wollen auch / zu praejuditz oder Schmälerung einiges alten Hauses oder Geschlechts / desselben dignität / Stands und üblichen Tituls / keinen / wer der auch seye / mit neuen praejudicaten / höhern Tituln / oder Wappen-Brieffen begaben / soll auch einem oder andern unter Chur-fürsten / Fürsten und Ständen des Reichs Gesessenen und begüterten / zu höhern Stand-Erhe-

Erhebung / dem juri territoriali nicht nachtheilig seyn / und ihme die zugehörige und in solchen Landen gelegene Güther einen als den andern Weg unter voriger Lands-Fürstlichen jurisdiction verbleiben.

3. Quo tempore mos titulos augendi & adjiciendi pro numero ditionum & dignitatum cæperit, *supra dictum est*.

4. Principes præscribunt & præmittunt litteris suis. Nos, WJR / quasi eo velint significare, se non simplicem & individuam personam sustinere, sed ratione potestatis dignitatisve, plures repræsentare. Principes seculares hoc primi fecerunt: Ecclesiastici eos secuti sunt, ita tamen ut quibusdam ex Ecclesiasticis & secularibus variatio placuerit, & se in Recessibus Imperii mox subscripserint Wir / mox Ich / e. g. in R. J. Spirens. 1544. & in R. J. Wormat. 1545 legimus, Ich Gerwig Abt zu Weingarten / in R. J. Trevirensi 1512. legimus. Ich Bernhard Graf zu Solms.

5. Voci Wir / in titulis Principum junguntur Verba: Von Gottes Gnaden. Quo modo scribendi Principes Imperii usi sunt a tempore immemorali, ejusque originem fere ignoramus.

Probabile tamen est hunc morem cæpisse tempore Ottonum Imperatorum, qui-

quibus imperantibus Ducatus & Marchionatus Imperii hereditario jure possideri cœperunt.

6. Inter vetustiora Germanici Imperii exempla, referri potest, quod 977 Ottone secundo imperante, Otto Dux Wasgoviæ in fundationis Diplomate Monasterii sancti Lamberti, se gratia Dei regnare, Wir Otto von Gottes Gnaden / Hertzog von Waßgau / subscripserit. *Phil. Simon. in Chron. Episcop. Spirens. rubr. de Episcopo Bertoldo* 22. Ecclesiastici longo tempore hoc titulo abstinuerunt, memores professionis suæ humilitatis. Nec sub Carolingorum regimine facile reperies, Episcopum aliquem tali inscriptione usum fuisse; Episcopus Argentinensis Heddo, in testamento suo, hæc verba præposuit; ego Dei nomine Eddo peccator, per Misericordiam Dei vocatus Episcopus: *Guilliman. de Episcop. Argent. in Eddone.* Subsecutis temporibus, Episcopi communiter Divina permissione vel indulgentia, auß Gottes Verhängnüß / oder aus Gottes Erbarmung / tale officium se gerere scripserunt. *Vide Simon. de Epis. Spir. passim.* Postquam vero integros pagos, districtus, territoria cum Jurisdictione appetere, eaque ab Imperatoribus obtinere cœperunt, titulo & inscriptione Dei gratia usi sunt. Sicut de Episcopo Constantiensi

in

in Instrumento 1388. *confecto* legimus: Wir Burckhard von Gottes Gnaden / Bischoff zu Constantz. De Archi-Episcopo Moguntino legimus, quod anno 1354. in attestato aliquo publico parem titulum adhibuerit, Wir Gerlach von Gottes Gnaden / des heiligen Stuls zu Mayntz Ertz-Bischoff. Exempla vetustiora reperies apud *Trithemium in Chronic. Sponheimens. sub Adelberto Archi-Episcopo anno* 1127.

7. Quo titulo sensim recepto Ecclesiastici Principes immediati, in hunc usque diem utuntur, fruuntur; & nulli alii Duces aut Comites subalterni, cujuscunque Regis aut Monarchæ existant, utcunque se liberos esse pronuncient, in suis rescriptis aut Instrumentis publicis, absque læsæ Majestatis crimine eo uti audent. Hinc de Ludovico XI. Galliarum Rege, refert Bodinus, eum sub gravi pœna Francisco Armoricum Duci mandasse, ut hanc inscriptionem suis rescriptis præmissam detraheret. *Bodin. de Rep. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 772.

Testatur quoque Petrus Ærodius, Comitem Armeniacum, quod se gratia Dei inscriberet, sub Carolo VII. Galliarum Rege, propterea læsæ Majestatis criminis accusatum fuisse, eo quod hisce verbis a regia potestate se liberare videretur, unumque se, non Carolum Regem

S obser-

observari velle videretur. *Petr. Ærod. rer. judicat. lib. 7. c. 9. Theodor. Hoeppink. de jure insign. vide Myler. de stat. Imp. part. 1. c. 30.*

8. Quia autem Principes Imperii suam potestatem non immediate a Deo acceperunt, hinc Berchtoldus de Zeringen ita scribere solitus est. Ego Berchtoldus de Zeringen, Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali Gratia. *Vide Pithæum livr. 1. des Comtes de Cahmpagne, & Brie.* Sic Rudolpho Regi Romanorum scripsit Odagrius; Odagrius Dei & Imperatoris Gratia, Bohemiæ Rex. *Megiserus in Annal. Carinthiæ lib.* 8. *cap.* 37. *pag.* 898. Ut ita dicendum videatur, Principes nostros hoc titulo modestiæ tantum gratia uti, ut ostendant, se memores esse, in omni actione esse Deum, a quo proficiscuntur & emanant omnia. Id quod Fridericus III. majori emphasi etiam aliquando expressit, quando dixit: In der Reformation zu Franckfurth am Mayn 1442. auffgerichtet / *in pr.* Sintemahl wir von Gottes Gnaden / unverdienter Sachen zu der Würde des Römischen Königlichen Gewalts erhöhet. Idem fecit Maximilianus in der Reformation, die Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend / zu Wormbs *Anno* 1495. *in pr.* Nachdem wir von Gottes Gnaden zu der Höhe Römischer

Kö-

Königlicher Würde unverdient beruffen und kommen seynd.

Sic circa annum Christi 1050. Fridericus ab Hohenstauffen, Dux Sueviæ, hereditario jure ab Henrico IV. creatus, hoc titulo usus est: Friederich / von Verhängnüß Göttlicher Mildigkeit / Hertzog zu Schwaben und Francken: *Crusius part. 2. l. 7. c. 1. Annal. Suevic.*

9. Verum, ut ut hoc pium sit & Christianum, laudemque maximam mereatur tamen specialem Principibus prærogativam tribuere non potest, omnes enim æque gratia Dei sumus, quod sumus, teste Apostolo, non nostra opera aut merito.

Hinc nullum dubium est, quin isti, qui Majestatem habent, hac formula ostendere velint, suam potestatem esse immediate a Deo, & non ab hominibus, ideoque etiam eum hominum judicio non subjici. Id quod Ludovicus Bavarus notabili sanctione declaravit, *apud Goldast.* Declaramus, inquit, quod Imperialis dignitas & potestas est immediate a solo Deo. *Vide supra de titulis Imperator.*

10. An autem Principes Imperii nostri hunc titulum adhibeant, quia Superioritas territorialis ipsorum est majestatica & independens, ut quidam volunt, merito dubita-

bitaveris. *Sicut enim infra probabimus*, omnis ipsorum Superioritas territorialis est potestas dependens.

Hinc nos putamus: quia Respublica nostra est mixta ex Monarchia & Aristocratia, Principesque ac Status de summa Imperii potestate participiant, ac non minus subjectum majestatis existentiæ sunt, ac ipse Imperator, quod se scribant DEI Gratia, non minus ac ipse Imperator, non quidem respectu Superioritatis territorialis, hæc enim *ut dictum* dependens est: sed respectu juris, quod in Comitiis habent.

11. Nec obstat, quod præmittant hunc titulum ibi, ubi agitur de Superioritate territoriali: hoc enim non fit propter Superioritatem territorialem, sed quia nemini competit Superioritas territorialis, nisi isti, qui est Status Imperii, *ut infra dicemus*.

Alii putant, Imperatori prædicatum hoc competere primario & per Excellentiam: Principibus vero secundario.

Alii distinguunt, *ut dictum*, inter formulas pietatis & authoritatis: atque dicunt, priori uti eos, qui habent aliquem superiorem; posteriori, qui nullum majorem agnoscunt.

12. Præterea eos appellamus Serenissimos, Celsissimos, Illustrissimos, Illustres &c.

ſtres &c. Duces germanice, Durchleuch=tigkeit / quod prædicatum, *ut dicunt*, primus Dux Bavariæ ſibi aſſumpſit: reliqui Principes plerique in eo ipſum ſecuti ſunt. Uno verbo, omnes fere eminentes tituli hodie ſummis poteſtatibus attribuuntur, etiam, Optimi Maximi niſi quod ſolus omni potentiæ titulus divino Numini manſit ſingularis; unde Fœderati Belgæ tantum Alti-potentes ſalutantur.

Ante aliquot annos quidem diſputatio habita eſt Argentorati, cujus titulus eſt de orbe Tarraqueo ubi Reſpondens dedicationem ita concepit: DEO omnipotentiſſimo, & Regi Galliarum omnipotenti: ſed valde propterea a Profeſſoribus notatus, & merito: ubi enim non eſt comparativus, ibi non eſt ſuperlativus, & ſi non dantur duo omnipotentes, multo minus dabitur omnipotens & omnipotentiſſimus.

Quamvis hæc talia hic forte aliena videri poſſint: a titulis enim, de quibus nos hic agimus, authenticis & curialibus, diſtinguenda ſunt epitheta & elogia, a privatis tributa, *de quibus vide Bæcler, in in diſput. de S. R. Imperio voce Imperium.*

13. Principum prærogativa & præcellentia, præ reliquis Statibus inferioribus,

apparet etiam in titulis, quos Legatis suis vel tribui volunt, vel si iis hi denegentur, eos & aliorum Legatis denegant, quique propterea & præterito & hoc tempore multis disputationibus occasionem præbuerunt.

Eitel Friederich von Herden / in der Grundveste des heiligen Römischen Reichs / *pag.* 59. de hac re ita scribit: Bey bißherigen Reichs-Versamlungen seynd die jenige Churfürstliche Gesanten / welche ihnen das prædicat Excellentz von denen Fürstlichen gegeben haben wollen / entweder gäntzlich unbesucht und unangesprochen verblieben / indem die Fürstlichen sich ihrer gar geäussert / oder im fall einer oder anderer einen zu sprechen begehret / sie von ihnen nicht admittiret / oder doch nur durch einige adjunctos empfangen und gehöret worden. Gleicher gestalt / als auff jüngstem Regenspurgischen Reichs-Tag der Churfürst von Cöllen / die audientzien denen Chur- und Fürstlichen Gesanden mit bedecktem Haupt zu geben begunte / blieben nicht-allein die meisten davon / sondern auch einige Churfürstliche / da ihnen solches begegnete / würden zu ebenmässigem Hut auffsetzen / der Churfürst aber durch solche retorsion, seine angemaste Weise gegen sie zu ändern / so bald bewogen.

In tractatu Pacis Osnabrugo-Monasteriensi Principes mirum in modum inter

ter se dissenserc. Præbuere rixarum initia Electorum Legati, Excellentiæ honorem atque appellationem a cæteris sibi deferri, vehementius efflagitantes, quam aut loco aut rei conveniebat, idque vocabulum, ut veteri mori adversum, & tanquam Dominos inde, hinc famulos arguens, Parthorum regno quam Germanorum libertati convenientius esse, dicebant Principum protestantium Legati: quamquam autem lis in medio indefinita remansit, tamen illa, hinc sibi tribuentium, inde negantium illos honores titulosque, contestatio, multum de necessaria in animorum commune bonum conspiratione detraxit; unde illud quoque consecutum est, ut Saxonis & Brandenburgici Electorum Legati in commune cum cæteris Principibus protestantibus minime consuluerint, sed veluti omnium arbitri separati egerint, & codicillis ad cæteros missis, Dominorum suorum jussa insinuaverint, læto, sine dubio, his controversiis, Cæsare, qui sub Comitiorum initia, quum vetera Jura repeterent ordines, nec quicquam nisi suo arbitratu consensuque incipi gerique vellent, assensus est, nisi in iis, quæ singulari prærogativa ad Electorum collegium pertinerent, illorum imitatus Principum exempla, qui plurium Imperium juxta libertatem, pau-

corum dominationem regiæ libidini propiorem existimarunt. *Vide Forstner. in Epist. p. 14. & 15.*

Cum in ultimo Conventu Neomagensi anno 1677. idem eveniret, & Imperator noster atque Rex Galliarum Electorum Legatis titulum Excellentiæ darent, eumque Principum Legatis denegarent, hi pacis negotiationem cum ipsis ingredi constanter denegarunt, usque dum idem titulus Excelleutiæ ipsis tribueretur. *Vide novissimum tractatum sub ficto nomine Cæsarini Furstenerii, de Jure Suprematus & Legationis Principum Germaniæ.*

14. Habent item Principes Imperii insignia nobilia & familiæ, Turnier-und offene Helm: quæ insignia & Fœminæ, licet in aliam familiam transeant, non plene abjiciunt. Sicuti & apanagiati, qui & titulum primogeniti gerunt: nisi quod in filiis Electoralibus, ille qui non est Elector, Electoris titulo abstineat, & insignia familiæ retineat.

Insignia in genere sunt impressiæ constantes, summi Principis authoritate alicui concessæ, aut propria voluntate adsumptæ, personam a persona, familias a familiis, civitates a civitatibus, collegia a collegiis varie distinguentes. *Vide Limn. I. P. lib. 6. cap. 6. n. 23.*

Im-

Impressa est vox Italica, sed significantissima, figuram symbolicam animo aliquid objicientem, denotans: unde insignia sunt impressiæ, h. e. symbola statum alterius animo imprimentia.

15. Insignia dicuntur impressiæ constantes, ut discernantur ab emblematibus & figuris, certo negotio, e. g. nuptiali, funebri &c. adhibitis.

16. Insignia, vel adsumuntur propria authoritate, qualia sunt *primo* ea, quæ Reges & Principes, superiorem non habentes, sibi eligunt, e. g. Imperator Aquilam bicipitem: Galliarum Rex Carolus VI. tria lilia: Hispaniarum Rex varia, pro regnorum varietate; Angliæ Rex, tres leones & tria lilia; Rex Poloniæ albam aquilam coronatam, hiante rostro & extensis alis; Rex Bohemiæ Leonem rubeum, bifurcata cauda &c.

Secundo ea, quæ ab inferioribus assumuntur: quales sunt præsertim mercatores, qui propria authoritate sibi signa fingunt, dummodo hæc careant omni fraude. Vel conceduntur a Superiore; ut in Imperio nostro Imperator ea concedit, vel per se, vel per alios. Sic insignia concedere possunt Archi-Duces Austriæ. Item Comites Palatini, die Reichs-Hoff-Grafen/

quibus poteſtas iſta, inſignia Cæſareo nomine elargiendi ſpecialiter data eſt, ſed maxima cum reſtrictione: plerumque ita, ne alicui integram aquilam, maxime Imperialem, aut coronam regiam in galea, vel galeam torneariam apertam & cancellatam concedant, aut avita quorumvis Principum, Comitum, Baronum & Procerum arma, ſeu inſignia largiantur. *Sagittar. de Comit. Palat. th.* 33. *lit. C.*

17. Quomodo hæc facultas inſignia concedendi in Capit. Leopold. ſit reſtricta, *ſupra occaſione titulorum diximus ubi vide.*

18. An Imperator inſignia Imperii concedere alicui poſſit? quidam negant, ne contrario admiſſo, ex paritate inſignium, maxima in compluribus oriatur confuſio, fraudique feneſtra aperiatur; neve præterea, proprium quod eſt regni ſignum, illud aliis communicetur. Quid factum ſit, de his inſigniis Imperialibus, & an nulli fuerint communicata, ſupra videri poteſt. *Add. Limn. Add. ad l.* 6. *c.* 6. *n.* 28.

19. Inſignia in genere diviſa ſunt, nobilia vel ignobilia.

20. Nobilia ſunt, quibus galea perforata adjecta, quam nos vocamus einen offenen Helm / nonnunquam corona exornata.

Igno-

Ignobilia, quibus galea clausa: Verschlossener und zugethaner Helm / adjecta. Quamvis hoc assertum non omni dubio careat: cum constet, Principes viros non tam præcise hunc morem observasse, sed quandoque clausa etiam usos esse galea. Unde de Ducibus quibusdam Brunsuicensibus, in illustri exam. In causa Braunschweig *quæst.* 8. *pag.* 178. & *seq.* Item Braunschweig Histor. Händel. *part.* 3. *pag.* 1452. ita legitur: Daß die löbliche Hertzogen von Braunschweig / wie nicht weniger andere Fürsten mehr / und in specie Hertzog Bernhard und Heinrich zu Braunschweig / *anno* 1388. einen geschlossenen Helm / und einen eintzelen Löwen im Schild / auff dem Helm aber das weisse Pferd geführet / wie solches aus dem vorhin *pag.* 176. beygetrucktem Abdruck zu finden. So hat gleichfals Hertzog Otto ein Siegel / so an dreyen Brieffen dero Stadt Seesen geben / zween Löwen / und droben ein geschlossenen Helm / mit dem weissen Pferd / geführet / deßgleichen hat auch Hertzog Heinrich der älter zu Braunschweig / welcher ein vortrefflicher Kriegs-Held gewesen / auch im Krieg sein Leben ritterlich gelassen / und die Stadt-Braunschweig wegen ihres Ungehorsambs bekriegt / sein Wappen *in anno* 1471. mit einem geschlossenem Helm geführet / wie dann dergleichen Wappen noch eines / in

Stein gehauen / auff dem Fürstlichen Schloß Wolffenbüttel an einen alten Zwinger zu befinden.

21. Quo accedit, quod nec quilibet, cujus insignia sunt nobilia, protinus supra campum galea utatur; nonnullos enim professio impedit, nonnullos vero sexus. Ita Archi-Episcopi, Episcopi & Abbates mitras habent, sed inter se paululum differentes. Archi-Episcopus mitræ adjunctam habet crucem; Episcopus lituum einen Bischoffs-Stab: Abbas mitram solam, aut lituum solum. Sunt tamen non-nulli Prælatorum, qui & mitra & galea utuntur, in quibus concurrit duplex Jurisdictio & respectus. Sexus mulieribus impedimento est, quo minus utantur galea. Illustriores fœminæ, coronas imponunt scutis, regias, ducales &c. pro cujusque dignitate.

22. Nobilia iterum sunt vel familiarum vel officiorum.

Hæc potissimum competunt Personæ, quæ munus fert. Quamquam interdum, inprimis ubi munera hereditaria facta sunt, liberi alii, quam qui munus gerunt, in memoriam a Parentibus gesti muneris, isthæc insignia sibi propria reddant. In Imperio nostro exempla habemus in Bavaro, Palatino, Saxone, Brandenburgico,

gico, Electoribus: quorum quilibet, insignibus gentilitiis officii sui junxit insignia.

24. Partes insignium sunt *Primo*, scutum seu campus, cui insignia inhærent. *Secundo*, Emblemata seu figuræ, atque colores, scuto adhærentes. *Tertio*, Galea, eaque clausa vel aperta. *Quarto*, Clinodia, qualia, Apex plumeus, Galli, Corvi, ipsa cornua. *Quinto*, sustentacula, alias telamones, qualia in insignibus anglicis Leo & Draco vel unicornu; in Gallicis, Angeli.

Solent & elogia aliquando adjici, ut armis Anglicanis: *Hony soit, qui mal y pense*.

25. Insignium varius est usus; *Primo*, annulis signatoriis insculpi solent. *Secundo*, monetis imprimi. *Tertio*, vexillis quoque impingi solent. Sic vexillum Imperii proprium habet, ut in medio imperialis fulgeat aquila: R. A. zu Speyer *de anno* 1542. §. Wann auch *&* *seqq*. *Quarto*, non nunquam Ecclesiis apponuntur insignia, in signum juris patronatus. *Quinto*, quandoque civitatum portis, curiis, aliisque ædificiis publicis: item columnis in via publica, lapidibusque affixa, depicta, insculptave sunt, in symbolum Superioritatis. *Sexto*, Privati quoque possessionibus rebusque suis insi-

gnia propria jungunt. in characterem dominii. *l. 14. infin. ff. de peric. & com rei vend.* Indeque præsumitur, quod balla illius sit mercatoris, cujus signum habet.

26. Insignia interdum augentur, e. g. novarum ditionum adjectione: interdum minuuntur, e. g. ditionum alienatione; interdum mutantur, ad placitum scilicet Domini. Sic contigit Civitati Egranæ, quæ, postquam ab Imperio, pignoris jure, ad Bohemiæ transiit regnum, aquilam, quam antea in scuto liberam habuit, inferiora ad membra nunc constrictam & cancellis obtinet inclusam; interdum omnino expiranr. *Primo*, si familia, cui insignia adjuncta erant, intereat, unde moris est: Wann der letzte des Stamms und Nahmens verstorben/ das signet, Schild und Helm / bey dem Grab theils zu verbrechen / zerschlagen / theils mit beyzulegen und zu begraben. *Secundo*, sententia superioris, in quem crimen læsæ Majestatis fuit commissum, ab eo, cujus cassantur atque delentur insignia.

27. Scientia insignium hodie vocatur Heraldica, ab Heroldis, quorum hoc in aliis Regnis est officium, ut curam insignium personarum illustrium pariter ac inferioris notæ suscipiant. *Vide de tota hac materia tractatuum Davidis Hoppingii,*

gii, de Jure Insignium, qui unus est instar omnium Besold. in thesaur. practic. voc. Wappen / *& voce* Käyserliche und Königliche Zierde / *inprimis etiam tractatum DD. Speneri. De Historia insignium Illustrium, seu Operis Heraldici Partem specialem. Insignia plerorumque Comitum & Nobilium Germaniæ exhibet liber, cui titulus,* Wappen-Buch / *Norimbergæ impressus, cujus author est* Siebmacher.

28. Pertinet quoque ad Principum dignitatem & prærogativam, quod alios, qui non sunt Princides Imperii, præcedant.

29. Nobis nihil hic dicendum est de præcedentia, ejusque regulis, quæ desumuntur, vel ex jure naturæ vel civili: neque de præcedentia Regum & Majestatum exterarum; omnia enim hæc aliena sunt a nostro instituto: sed tantum de præcedentia Principum nostrorum, prout legaliter est definita, seu prout legibus Imperii publicis descripta est. Imprimis videnda hic est. *A. B. pass. de præcedentia Electorum.* Quamvis tamen & hic proprie de ea agere non deberemus, cum de juribus Electorum supra dictum sit; nihilominus tamen, cum jura quædam communia habeant cum ipsis Principibus; potissimum etiam circa materiam titulorum, non incommode ea hic tradi posse videntur.

Im-

Imprimis, cum nos agamus de Prærogativis Principum respectu Inferiorum, & eorum, qui hoc nomine non veniunt.

30. *Primo*, Aurea Bulla *cap.* 3. 4. 22. & 23. Electoribus certos præcedentiæ terminos ponit, *de quibus passim dictum est.*

Secundo, in Comitiis Electoralibus, Ratisbonæ 1636. a Collegio Electorali constitutum est, daß die auß einem Chur-fürstlichen Hauß gebohrne Fürsten vor andern Fürstlichen Häusern die præcedentz und Vorsitz haben sollen.

Tertio, quando Elector abest, ejus Legatus postponitur Electori præsenti, licet ejus Principalis si adesset, ipsum præcederet. *A. B. c.* 28. §. 6.

Non autem aliis Principibus præsentibus, hinc etiam, licet anno 1520. die 21. Octobr. in inauguratione Caroli V. Legatis Electoris Saxoniæ, a Duce Johanne Clivensi, de præcedentia controversia moveretur, ita ut pompam istam, quam Germania non viderat illustriorem, mox interpellasset. *Sleid. lib.* 2. tamen pro Legatis Electoris Saxoniæ pronunciatum est.

In Comitiis Ratisbonensibus, anno 1653. Legati Electoris Bavariæ etiam Carolo Ludovico, Palatino Rheni, controversiam

versiam moverunt, & loco cedere noluerunt: sed a Collegio Electorali merito pro Serenissimo Electore præsente in persona pronunciatum est.

Licet autem postponantur Electoribus, vota tamen ipsorum exquiruntur, eo ordine & loco, ac si sui Principalis sedem occupassent.

31. Hæc Electorum observantia etiam ad cæteros ordines usque penetravit, & peculiari inter ipsos pacto est confirmata, anno 1566. *Vide Author.* des außführlichen Berichts / wie es auff dem Reichs-Tag zugehet. *cap.* 5. Ita, ut Legati Principum in Comitiis & Conventibus Imperii, secundum ordinem, qui observaretur, si ipsorum Domini præsentes essent, sederent & vota dicerent; quod si vero ex Principibus ipsis aliquis præsens esset, eum istius Legatis ante poni, cui, si ipse adesset, postponeretur.

32. An etiam hoc observari debeat, si Princeps Imperii, qui per se votum & sessionem in Comitiis non habet Legatus alterius est? quæsitum est *anno* 1653. & placuit Senatui Principum, quod hoc in casu Legatus debeat occupare locum sui Principalis.

33. Porro an id, quod dictum est, quod Principes præsentes antecedant Legatos absentium, intelligendum sit de Prin-

Principibus, qui noviter in Statuum numerum sunt recepti? hoc voluerunt Principes in Comitiis Ratisbonensibus *anno* 1644. Verum hoc novis Principibus nimis onerosum videbatur esse, & Cæsareæ benignitati contrarium, consuetudinique Imperii & recepto mori inconveniens, ideoque protestatione interposita, illud subire recusarunt. Cum in Comitiis subsequentibus *anno* 1653. Ratisbonæ iterum de hac quæstione consultaretur, post multam votorum varietatem, majora eo tenderunt, ut novorum Principum Legati, exclusa omni remora, ad sessionem & votum in Senatu admitterentur. Et si ipsi novi Principes in Senatu comparerent, quod illi ante Legatos cæterorum Principum locarentur quidem, sed vota post eosdem exponerent.

34. Ab hac regula excipitur Domus Austriaca & Burgundica, harum enim Domuum Legati in Comitiis præponuntur Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, ut patet ex subscriptionibus Recessuum. Quidam volunt etiam excipere Legatos Archi-Episcopi Salisburgensis: sed absque fundamento.

Plura de præcedentia in Imperio nostro, ejusque historias, *vide ap. Limn. l. 4. c. 9. & in Add. apud Besold. in diss. de Præcedentia & Sessionis Prærogativa c. 2. toto.*

35. De-

35. Definitio harum controversiarum, ut ex variis Recessibus Imperii patet, pertinet ad Imperatorem, qui eas determinat, vel plene vel provisionaliter, sive per temperamentum ad interim comparendum, *vide authorem* der Grundfeste *part.* 2. *c.* 2. *p.* 62. *&* 63.

36. Jus, quod quis prætendit, conservatur variis modis e g. eligendo sibi anomalam sessionem, h. e. extra cæterorum ordinem; protestando, petendoque, ut protestatio actis insinuetur, alternando, utendo promiscua sessione, plane abstinendo a Conventibus. *Vide de his omnibus Limn. dicto loco.*

37. Interim certum est, has concertationes esse perniciosissimas, & maxima incommoda secum trahere, *ut patet ex Recessu Imperii, de anno* 1603. §. Der in dem heiligen Reich.

Quamquam in hac noxa veniunt considerande, non tam mora in comitialibus deliberationibus, & notabilis quidam defectus expeditionis: quam præsertim animi, qui hisce rebus valde distrahuntur ab illa arctiore conjunctione & confidentia: denique etiam hæc inter occultas causas plurimarum in Imperio distractionum est.

38. De præcedentia inter exteros, *videantur Libri Theodori & Dionysii Gothofredi*

fredi, *Le Ceremonial de France*, *duobus tomis in fol. Theodori Grafwinckelii de præcedentia inter Rempubl. Venetam & Sabaudum. Ferdinandi Vasquii*, *præfatio controversiarum Illustrium. Jacobi Gothofredi lib. posthum. de jure Præced. Crusii de Præcedentia.*

39. Ad Jura prærogativa Principum referuntur etiam prætensiones, quas habent contra alios. Collegit breviter has prætensiones Illustres, *Johann. Theodor. Sprenger.* & bono Principi suo subjunxit, ubi itidem externa immiscet. *Dn. Philippus Jacobus Spenerus*, *SS. Th. Doctor*, *& Francofurti ad Mænum Pastor primarius*, *in manuscripto*, *cui titulus de Prætensionibus Illustribus.*

40. Item huc pertinet, quod Principes habeant in suis causis peculiares judices, *de quibus partim supra diximus*, *de Reservatis Imperatoris*, *partim autem infra dicemus.*

De Jure singulorum Principum, *vide apud Limn. & alios.*

TIT.

TIT. XIV.

De Juribus Civitatum Imperii propriis.

Imperialium Civitatum præ cæteris excellentiam & splendorem communem, partim tituli & encomia, partim jura & prærogativæ commendant.

1. Ad titulos primo pertinet, quod audiant, Erbare und freye Reichs-Städte: secundo, nobilia Imperii membra: tertio, Illustres Respulicæ: quarto, fulcra & columnæ Imperii: quinto, sanctæ, in Reformatione Politica Sigismundi, ubi *c.* 10. ita legitur: Da wurden die heilige Reichs-Städte geordnet und gefreyet / darumb stehen Sie geschrieben heilig / dann ihnen ward befohlen / alle Gerecht- und Göttliche Seeligkeit / und wurde die Christenheit durch sie gestärckt / und wurden ihnen Geist- und Weltliche Rechte empfohlen / als dem Käyser das Reich / *vide Gold. tom.* 2. der Reichs-Satz. *p.* 133.

2. Ad jura Ipsarum pertinet: Primo, quod immediate Imperatori & Imperio subjaceant.

3. Secundo, quod sint Status Imperii, & sessionem & votum in Comitiis habeant

beant decisivum, *de quo infra plur. dicem. in tit. de Comitiis.*

4. Tertio, quod habeant Superioritatem territorialem; *de quo tit. seq.*

5. Quarto, quod possint celebrare conventus: *de quo in capite de Comitiis.*

6. Quinto, quod præcedant Nobiles Imperii immediatos.

Hoc tamen inter Civitates Imperiales & nobilitatem immediatam valde controversum est. Et primo quidem, anno 1619. in Conventu Correspondentiæ Norimbergæ, inter Ordinem Equestrem Franconiæ & Civitates Imperiales orta contentio est: deinde Francofurti 1631. & 1634. & tandem vehementer agitata 1647. misso a Nobilitate Wolfgango a Gemmingen in Monasteriensem dietam.

Fundamenta Civitatum sunt hæc: *primo*, consueta formula actorum publicorum, ubi Electorum, Principum & Statuum fit mentio: nobilitas vero immediata nunquam Statuum nomine venit, in Matricula non continetur, ad Comitia non vocatur, nec suffragium illi conceditur, quod Civitatibus in Comitiis & circularibus Conventibus nunquam negatur; Status autem Imperii haud dubie ei præferendus, qui non est Status, nec

enim

enim major in Imperio, quam illa admiſſio, dignitas eſſe poteſt.

Secundo, in Pace Religioſa; poſtquam primo loco Regula præſcripta Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, tandem ultimo loco Conſtitutio etiam ad nobilitatem immediatam extenditur.

Tertio, quamvis nobiles 1619. Norimbergæ & Francofurti 1631. & 1634. primum locum affectarent ante Civitates, his tamen prærogativa antiqua ſervata eſt.

Fundamenta Nobilium ſunt *primo:* Stylo Imperii & Conſtitutionibus Imperii, quoties mentio fit Nobilitatis & Civitatum, illa præponitur. Reſpondent Civitates *primo* contrarium eſſe in uſu: *ſecundo*, ſæpe in hujuſmodi Conſtitutionibus, dignioribus minores nominandi ordine, anteponi.

Secundo, in toto mundo Nobiles ignobilibus anteponuntur. Reſpondent Civitates, Civitates, 1. in ignobilium ordinem perperam referri, 2. reſpectum hic non ad ſingulos, ſed ad univerſos habendum.

Tertio, hac antelatione degradari Nobilitatem, & pretium adimi ordini equeſtri ac militari: reſpondent Civitates, non ita Nobilitati propriam eſſe militarem gloriam, quin & in Civitatibus refulgeat.

Quar-

Quarto, Nobilitatem semper junctam fuisse Comitibus & Baronibus: respondent Civitates 1. Non ex ea conjunctione, sed ratione & dignitate Status æstimari prærogativam in Imperio. 2. Si Comitibus & Baronibus conjuncti sint Nobiles, manere tamen nobiles, & non fieri Barones. De cætero etiam Civitates vicinis & extraneis Principibus ac Regibus jungi fœderibus.

Quinto, Nobilis si Baronis dignitatem nanciscatur, eo ipso Civitatibus anteponitur: quanto vero præstat uni Nobili, universus ordo. Respondent Civitates; Præcedit Baro non ut Nobilis, sed ut Imperii Status, quo ablato respectu, cadit prærogativa.

Sexto, quum Nobilitas mediata anteponatur Civitatibus Provincialibus, immediatam immediatis etiam præferri debere. Respondent Civitates; non respiciendam solam immedietatem, sed prærogativam Status Imperii.

Septimo, dari a Cæsare Nobilitati titulum, Edele / Civitatibus vero; Ehrsame / und Erbare: respondent civitates: ex prædicatis talibus nihil colligi.

Octavo, Nobilitatem fuisse Statum Imperii, & ante 200. annos locum habuisse in Comitiis. Respondent civitates; hoc

hoc perinde esse, ac si non habuerit jus illud.

Conringius *ad Lamp. part. 3. c. 7. §. 2.* judicat. Nobilium istorum postulatum, dum enixe sæpius petierunt, sese inter Imperii Ordines ad Comitia convocandos, recipi, omni jure niti, quum vero hactenus frustra hoc petierint, illos esse extra dignitatem, quæ urbibus debetur. Plura jura hic non recensemus; sicuti nec Jura propria uniuscujusque Civitatis: hoc enim compendii nostri modum excederet, sed Lectorem remittimus *ad Limnæum*, & inprimis *ad Knipschildium*, qui materiam de Civitatibus justo volumine complexus est.

TIT. XV.

De Superioritate territoriali & Personis, quibus ea competit.

Transimus ad Jura, omnibus Statibus Imperii communia, quæ uno vocabulo, Superioritatis territorialis, comprehendimus.

1. Res quidem nota est, & cœpit eo tempore, quo territoria Principum facta sunt hereditaria. *Vide disp. Eybenii de Origine dicti.* Quilibet Princeps in suo

territorio tantum poteſt, quantum Imperator in univerſo Imperio Ludolphum Hugonem *in tractatu, cui titulus, de Statu Regionum Germaniæ & Regimine Principum, ſummæ Imperii Reipublicæ æmulo.* De quo judicium Bœcleri hic merito adſcribimus. Hic (ſcilicet Ludolphus Hugo) inquit, in hac quæſtione, de forma Imperii, caute, ſobrie, eruditeque inceſſit, conſcripto nobili Commentario, de Statu Regionum Germaniæ. Iterari & augeri editionem, e Republica crediderim. Hic diſtincta videbis, quæ vulgo confunduntur; explicata, quæ intricantur. Ita autem ſe comparaſſe videtur, ut ſive in Republica Imperii, Monarchiam declarare, ſive mixtum ex Monarchia & Ariſtocratia Statum probare velis, non ſis habiturus eum adverſarium, quamvis lectorem, captum viri doctrina & judicio, nunquam ſatiari, & ſemper aliquid ultra expetere fas eſt. *Not. Imp. l.* 22. *c.* 3.

2. Sed verba, quibus hæc poteſtas exprimitur a Doctoribus, varia ſunt; aliqui enim omnimodam juriſdictionem vocant, alii Superioritatem teritorialem, ſummam juriſdictionem, generale dominium, & quæ ſunt alia. Regalia quoque alii dicunt, idem eſſe, cnm jure Superioritatis: rurſus alii Regalia jure

Supe-

Superioritatis majora; aliqui & inferiora.

3. Difficultas in his maxima ostenditur: primo, quod nec Jure aliquo scripto, nec perpetua aut certa aliqua observantia hæc materia definita est. *Vide Klock. Relat.* 169. *n.* 54.

Secundo, quia pleraque hæc vocabula recentioris styli sunt, & quidem variantis, neque eodem modo iisdem verbis utentis: ita apud *Limn. tom.* 4. *p.* 629. annotatur: Die Landes-Fürstliche Obrigkeit ist vor alters im Reich ein gantz unbekand Ding gewesen / und ist ein neuer fœtus nostri seculi.

Tertio, igitur hæc perpetua materia litis in Imperio est, quam peperit & auget ignorantia politices, sive principiorum politicorum propriorum. *Vide Bæcl. in Not. Imp. l.* 5. *cap.* 2.

4. Quemadmodum autem DD. in nominibus non conveniunt, ita multo minus conveniunt in re ipsa, & ejus definitione.

Communior definito hæc est: Superioritas territorialis est jus summi post Imperatorem Imperii, eique connexorum Regalium in omnes territorii subditos, supremi ex concessione Principis quæsitum: aut usu longævo obtentum. *Vide Ludolphi Hugonis dict. tract. c.* 3. *p.* 28.

T 2 5. Nos

5. Nos eam ita definimus; Superioritas terriroriaiis est potestas Statibus Imperii in suis territoriis competens ubique, nisi quatenus vel lege vel conventione prohibentur.

6. An hæc Potestas sit Majestatica & independens, an vero non Majestatica & dependens? omnino non conveniunt DD. Alii eam totam Majestaticam faciunt. Alii eam totam faciunt non Majestaticam & dependentem. Alii eam partim Majestaticam & dependentem faciunt, partim non Majestaticam. Alii eam dependentem quidem faciunt, æmulam tamen summæ Majestati.

Qui eam faciunt totam Majestaticam, Rempublicam nostram non unam Rempublicam faciunt, sed plures inæquali fœdere sibi conjunctas. *Vide Bœclerum dict. l. 22. c. 3.*

Qui eam faciunt simpliciter dependentem, Rempublicam nostram faciunt Monarchicam.

Reliqui Rempublicam mixtam faciunt.

7. Nos, cum Jura Statuum, ut mox videbimus, qua talium, nont sint confundenda cum Juribus Superioritatis territorialis, hinc Reipubl. formam non posse describi putamus. Illi, qui hæc Jura partim dependentia, partim independen-

tia

tia faciunt, ita incedunt: quæcunque Jura Superioritatis territorialis ita sunt comparata, ut Status Imperii ea etiam habeant in Comitiis, ea sunt independentia, e. g. jus ferendi leges, jura belli & Pacis &c. quia ea sunt communicata cum Statibus Imperii, & illi simul cum Imperatore hæc Jure exercent in Comitiis: hinc, quando exercent hæc Jura in suis territoriis, ea exercent Jura independenti, quando ergo statuta condunt, fœdera faciunt &c. a nemine hoc jus recognoscunt, & pro lubitu suo circa illud disponunt. Ea vero jura, quæ non exercent in Comitiis, sed tantum in suis territoriis, sunt Jura dependentia, & a superiori modum accipiunt e. g. Jus honores, dignitates & privilegia conferendi; quia non communicatum est cum Statibus in Comitiis: hinc, quamvis forte Status Imperii spurios legitimet, habebuntur quidem pro legitimis in ipsorum territorio, tamen extra illud non erunt legitimi; nam, ratione hujus Juris, dependent ab Imperatore, adeo, ut si ille specialiter hoc ipsis non concedat vel approbet, pro talibus non habeantur, secus quam in prioribus; quicquid enim respectu eorum faciunt in territorio, non valet tantum in tetritorio, sed & extra illud, *Vide Lamp. part.* 3. *c* 3.

Eorum opinionem putamus veriorem, qui quidem Superioritatem territorialem omnino dependentem faciunt, æmulam tamen summæ potestati, ut Ludolphus, Hugo, Fridericus Horuius *lib.* 2. *cap.* 7. §. 5. cujus verba hic referre omnino debemus; hæc scilicet Superioritas territorialis, Majestati æmula, futura esset Majestas, nisi hanc superiorem in sua ditione agnosceret. *Dixeris*, omnia Jura Majestatica in hanc confluxisse: adeo proprio nomine & auctoritate hæc talia expediuntur, sine mandato aut præscripto Superioris: ut aliqui serio defenderint: sed cum Imperium Germanicum una Respublica sit, cui repugnat pluralitas Majestatum, recte quidem isti opinioni fuit contradictum ab accuratioribus, qui interim nimis parce Superioritatis ingenium in relatione ad Majestatem, explicarunt: indubitabile illud est, Magistratu amplius quid hic subesse: quod operationes satis ostendunt. Condunt ejusmodi Principes leges, & suis Provincialibus præscribunt, sæpe ab Imperatoriis diversas, imo contrarias. In publicis Comitiis, protestatione facta, eas sæpe tutatus est Serenissimus Saxo, tanquam Juris Saxonici defensor, & habent hujus, aliorumque Constitutiones ejusmodi decreta, quæ veram vim legislatoriam arguunt: distin-

ctam plane a Statutis Civitatum, quæ pactiones & conventiones sapiunt. Quoad religionem tam eximia conceditur directio, ut Status diversam ab Imperatoris Episcopali Jure introducant. Habent quoque ingens illud armorum jus, cum omnibus suis adhærentibus. Quæ omnia Magistratu subliniorem potentiam inferunt, nec tamen ad Majestatem ipsam ascendunt. Nam extrema provocatio, cum modo concessa est, & quiescit, in casu denegatæ Justitiæ, ut ad Imperatorem proclamare possint pressi subditi. Qui cognoscit ejusmodi controversiam, & ipsos etiam Principes, præsertim ubi contra Majestatem aliquid delignatum est, judicat. Pluribusque aliis modis declarat Imperium suum in Superioritatem, feudali nexu obstrictam ejus Majestati. Interim hoc potestatis genus analogum Majestati; interquam & Magistratum jacet medium, ita tamen, ut ab hoc longe absit, & proxime ad illam accedat. A qua licet oriatur & dependeat, tolli haud potest pro lubitu; sed in perpetuam & hereditariam possessionem, promisso Cæsareo, confirmatur. Non versatur circa nudam executionem Jurium; sed veram continet potestatem, analogam summo Imperio, secundum omnia ejusdem Jura. Hæc non ideo referenda duximus, ac si omnia

nobis probarentur, plura enim sunt, in quibus merito dissentimus, ut apparebit in sequentibus: sed ut argumenta referremus, ex quibus simul & dependentia Superioritatis territorialis appareret, & tamen simul etiam, Status Imperii in suis territoriis non esse tales Magistratus, quales olim fuerunt. Licet forte non male dixeris, si eos, respectu Imperatoris & Imperii in suis territoriis Magistratus dicas; tales tamen, qui alio respectu etiam de summa rerum participant, quoties scilicet in Comitiis de Imperii rebus agitur. Ad exemplum eorum, qui in Rebuspublicis, ubi plura sunt subjecta existentiæ Majestatis, possunt esse Coimperantes, & Constatus; & alio respectu inferiores & omnem suam potestatem ab iis recognoscere in territorio cui præsunt. Neque ita facile negabitur, quod non omnis is, qui non habet Majestatem, & tamen habet potestatem publicam, sit Magistratus. Si enim convenienter principiis Politicis loqui velimus, utique Magistratus erit respectu talis potestatis: licet forte talis non sit, quales & olim fuerunt, & hodie regulariter esse solent. Superioribus argumentis & hæc addi possunt: *primo*, quod respectu hujus potestatis cogantur jurare, gehorsam zu seyn / quod omnino dependentiam notat.

Se-

Secundo, quod respectu hujus potestatis, leges accipiant ab Imperatore & Statibus, ut patet exemplis infinitis.

Tertio, quod per sententiam judicialem ea ipsis auferri possit &c.

8. Istam opinionem, quæ Jura quædam Superioritatis territorialis facit dependentia, quædam independentia, ideo non approbamus: quia si jura quædam sint independentia, aut eadem erunt cum ipsis Juribus, quæ exercent in Comitiis, aut erunt diversa: si sunt diversa ab ipsis, habebimus plures Majestates in Imperio nostro, & sic Imperium nostrum non erit una Respublica, sed erunt plures Resp. fœderatæ; quod est contra leges Imperii pnblicas, quæ semper de Republica nostra loquuntur, tanquam de una Republica: si sunt eadem, oportet ut sint eadem numero, si enim specie tantum eadem dicamus, ut Philosophi loquuntur, constituemus plures Majestates, ut jam dictum est; si sint eadem numero, erunt Jura Aristocratica, a parte enim Statuum Respubl. secundum veriorem opinionem est mixta per modum Aristocratiæ; si sint jura Aristocratica, in uniuscujusque Principis territorio, ratione horum jurium, erunt plura existentiæ subjecta: si sint plura existentiæ subjecta, nullus ex Princi-

cipibus noſtris ſolus habebit Superioritatem territorialem in ſuo territorio, quod falſum eſt & contra Imperii leges: ſi dicis, ipſe modus adminiſtrandi eſt tantum vel Monarchicus vel Ariſtocraticus &c. interim Jura ipſa ſunt Ariſtocratica. Reſpondemus, ſic tamen verum eſſet, quod jura Superioritatis territorialis tota, qua ſunt jura Superioritatis territorialis, eſſent dependentia; nam quodcunque jus alicui competit tantum per modum adminiſtrationis, illud jus eſt dependens ab eo, cujus nomine adminiſtratur. Hinc ergo quia nulla jura Superioritatis territorialis ſunt independentia, tota Superioritas territorialis erit dependens. Et Status Imperii noſtri, quamvis, prout ſunt Status Imperii, habeant Majeſtatem, tamen in ſuis territoriis Majeſtas nulla ipſis competit: ſed poteſtas aliqua dependens æmula Majeſtatis. (1.) Quidem ratione objecti, omnia enim poſſunt in ſuo territorio; ut Majeſtas in Civitate. (2.) Ratione durationis, quemadmodum enim Majeſtas perpetua eſt, ita & eorum ſuperioritas territorialis. perpetua eſt, non tantum ad vitam eorum, ſed & in heredibus per ſucceſſionem. (3.) Ratione modi eam exercendi, quemadmodum enim Majeſtas liberrime omnia facit in Civitate, ita ut ſuæ adminiſtrationis rationem non red-

reddat, ita & Principes in suis territoriis omnia liberrime faciunt, ut suæ administrationis non cogantur reddere rationem. Ex quibus (1.) concluditur, Principes nostros non esse Magistratus, quemadmodum olim fuerunt Comites, Marchiones, Duces, Landgravii &c. sed eorum potestatem longe sublimiorem esse; (2.) quia tamen hæc eorum potestas est dependens ab Imperatore & Imperio, quod eam in territoriis suis, nomine Imperatoris & Imperii exerceant, & sic secundum principia Politica loquendo, sint Magistratus in generaliori significatione, quatenus omnis potestas publica dependens venit nomine Magistratus. *Vide omnino Bœcler. in Comment. ad Grot. lib. 1. cap. 3. n. 11. pag. 239. & 240. Conring. de Fin. Imp. c. 25.*

Neque videtur hoc obfuscare Serenissimorum Principum nostrorum dignitatem & splendorem: novum n. non est, ut in Rebuspublicis, ubi plura sunt subjecta existentiæ Majestatis, aliquis diverso respectu ut Imperans jure proprio, & ut Imperans jure dependenti & alieno, considerari possit. (3.) Quod forma omnium Electoratuum, Principatuum & Civitatum, tanquam formæ partiales, sint judicandæ ex forma totius; & quemadmodum in toto nostro Imperio forma est

mixta ex Aristocratia & Monarchia ita & mixta est in istis: & quemadmodum in aliis Rebuspnblicis forma potest esse diversa a modo administrandi, & forma interdum est Monarchica, modus administrandi autem Aristocraticus; ita & in his territoriis modus administrandi in Principatibus est Monarchicus, in Civitatibus Imperii, mox Aristocraticus, mox Democraticus, mox ex Aristocratia & Democratia mixtus.

9. In definitione præterea diximus, quod Superioritas territorialis sit potestas ubique in territorio, i. e. in personas & bona subditorum, nisi quatenus vel lege, vel conventione prohibetur; quia enim dependens est, leges publicæ Imperii nostri varie eam restringere possunt. e. g. in exercitio religionis in vectigalibus, in fœderibus &c. Interdum & ipsi Imperii Status conventione sua, quædam de jure suo remittunt, e. g. in venationis jure, jure conducendi, jure aperturæ, jure albergariæ &c.

10. Superioritas territorialis, quamvis sit dignitas personæ, & glebæ terræ non adhæreat, tamen nulli competit, nisi habeat territorium immediate ab Imperio dependens. *Vide R. Imp. de A.* 1654. *§. pen.* quia enim Status Imperii hanc suam sublimem potestatem in suis territoriis

riis consequuntur, quia sunt Status Imperii, & vero nullus Status Imperii fieri possit, nisi ante sibi istiusmodi territorium acquisierit: certum est, nullum habere superioritatem territorialem, qui non est Status Imperii, hæc enim dignitas ad tale territorium restricta est, *dict. R. I Anno* 1654. Imo, adeo ad territorium est restricta suffragandi potestas, ut nonnulli, pro ratione diversarum ditionum, votorum pluralitate in Comitiis emineant. *Bertram. de Comit. Lamp part.* 3. *cap.* 3.

11 Hinc sequitur, quod Nobilitas immediata non habeat Superioritatem territorialem & omnes Principes qui non habent votum & sessionem in Comitiis.

12. De Nobilibus immediatis Doctores non conveniunt. Alii & iis Superioritatem territorialem competere affirmant. *Vide Reinking. de Regim. Sec. & Eccl. lib.* 1. *Class.* 5. *cap.* 3. Omnem enim eos Jurisdictionem exercere dicunt in subditos, statuta condere, regalia Jura Austregarum habere, pacis religiosæ, aliarumque constitutionum capaces esse. Alii negant, quia jura Superioritatis territorialis æmula sunt Majestatis, & proportione quadam juribus Majestatis respondent: quæ proportio in Imperio, *uti dictum est*,

invenitur tantum in iis, qui Status Imperii sunt, & propterea territorium possident, immediate ab Imperio dependens. Horum opinio verior videtur; quicquid enim Nobilitas immediata habet Jurisdictionis vel regalium, illud non jure territorii habet, sed ex speciali privilegio. *Besold. in thesaur. pract. verb.* freye Reichs Ritter §. auß welchem. Ad exemplum librorum hominum, quorum Goldastus meminit *in Epist. dedic.* der Reichs-Händel ꝛc. ubi ita dicit: Es seynd Freye Reichs-Leuth auff der Leuthkircher Heyd und zu Meglaß / qui quidem multa Jura habent, sicut & vici immediati, quorum idem Goldastus meminit: nemo tamen dixerit, eos habere Superioritatem territor. Interim negandum non est, liberos Imperii Equites Societatem inter se instar Reipubl. fœdere & pacto instituisse. Habent enim Senatum Equestrem, einen Ritter-Rath: Comitia, einen Ritter-Tag: Magistratus, Ober-Haubtmann und Unterhaupt-Leuthe / leges & consuetudines, aliaque instituta Reipublicæ, de quibus, quoad Nobilitatem Franconicam, plura tradit *Wehnerus in practic. observ. verb.* Craiß-Tag.

12. Civitatibus Imperii competere Superioritatem territorialem non dubitamus: cum, quod sint Status Imperii, tum quod

in

in *J. P. art.* 8. expresse ita sit dispositum: iisque, scilicet Civitatibus Imperii, rata & intacta maneant Regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia, confiscandi, collectandi & inde dependentia, aliaque jura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita cum omnimoda Jurisdictione, intrà muros & in territorio. Knich. *in tract. de jure territ. c.* 1. *n.* 1074. hoc negat; quia non habent dignitatem illam regalem & Principum, unde Superioritas territorialis dicitur, Lands-Fürstliche Obrigkeit: Et si quid ejusmodi habeant, hoc tamen ipsis, non ut Principibus competere, sed vel ex speciali indulgentia, vel ex præscriptione tanti temporis, cujus memoria non exstet. Videntur adhuc quidam in hac sua opinione esse confirmati; ideo, quod hæc potestas solis Principibus ab initio competebat, & tamen, licet postmodum aliis etiam communicata sit, utimur adhuc plerumque vocabulo illo specialiori, der hohen Landes-Fürstlichen Obrigkeit / quod solos Principes respicit. Deinde etiam nonnulla vestigia veteris subjectionis in iis supersunt. Nam in regionibus Principum, subditi suis quique Dominis juramento subjectionis, quod homagium vocatur obstringuntur.

At

At Cives singuli Civitatum Imperialium, etiam ipsi Imperatori, hoc juramentum præstare tenentur. Præterea quædam Civitates Imperiales ad annuam quandam pecuniæ summam Imperatori obligantur. Ipsi etiam Principes magna sæpe Jura in Civitatibus, olim sibi subditis, adhuc habent. In nonnullis nomen & officium aliquod Præfecti Imperialis superest. *Vide supr. de Civit. Imper.* Verum, his omnibus non obstantibus, Superioritatem territorialem ipsis denegare non possumus, hoc enim & Veterum doctrinæ adversatur. *Gail. de Pac. publ. l. 1. c. 6. n. 11.* & hodie a plerisque improbatur. *Limn. l. 7. c. 1. n. 50.* ipsaque experientia aliud docet. Imo, sufficere nobis potest publica Imperii decisio, in Instrumento Pacis *art.* 8.

Quamquam videatur dicendum, quia ipsa dignitas regalis simul includitur in Superioritate territoriali, Instrumentum Pacis circumlocutione aliqua potius quam ipso vocabulo superioritatis territorialis voluisse uti, ita ut superioritas territorialis Statuum differat a superioritate territoriali Civitatum Imperii non re, sed tantum nomine. Superioritas territorialis in Principe dicitur Lands-Fürstliche / in Comite, Gräflich / in Barone, Frey-herrliche / in Civitate Städtliche hohe Obrig-

Obrigkeit. *Meichsner. tom. 2. lib. 1. dec. 8. n. 3.*

TIT. XVI.

De Juribus Superioritatis territorialis.

Ut ordine jura superioritatis territorialis tractemus, & quousque se superioritas territorialis extendat, accuratius constet, inquirendum erit in Jura Majestatis; Superioritas n. territorialis Majestatis æmula est, *uti diximus.*

1. Scilicet Deus Optimus Maximus ubi per omnipotentiam, cuncta visibilia & invisibilia creasset, continuo dominium atque Imperium supremum in hæc sua creata habebat, & secundum placitum regebat ac disponebat singula, tum universa. In hominem, natura rationali præditum competebat Imperium proprie dictum, obligans Adamum, ad exequendas leges, a Deo præscriptas. In reliqua animata & inanimata Dominium se exerebat, cujus vigore liberrimæ dispositioni Creatoris relinquebantur; imo in universum pertingebat hoc Regimen, & dispositio generalis, quæ seriem totius tam concinne temperabat, ut singulis bene esset.

2. Consequebatur itaque Creatoris omnipo-

nipotentiam triplex pro conceptu noſtro, poteſtas: Dominium in res irrationales, Imperium in hominem, Regimen univerſi.

3. Poſtquam autem Reges introduxit, qui divinas ſubirent vices, & in deſignatam regionem & commiſſum populum haberent jura, exercerentque, tanquam in ſphæram ſuæ civilis activitatis. Huic Vicario, & pro Deo, in partialem orbem facultatem attribuit ſimilem illi, quam ipſe habet in univerſum mundum.

4. Cujus beneficio, conſequitur Princeps univerſæ Reipubl. Regimen, Imperium in hominem & Dominium in regionem ſubjectam ſeu territorium. His enim abſolvitur auguſta Majeſtas, quæ dum omnia poſſe debet in Civitate, tria illa neceſſario complectitur, ad quæ omnia reliqua referuntur: ita tamen, ut quemadmodum hæc tria jura in ſe, & ratione eſſentiæ ſuæ, ſunt unum & indiviſibile jus, & tantum pro noſtro concipiendi modo ita dividuntur, ita & reliqua jura, quæ huc referuntur, itidem non ſint Jura Majeſtatis in ſe diſtincta, ſed ita ſaltem diſtinguantur a noſtro concipiendi modo, propter diverſitatem objectorum e g. idem numero jus, quod in materia belli dicitur jus bellum gerendi &c. in materia collectarum dicitur jus tri-

tributa imponendi &c. *Vide Frider. Horn. de Civit. l. 2. c. 2.*

5. Cum autem in Imperio noſtro Superioritas territorialis ſit æmula Majeſtatis, & conceſſione Imperatoris & Imperii in Statuum territoriis poteſtas ubique; ad ſimilitudinem Majeſtatis faciemus tria jura Superioritatis territorialis generalia, ad quæ reliqua omnia revocari poterunt. *Frid. Horn. dict. tract. de Civit. l. 2. c. 7. ita & de his loquitur*; totam rem abſolvit Imperium in caput ſubditi, cum omnibus annexis poteſtatibus: Juriſdictione & ſimilibus; item dominium in publica atque eminens & pro pullulantia inde jura notabili connexu tenet.

Addimus nos Regimen univerſi.

6. Alii aliter ea dividunt, & tot fere videbimus diverſas jurium ſuperioritatis territorialis diviſiones, quot ſunt Doctores, qui hanc materiam tractarunt.

7. Alii quædam Jura referunt ad Superioritatem territorialem, quæ alii omittunt.

8. Interdum quædam eo referuntur, quæ eo non pertinent, *ut ex ſeqq. apparebit.*

TIT.

TIT. XVII.

De Imperio in Personam.

Principium ergo omnium Jurium, quæ in territorio suo habent Status Imperii est jus, seu potestas in caput subditi.

1. Cui innititur omnis nomothesia, tum specialis, quæ personam & affectiones subditi concernit, & mores disponit, ac definite in subditum directa est: tum generalis, de quacunque civili re alia; nisi enim obnoxium foret caput parentium Imperio Superioris, nunquam hic Constitutionibus suis ac sanctionibus illud sibi devinciret.

2. Hinc profluunt omnes LL. quæ subditum ligant, ut aliquid faciat vel omittat, maxime circa res, sua natura indifferentes, quæ sine præcepto superioris nec in bonum nec in malum morale feruntur.

3. Propter hoc Imperium in caput subditorum, Status Imperii habent legum provincialium ac Statutorum condendi potestatem Lands-Recht und Lands-Ordnung zu machen. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 57. Ubi Assessores Cameræ jurant: Nach des Reichs gemeinen Rechten / Abschied / auffgerichtem

gerichtem Frieden in religion- und andern Sachen / auch Handhabung des Friedens / und nach redlichen / erbaren und Ländischen Ordnungen / Statuten, und Gewohnheiten der Fürstenthumen / Herrschafften und Gericht / die vor sie bracht werden / den Hohen und Niedern nach ihrem besten Verständnüß gleich zu richten.

4. Quidam hoc jus vocant jus municipale, *argumento l. 2 C. de off. præf. præt. l. 3. §. 4. ff quod vi aut clam.*

Quamvis autem forte non incongrue dicantur hæc Statuta jus municipale, *argumento dictorum textuum*; tamen putamus, hoc jus condendi Statuta non esse derivandum ex antiquo more municipiorum, ut quidam faciunt, & propterea Civitatibus Imperii illud tribuunt. *argum. L. Antiochensium 37 ff. de reb. aut Judic. possid.*

5. An hæc Principum & Statuum Imperii Statuta possint esse contraria Juri communi, quæstio est? Affirmant Dd. quoniam jus civile ab eo, qui leges provinciales condendi potestatem habet, contraria lege tolli potest. *argum. l. 3. §. 5. ff. de sepulchr. viol. Reinck. l. 1. Cl. 2. c. 10. n. 5.* Et hinc in Imperio nostro passim videmus, Statuta contra jus commune, de successionibus ab intestato, de solennitatibus testamentorum & contra-ctuum,

ctuum, de jure retractus, de unione prolium, de successione conjugum aut fratrum, exclusis sororibus, modica hereditatis parte pro dote accepta, lata & promulgata; *vide Sichard. Consil. de test. passim Myler. ab Ehrenberg, de Stat. Imp. part.* 2. *c.* 39.

Excipiuntur tamen publicæ Imperii leges, communi Principum ac Statuum Imperii suffragio latæ: contra has enim Statuta condita non valent; præsertim, si leges Imperii clausula derogatoria & annullatoria munitæ fuerint. *Klock. de con. c.* 5. *n.* 160.

6. Adeo hoc verum est, ut speciali Imperatoris sanctione posteriori Juri statutario derogari possit, in Comitiis *Bets. de pact. fam. c.* 7. *fol.* 34. Limitant hoc Dd. nisi Imperii Princeps aut Status Imperii legem illam recipere nolens potestatus fuerit. *Berlich. part.* 3. *concl.* 24. *n.* 7. Prout Elector & Duces Saxoniæ Constitutionem de successione Nepotum in bonis Patruorum, in Comitiis Spirensibus 1529. latam, nunquam receperunt. *Myl. de Stat. Imp. part.* 3. *c.* 39.

7. Verum putamus, hic videndum esse, an alicujus Status protestatio ab Imperatore & reliquis Imperii Statibus sit admissa, nec ne? alias enim, si simplex Protestatio sufficeret, facile Comitialia de-

decreta irrita reddi possent, & frustra omnibus sanctionibus Imperii adjiceretur clausula ab Imperatore: Und befehlen wir dar-auff Euch allen und jeden / unsern und deß Heyl. Reichs Churfürsten und Ständen 2c. hiemet auß Römischer Käyserlicher Macht / bey den Aydten und Pflichten / die ihr uns von des Reichs wegeu insonderheit gethan / und bey dem Gehorsam / den ihr uns als Römischem Käyser schuldig seyd / auch bey Verlust aller Gnaden / so ihr von uns und dem Reich / oder andern habet / ernstlich und festiglich gebietend. *Vide Eyben. de testam. Princip. th.* 11.

8. Cæterum, hæc statuta tanti in Imperio sunt valoris, ut in decisione causarum, inter provinciales, quæ disputantur, Camera Imperialis secundum ea pronunciare teneatur, modo rite fuerint insinuata. *Ord. Cam. Part.* 1. *t.* 57. *ibi.* Und nach redlichen 2c.

9. An hæc Statuta Principum obligent omnes in territorio, etiam ipsam Principissam, liberos, vel si primogenitus rerum potitur fratres? vehementissime disputatur: alii illud negant, de Principissa primum, quia (1.) uxor per conjugium non serva, sed socia effecta est, & par in parem non habet Imperium. *l.* 4. *ff. de recept. arb. l.* 13. *§.* 4. *ff. ad SC. Trebell.* (2.) quia Principis uxor non minus est per-

persona immediata quam ipse Princeps: ideo in causa sive controversia Principis mariti cum uxore, habita tamen differentia an de vinculo, an de jurgiis disceptetur, immediatus qui alias judex est, adeundus erit. Si ergo judex ejus non erit, & nullam in eam habebit Jurisdictionem, etiam nulla ejus lege obligabitur. *Vide Reink. lib. 3. Cl. 1. cap. 10. numero 50. Limn. lib. 4. J. Publ. cap. 8. n. 12.*

10. Verum, cum Principes nostri plenissimo jure sua teneant territoria, ita ut quicunque deprehenduntur in Ipsorum territoriis domicilia constituisse, præsumantur esse subditi eorum perpetui, nisi probent, se esse exemptos, *ut infra videbimus*, & vero Principissæ sine dubio in Principatu sua domicilia constituta habeant, præsumuntur subditæ esse Principum, usque dum se ab hac subjectione exemptas esse ostendant, aut si hoc non ostendant, subjectæ erunt, & legibus seu statutis Principum tenebuntur. Quo accedit, quod ipsa Augusta sit subdita Imperatoris & Imperii, *argum. l. 31. ff. de Legibus.* Cur ergo Pincipissa in sui Principis territorio foret melioris conditionis? imprimis, ut sæpe dictum est, cum superioritas territorialis respondeat omnino Imperii Majestati. Et ea sit

Re-

Et ea fit Regni vere ita dicti Sanctitas ut nemo omnino præterRegem in Regno esse possit aut debeat, qui non agnoscat Regiam Majestatem & potestatem, sive cui Rex non sit Rex. *Bœcl. in Annal. Tacit. lib.* 1. *c.* 15.

Nec obstat (1) quod sit socia mariti, nam (1) in societate nuptiali Politica etiam est socia sui mariti, & tamen maritus propterea non privatur sua in uxorem potestate. (2) Est socia curæ domesticæ, non vero curæ & solicitudinis publicæ, quæ duo non sunt confundenda. Sic in privatis is, qui superior est, in publicis sæpe est inferior: exemplo Patris, qui in privatis superior est filio; in publicis interdum est inferior. Et par in parem Imperium non habet in iis, in quibus paritas consistit: licet ergo concedamus in societate paterna maritum & uxorem esse pares, quod tamen omnino disputatur, tamen non sunt pares in Imperio publico.

Nec obstat (2) quod sit immediata persona æque ac Princeps: nam ex immediata potest fieri mediata per voluntariam subjectionem, *ut supra docuimus*: Principissa forte immediata est, considerata (1) extra potestatem sui Patris, vel per mortem Patris sui, vel alio modo, qui eam a Patris Jurisdictione liberat (2) ex-

tra potestatem & territorium mariti; sed non erit immediata, prout est in potestate maritali & ejus territorio; nisi propter suum maritum & per privilegium, qui præsumitur omnia Jura Principissæ concessisse, quorum ipsa capax est. *l.* 31. *ff. de LL.* & sic erit etiam immediata, sed propter suum maritum adeoque statutis etiam erit soluta, sed propter mariti concessionem.

11. Quemadmodum autem communiter affirmant, Principi non subjici Principissam, & Legibus eam non teneri: ita communiter hoc statuunt de liberis Principum, quia filii illustres cum Patre in dignitate sunt pares, und seynd gleich Fürstenmässig. Par autem in parem non habet Imperium; & ipsis non minus titulus tribuitur Ducis vel Comitis, der Fürsten/ Grafen und Herren / weil sie aus Fürstlichen / Gräflichen und Herrlichen Stämmen gebohren. Maxime, cum in Imperio Romano-Germanico ; filii illustres immediati, non ultimo defuncto sed primo acquirenti succedant. Ita ut etiam propterea liberi Principis Imperii, forum suum non in territorio Patris sui, sed ubi alii Immediati cives Imperii, scilicet coram Imperatore vel in Camera aut coram Austregis habeant. Id quod etiam ad delicta extendunt.

12. Ve-

12. Verum & hic (1) ea obſtant, quæ jam diximus in reſponſionibus ad priora argumenta. (2) ſie ſind gleichmäſſige Fürſten / non ratione poteſtatis & Superioritatis territorialis, ſed ſicuti ipſi fatentur, weil ſie auß Fürſtlichem / Gräflichem und herrlichem Geblüth gebohren seynd / & quia vivis parentibus, ſunt quaſi Domini rerum paternarum, & certiſſimam ſpem ſuccedendi in Principatibus, Comitatibus &c. habent. (3) quamvis ſuccedant primo acquirenti, & non poſſidenti, interim tamen is, qui ſuccedit, non habet poſſeſſionem parem, & paria Jura cum eo, cui ſuccedit, eo ſuperſtite. Exemplo aliorum feudorum, & Regalium & non Regalium.

23. Hinc falſum eſt, quod Princeps non poſſit eſſe Judex in cauſa in filii, ſive civilis ſit, ſive criminalis; Principes enim hactenus ad ſimilitudinem Majeſtatis & ſibi ipſis interdum, & ſemper in cauſis filiorum jus dicere poſſunt. *arg. l. 41. ff. de hered. inſtit. vide Gothofr. in Not. ad l. un. C. ne quis in propr. cauſ.* Interim tamen non dubitamus, quod etiam Principum filii ſtatutis ſoluti ſint, ſed privilegio ipſius Principis, *arg. l. 31. ff. de LL.* & quod alios Judices habere poſſint, ſed ex ſingulari Patris permiſſione, unuſquiſque enim Juri pro ſe introducto re-

nunciare potest. *l. penultim. Cod. de Pactis.*

14. Ex eadem juris ratione extendunt hæc etiam ad Principes, & ut isti loquuntur, ad Status Imperii territorio carentes, auff die abgetheilte Herren / ac ad omnes cæteros legitime natos ex familia illustri, quorum Jus tantum in suspenso manet. Et dicunt, quod pariter, sicut nobiles alia privilegia habeant, quatenus ex nobili familia prognati sunt; alia, quatenus libera, imperioque immediate subjecta castra possideant.

15. Verum Nobilitati non obstat, quo minus quis sit subjectus alii, exemplo Nobilium Landsassiorum. Immedietati quidem obstat, subjectum esse Principi, sed an tales fratres, ut immediati considerari possint & quando possint? *jam diximus.* Tum adhuc videtur distinguendum inter fratres, qui castra & territoria immediata possident, & eos, qui talia non possident; quin priores immediati sint & fratri non subjiciantur, facile admittere possumus, quia non amplius censentur esse in & de territorio fratris; de posterioribus negamus, & hos sub fratris Jurisdictione esse affirmamus. *Vide omnes has quæstiones negative decisas apud Myler. de Stat. Imp. part. 1. c. 34. & 35. Et de Gamologia c. 7. & c. 22.*

16. Quam-

16. Quamvis Principes hæc Statuta plerumque in Conventibus provincialibus, auff den Land-Tägen mit Rath und Gutachten der Land-Stände / condant, tamen hoc magis voluntatis quam necessitatis esse, cum plurimis Doctoribus statuimus. *Bocer. class.* 1. *Disp.* 3. *thes.* 42. nisi, vel perpetua regionis observantia, aut pacta conventa inter Principes & Status provinciales aliud velint: ita in Ducatu Wurtembergico pactis certis ordinatum est: Land-Recht und Land-Ordnung zumachen / mit Einrathen und Zuthun einer gesambten Landschafft. *Vide Myler. de Stat. Imp. p.* 2. *c.* 39.

17. Ita & Imperatoris confirmationem necessariam non esse, licet utilis fortasse sit, statuimus, *vide Bocer. dict. Disp.* 3. *thes.* 41.

18. Statuta legitime sic condita, licet sint jus commune provinciæ, & omnes in provincia obligent, præter Principem, strictæ tamen sunt interpretationis, & accipienda sunt verba statuti, ut jacent. *arg. l.* 35. *C. de inoff. test.* & proprie *l.* 3. *§. hæc verba ff. de Neg gest.* neque per statutum correctum censetur esse jus commune, nisi id expresse cautum reperiatur. *arg. c. causam X. de Rescript. l. præcipimus §. fin C. de Appell. Gail. lib.* 2. *obs.* 35. *n.* 3.

19. Si dubia statuti est interpretatio, a Principe ea petenda est; unde enim jus prodiit, inde etiam debet interpretatio procedere *c. inter alia X. de sentent. excommun.* Et hæc interpretatio instar legis est. *l. f.* §. 1. *C. de LL.*

20. Potestati condendi statuta, connexa est potestas publicandi Edicta ac mandata, ac de jure Rescripta, offentliche mandata publiciren und anschlagen lassen / Gebott und Verbott anzulegen / und Rescripten zuertheilen / quibus etiam subditi in aliorum territorio existentes, obedire tenentur. *Steph. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. n.* 350.

21. Mandata Principum interdum clausula indignationis muniuntur. *l. 2. C. de petit. bon. subl. R. Imp. de* 1518. §. Damit nun also *ibi.* bey Vermeidung unserer schweren Ungnad. In contravenientes arbitraria pœna animadverti verius est: nam omnes pœnæ in Principe sunt extraordinariæ & arbitrariæ, quemadmodum & statuta ipsa sunt præter jus commune. *Scac. de jud. c.* 12. *n.* 18.

22. Forenses, quamdiu sunt in Principis territorio, etiam his mandatis obligantur. Forensis enim leges provinciæ violare non debet, & simul ac aliquis ingreditur alicujus territorium, ejus Majestati se subjicit, *l.* 38. *ff. de jud. l. f. C. ubi*

in

in rem act l. 7. C. de Publ. Anthon. Fab. lib. 1. C. tit. 5. definit. 2. Hugo Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 5. & c. 11. §. 5.

23. Prætori vel Officiali interim credendum non est, si dicit, se ex ore Principis mandatum accepisse, er habe mündlichen Befehl empfangen / *l. 1. C. de Mand. Principum, ibi. nisi quod scriptis probaverit:* mandatum enim superioris est facti, igitur non præsumitur, sed ab allegante probari debet. *l. un. C. de Superindict. Cujac. l. 12. obs. 31.*

24. Rescripta Principum semper hanc clausulam tacite annexam habere intelliguntur, si preces veritate nitantur. *c. dilectus 26. X. de Rescript. l. 2. & seqq. C. si contra jus vel util. publ.* Si pars Rescriptum producat, quod ab adversario tanquam falsis precibus obtentum impugnatur, onus probandi incumbit producenti *l. 5. ibi: probare fidem vestris precibus adesse C. de fid. Instr.* impetrans enim Rescripto producto innititur, adeo ut ejusdem intentio in eo requiescat; merito igitur narrata in eo probare tenetur *l. 8. ff. de Verb. Oblig.*

25. Legibus latis, Magistratus, qui custodes & executores earum sint, constituere potest, fieri enim non potest, ut Majestas sua scientia cuncta complecta-

tur, ac ubique, fasces suas explicet, nisi prudentibus administris juvetur; & hinc, vi juris statuta condendi, Principes nostri habent potestatem, Ampt-Leuth/ Vögt/ Pfleger/ Schöpffen ein- und abzusetzen/ omnisque generis Officiales & Magistratus constituendi. Qui Præfecti, quando aliquid cmmittunt, vel alias conveniendi sunt; coram Principe Domino suo immediato sunt conveniendi: Officiales enim & tota Principis aula, ejusdemve Ministri, a Jurisdictione & foro urbico exempti sunt. *l.* 14. *ff. de judic.*

26. Dicasteria provincialia ac Scabinatus erigere, Hoff-Gericht und Schöpffen Stuel anzustellen / ut totius provinciæ causæ eo devolvantur: qui enim Dominus tuus est, te judicat. *O. Cam. P.* 2. *tit.* 35. Quod jus constituendi Dicasteria, & inprimis suprema, certissimum Superioritatis territorialis signum est, adeo ut secundum Dd. vel ex sola hac provocatione Superioritas ac subjectio dignoscatur. *c. placuit. caus.* 2. *quæst.* 6. *vide Gylmann.* 1. *Symph. p.* 2. *tit.* 2. *vol.* 1. *n.* 63. *Reink.* 1. *Cl.* 5. *c.* 4. *Acta* Hessen *contra* Waldeck.

27. Hinc hodie subditi, ab incompetente Judice citati comparere non coguntur, imo hanc territorii Domini Juris-

risdictionem nulli prorogare possunt. *Stephan. de Jurisdictione lib. 1. c. 25. n. 50.* adeo, ut nec ratione pacti aut interpositi juramenti prorogatio subsistat. *l. 5. C. de LL.* fieret enim hæc prorogatio in præjudicium Domini. Et hinc subditi, alterius judicio se subjicientes, a Domino retrahuntur, sub mandatis pœnalibus. *Gail. 1. obs 40. n. 4* multo minus subditi ab ordinario judice avocari, ac e territorio Domini litis causa evocari possunt. *Gail. de l. Gylmann. lib. 2. Decis. Cam. 32.* Ne quidem a Judicio vel Aulico Camerali aut Rotwilensi. *Capit. Ferdin. II. art. 13. Limn 4 Jur. publ. c. 8.* nisi in causis, quæ Cameræ Jurisdictionem immediate fundant. *Ord. Cam. part. 2. tit. 9.*

28. Superiora limitantur (1) si subditi testimonii causa extra Ducatum literis requisitorialibus evocentur. *l. 3. in f. ff. de test. Rumelin. ad Aur. Bull. part. 2. Diss. 1. th 22.* (2) Si subditus deliquerit, & in foro delicti reperiatur. *l. 3. ff. de off. præsid,* etiamsi in foro ordinario lis cœpta fuerit. (3) In contractibus aliisque conventionibus. (4) In causis feudalibus coram Seniore & Paribus Curiæ conveniuntur. *Vide Rumelin. qui hæc omnia latius deducit ad A. B. part. 2. Diss. 1. th. 10. & seqq.*

29. Ab his Judiciis provocatur vel ad Judicium Aulicum, vel Cameram Imperialem, vel interdum ad judicium Rothwilense, nisi privilegium quis habeat, de non appellando: cujusmodi, præter Electores, habent, das gantze Hauß Sachsen / Oesterreich / Burgund / Lottringen / Würtemberg / das Land-Gericht in Francken / Gröningen in Frisia, a quibus omnibus plane non provocatur, nisi in casu denegatæ vel protractæ Justitiæ, *ut infra videbimus*. A quibusdam Imperii Statibus non provocatur, nisi ab certam summam, *vide Roding. in Pand. Cam. Part.* 3. *tit.* 20.

30. Hinc Status Imperii, privilegio de non appellando destitutus, provocationem extremam statuto antiquare non potest, *l.* 1. §. 4. *ff. a quib. appell. non lic.* Appellatio enim & in favorem litigantium, & præcipue in recognitionem Superioritatis introducta est; & ea quæ Principi supremo reservata sunt, non sunt de potestate statuentis, nec ab eo attingi debent. *c. cum inferiori, extra de major. & obed.*

Et hoc etiam Camera Imperialis observat, adeo, ut contra similia statuta, subditos statuum Imperii, mandatis pœnalibus defendat. *Ord. Cam. P.* 2. *tit.* 28. *in pr. &* §. 1. *Meichsner. tom.* 3. *decis.* 28.

Ex-

Excipiuntur tamen communiter ſtatuta, quæ prohibent Appellationem, a debitis liquidis & Inſtrumentis guarentigiatis: cum, quia ſic lites cum ſummo Reip. bono abbreviantur; tum etiam, quia in tantum malitiæ reorum faverndum non eſt. *l.* 4. *C. quor. App. non recip. juncta. l.* 3. §. 3. *ff. de jur. fiſc.* Et tale Statutum viget in Auſtria, Saxonia, Holſatia, Herbipoli, Lubecæ, Hamburgi, ac in aliis, tam in Imperio quam extra Imperium, locis. *Frider. Mindan. de Mandat. c.* 70. *Limn. lib.* 5. *Jur. Publ. c.* 9. *num.* 3.

31. In quibuſdam Imperii provinciis conſuetudine introductum eſt, ut vigore des Zugs-Rechts / licitum ſit Subditis præterire Curias Dominorum ac prorogando Juriſdictionem ſtatim ſupremam adire; ita Veſalia ad Cameram vel Aquiſgranum appellat. *Ruland. de Commiſſ. l.* 2. *c.* 3. Similiter Hamburgum, Brunſviga, Suſatum, Herfordia directo Spiram provocant. *Gylmann. Symph. caput* 7.

32. Quoniam judicium ſolvitur, vetante eo, qui judicare juſſerat. *l. judicium* 58. *verb. qui majus Imp. ff. de jud.* hinc Princeps cauſas coram inferioribus Judicibus pendentes ad ſe avocare poteſt. Quo accedit, quod Princeps ſupre-

mus totam Jurisdictionem. illis adimere possit, ergo multo magis ejusdem particularem aliquam causam ad se trahere poterit. *l. 76. ff. de R. V.*

Et sic eodem Jure, Principes Imperii nostri causas, coram Judice inferiore vor den Ampt-Städten pendentes, vel motu proprio, vel ad partis instantiam avocare ad Consilium Aulæ, zur Fürstlichen Cantzeley oder Hoff-Rath / possunt, vel ad Provinciæ Dicasterium remittere solent, adeo, ut inferior Judex in causa amplius procedere non possit, *Leipold. de Concurr. Jurisdict. concl.* 10.

33. Plures tamen existimant, hoc non procedere in causis coram Judicio provinciali, vor dem Hoff-Gericht / pendentibus, quia in Dicasterio Principis Imperii, præventioni locus est; Dominus enim territorii cum Dicasterio concurrit.

34. Dissentientium opinio nobis videtur verior, Princeps enim vel plane ejusmodi judicium tollere vel transferre potest, & licet opus sit, ut vi Legum Imperii constituant, & bene ordinent judicia in suis territoriis, nuspiam tamen vel ipsi vel Imperium in ejusmodi Judicia Jurisdictionem ita transtulerunt, ut avocare causas non liceat, & nuspiam dicitur, quod istiusmodi judicia omnino

con-

concurrentem Jurisdictionem cum suo Principe habeant. *Vide Bocer. de Jur. Dom. & Vasall. lib. 1. cap. 3. num. 31. de Evocat. in praef. quaest. 6.* ubi dicit: quod vani sit capitis, existimare, superiorem non posse praecipere nec evocare sine causa.

Exemplum a Judicio Camerali nihil probat; Imperator enim causas ibi pendentes non avocare potest, quia in Comitiis ita ab Imperatore & Statibus constitutum est. *Ord. Cam. Part. 2. tit. 35.* quod de his Principum Dicasteriis dici nequit.

35. Haec omnia, *ut supra dictum*, constitui solent in diaetis Provincialibus; hinc etiam Principes habent jus, diaetas provinciales indicendi, Land-Täge außzuschreiben. Quod Jus sine dubio principaliter competit Principi, quia habet Imperium in istos, qui ibi comparere coguntur. Subditi enim sunt & Landsassii, qui eo evocantur, ut de bono publico, salute Principis ac Principatus, in commune consultent.

36. Hi Status Provinciales plerumque dividuntur in tres ordines: Abbates, Nobiles & Civitates. Ex singulis mittuntur quidam selecti viri, ein Außschuß; qui in loco a Principe assignato universaliter congregati constituunt unum cor-

pus, quod vocatur, eine gemeine Landschafft / ac subditos universos ac singulos repræsentant, eorumque nomine deliberant & concludunt, adeo ut quicquid constituunt, ab universo populo & ab universis constitutum esse censeatur. Hi deputati pro aliquo debito arrestari non possunt, quia Reip. gratia, peregere proficscuntur, & sic jus revocandi domum habent. *Ruland. de Commiss. part.* 1. *l.* 1. *c.* 10.

37. Omnia quæ in his Conventibus, vel propter LL. vel propter alia negotia, vel judicialia vel extrajudicialia, aguntur, reservantur in Achivis.

38. Hinc omnes Imperii Status, etiam Imperii Civitates, quas semper subintelligimus, agimus enim de Juribus, omnibus Imperii Statibus communibus, jus Archivi habent; hoc enim necessarium est omnino. Imperator Justinianus de hoc ita sanxit, ut constituatur in Civitatibus, habitatio quædam publica, in qua conveniens est, defensores monumenta recondere, eligendo quendam in Provincia, qui horum habeat custodiam: quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inveniantur a requirentibus, & sit apud eos Archivum. *Nov.* 15. *c.* 5. vocatur alias Cancellaria, die Hoff-Registratur. Libri isti custoditi, sunt Lager-Bücher /

Bücher / Landschafft = Bücher / Urbarin / Kauff=Steuer=und Lehen=Bücher. *Born. de Instr. l. 2. c. 10.*

39 Archivum, est publicum scrinium, in quo scripturæ, monumenta, Acta Principis aut Civitatis, reponi solent, ut ibi reserventur, sub custodia Archiotæ. *l. ult. §. 10. ff. de munerib.* Instrumenta inde desumpta plenissimam faciunt fidem, testiumque probationi prævalent. *l. 10. ff. de prob. Auth. ad hæc C. de fid. Instr.*

40. Probant pro producente, non tantum contra subditum, sed & contra tertium, quia in his, quæ fidem & probationem scripturæ respiciunt, inspicitur locus, ubi Scriptura confecta est, non vero personæ, contra quam producitur. *l. 6. ff. de Evict.*

41. Hinc vim & effectum habent Scripturæ ex Archivo productæ, etiamsi omni solennitate destituantur, & nec diem nec Consulem habeant: quoniam relatio in scrinium publicum hæc omnia supplet, etiamsi nulla alia extrinseca probatio accedat, vel sigilli recognitio non superveniat; hinc, si exemplum scripturæ in Archivum referatur, eam vim habet ac ipsum Originale, si modo exemplum fideliter factum fuerit: etiamsi forte originalis Scriptura amplius haberi nequeat.

queat. *Vide tamen Fritsch. de jure Archivi. c. 7. n 43.* ubi varie hæc limitat, & hæc requisita recenset, ut Archivum hanc habeat vim. (1) ut Archivo præsit officialis. (2) ut reposita sit Scriptura inter authenticas scripturas. (3) ut Scriptura habeat testimonium, quod in Archivo fuerit reperta, quod sit, si manu Archiotæ corroborata fuerit, qui subscriptione sua hoc attestetur, cui, tanquam viro legali & jurato creditur. *l. 45. §. 7. ff. de Jure Fisci.*

42. A quo tamen alii dissentiunt, & unicum tantum requisitum sufficere statuunt, scilicet, quod Archivum in loco publico & non suspecto custoditum habeatur, ab illo, qui Iure Archivali gaudet. Quod Camera Imperialis in causa Sachsen und Sahlfeld consideravit: locus enim publicus facit scripturam publicam. *Ruland. dict. cap. 8. vide Myl. de Stat. Imp. part. 2. c. 47.*

43. Magistratibus ita in Conventibus Provincialibus constitutis, & Cancellaria bene instructa, opus est, ut si sint reluctantes, coerceri possint Imperio Principis, cui Iurisdictio semper inest.

44. Olim omnimoda Iurisdictio dividebatur in Iurisdictionem simplicem, mixtum & merum Imperium. *vide l. 3. ff. de Ju-*

Jurisdict. hodie mutata Reip. forma, pro ratione causarum civilium & criminalium distinguitur in superiorem & inferiorem seu in altam & bassam, die Obere und Niedere oder Erb-Gerichte. Illa merum Imperium, hæc omnes civiles causas ac pecuniarias sub se comprehendit. Ad merum Imperium referuntur alle peinliche Sachen / homicidium, adulterium, stuprum, crimen incendii, proditionis, prædationis, furti, falsi, injuriarum atrocium, relegatio, ictus, contusiones usque ad vulnera qualiacunque. Item Halßeisen / Galgen auffrichten / Uhrfehd / Bannung im Zehenden / Galeen schmieden. *Vide Bocer. de Jurisdict. cap. 5.*

Ad hanc, scil. bassam, referunt omnes causas civiles ac pecuniarias, Schuldforderung / Geldsachen / ubi agitur de damnis ac reditibus, excutiones, item die Hülff; imo etiam nonnulla ex iis, quæ sunt mixti Imperii, scilicet, punitiones criminum minorum, puta, vetitarum mercium, ludorum, contumaciam, injurias non atroces, als Scheltwort / quo referunt nonnulli kleine Frevel brüch werffen / blau und braunschlagen / blutritzen / messerzucken, modo hæc fiant sine sanguinis profusione; capere item delinquentes ut altam Jurisdictionem habenti tradantur. *vide Moll. 4. Semestr. c. 45.*

45. Om-

45. Omnia hæc Jurisdictionalia unicuique Imperii Statuum salva, quieta & intacta manere debent, adeo, ut Princeps aut Comes Imperii, capiendo delinquentem in alterius territorio, Jurisdictionem ejus turbare, ac territorium violare dicatur, & in pœnam fractæ Pacis incidat. *Const. Max. I. de A.* 1495. & in Camera Imperiali peti possit, vel ut captus statim relaxetur, vel etiam, ut satisfiat, propter violatum territorium. *Gail. lib.* 1. *de Pab. publ. c.* 16.

46. Conceditur tamen persecutio fugientis in vicini territorium, die Nacheil / sic enim actus continuus censetur R. Absch. 1555. §. Würde sich aber. *Bes. in thesaur. pract. verb.* Nacheil. Dissentiunt alii; quia est species violati territorii. Et allegatus Recessus videtur de casu speciali esse intelligendus. *Vide Struv. in Syntagm. J C. Ex.* 49. *th.* 53.

47. Et si captus sit in alieno territorio, Domino istius territorii, secundum Dd. non necessario remittendus, quia actus in uno territorio cœptus in altero consummatus, jure indivisibilitatis pro unico actu censetur. *Nellus de Bannit. part.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 29. Quo facit Recess. Imp. *de Ann.* 1559. §. So nun in solcher: ubi excipiuntur pacis publicæ turbatores, & alii publici hostes, hi enim, in persecutione

tione in alieno territorio capti, Magistratui loci, ubi capiuntur, sistendi sunt, ut de iis, tanquam de publicis hostibus, judicet, & judicatum exequatur.

48. Principi aut Statui Imperii captorum deductio per territoria aliorum Statuum concedenda est, das Durchführen der Maleficanten / muß einem jeden gestattet werden / quia nemo prohiberi potest, quomus via publica utatur, modo alterius Jurisdictio non violetur, *l.* 11. *C. de Servit. & aq. Fritsch. de via publ. cap.* 8. *per tot.*

49. Nec quicquam captivo proderit, etiamsi per cœmiterium Ecclesiæ, aut per locum, ubi jus asyli viget, ducatur, v. g. per agrum Reutlingensis ducatur Civitatis, in quo amplissimum asyli jus viget; nam propter continuationem jam cœptæ Jurisdictionis, ibi finiri debet judicium, ubi cœptum est. *Vide Myler. ab Ehrenb. in Tract. de jur. asyl. cap.* 10. *n.* 22. *Dissentit Erasmus a Chockier Tract. de jurisdict. in exempt. part.* 4. *quæst.* 98. *n.* 1.

50. Quia Jurisdictionalia sunt in patrimonio Statuum, hinc sæpius ea etiam aliis per subinfeudationem, aut etiam concessionem conferuntur; & hinc est, quod quælibet fere Civitas municipalis actus quosd. Iurisdictionis possideat: &

plura

plura sunt oppida, & plures pagi, ubi Jurisdictio divisa est, ut unus habeat, die Landeshohe Obrigkeit; alius, die Niedere Gerichte; vel unus die Fürstliche hohe Obrigkeit / alius die Malefitz. Quæ jura a diversis possessa non inducunt totalem subjectionem, nec ab una aliqua specie Jurisdictionis ad universalem Iurisdictionem & subjectionem argumentari licet, e. g. Er hat die Malefitz. Ergo so hat er die Landsfürstliche Obrigkeit. *Gædd. 2. Cons. Marpurg.* 28. *n.* 26; & 164.

51. Ad jus Legislatorium referimus, pondera constituendi jus, mensuras & ulnas, Gewicht / Maaß und Ehl anzuordnen; id quod & Statibus Imperii competit, vi Iuris, quod in caput & actiones subditorum habent, *vide* Policey-Ordung *de A.* 1548 *tit.* von etlichen Articulen. *Knich. de jur. territ. c.* 4. *Myler. in metrolog. c.* 3. *per tot.*

52. Magnam varietatem ponderum & mensurarum in Imperio ad conformitatem & unitatem antiquis seculis Carolus M. *Avent. Hist. Bojar. l.* 4. & superiori seculo, Carolus V. *in Reform. Polit.* zu Augspurg *de An.* 1530. *tit.* von Ehlen, reducere voluit.

53. In bene constitutis Rebuspubl: solet Magistratus in loco publico, sub dio, mensurarum Archetypum das Landmaaß exponere.

ponere. Iustinianus *in Nov.* 128. *c.* 15. Archetypos in Ecclesiis cujusque civitatis conservari jussit. Ad evitandas fraudes & corruptiones, mensuræ & pondera publico notantur stigmate, seu signo, vel Principis territorii insigniis, man druckt der Herrschafft Wapen darauff. *Vide de Metrolog. c.* 8. §. 2. Omnes subditi suas mensuras ad hunc archetypum sumere debent, nisi speciali privilegio, diversitate mensuræ uti liceat, e. g. propter remissionem des Umgelts / ut quædam Monasteria & Hospitalia majores mensuras habent, geben Pfaffen-Maaß.

54. Falsa mensura utentes, hodie arbitraria pœna puniuntur, quandoque dupli, quandoque fustigationis. *Constit. Crim. Carol. V. artic.* 113. *Damhoud. ad de c.*

55. Huc referendum est jus cudendi monetam, quod etiam est species legis universalis; auri enim & argenti non major est usus, quam aliarum rerum absque lege, hinc etiam pecunia alio nomine dicitur, νόμος, seu nummus, lex a suprema potestate condita: *vide l.* 1. *ff. de contrah. emption.*

56. In Imperio tamen nostro, hoc jus cudendi monetam tam auream quam argenteam, non omnes, sed quidam tantum ex Principibus & reliquis Imperii

perii Statibus habent, & hoc non vigore Superioritatis, sed singulari Imperatorum gratia & indulgentia: *de quo Spec. Suev. l.* 1. 12. Wer die Müntz haben will / er sey Pfaff oder Lay / der muß sie haben von dem Römischen Reich und dem Römischen König. *R. Imp. de An.* 1551. §. So haben wir uns.

Proinde ad demonstrandam Imperatoris concessionem & indulgentiam provenisse dicunt Dd. ex Lege Imperii, ut numismata Principum & Statuum Imperii, plerumque Cæsaris nomen in orbe circumscriptum habeant, aut aquilam bicipitem, inserto ejus pectori Imperii globo. *R. Imp.* Von neuer Müntzordnung *de An.* 1559. §. Wie aber vorgestellet. 10. Vide tamen hic, quid inter Carol. V. & Status Imperii actum fuerit superiori seculo, ubi postulavit, ut Principes sua imagine nummos signarent. *Hortl. vol.* 2. *de bell. Germ. l.* 5. *c.* 5.

57. Quia ex Imperatoris indulgentia plerumque Status Imperii simpliciter hoc jus exercent, ideo nummi ipsorum pro moneta Imperialis Majestatis reputantur, adeo ut eos adulterans, in crimen læsæ Majest. incidat, ac variis pœnis sese subijiciat, *l.* 2. *C. de falsa mon. Const. crim. art.* 3. *Göldast. de re monet. tit.* 52.

58. Pro-

58. Propter impensas monetarias, quas Status Imperii de suo subministrare coguntur, R. Absch. *de Ann.* 1555. von Münß-Ordnung. §. ferner als sich. 175. ex inveterata consuetudine aliquid vilioris metalli monetis admiscere possunt, pede tamen monetarum præscripto accurate custodito. R. Absch. *de Ann.* 1551. §. so haben wir 2c. 46.

Hic pes vocatur liga, ac consistit in bonitate intrinseca & extrinseca. *Molin. de usur. quæst.* 92. *n.* 696. In Korn und Schrot/ Halt und Gewicht/ Gang und Geb/ ut nimirum sexaginta septem Ducati habeant auri puri Char. 23. 8. gran. 72. Floreni aurei, Goldgulden / 18. Car. 6. gran. i. e. 12. Loth. 6. Gran. R. Absch. *de Anno* 1559. Neue Münß-Ordnung. §. ferner die güldene Münß. & §§. *seqq.* octo Imperiales 14. lotones & 4. grana puri argenti in sese contineant. R. A. *de* 1566. §. dem nach haben wir uns. 151. Mimoris monetæ pes est, ut 155½. halbe Baßen / 8. lotones: 2432. Creußer / sex lotones 4. gran. argenti puri contineant, R. Absch. *de Anno* 1559. In der neuen Münß. Ordnung. §. zum sechsten. 8. & 9.

59. Et ut hæc bonitas a Statibus Imperii observetur, singulis annis provinciæ Circulus semel vel bis per suos Wardinos pu-

publice inquirit, auff den Probation-und Valvations-Tägen. R. A. *de Anno* 1559. In der Müntz-Ordnung. §. und damit. 158. *Gold. de Tr. t.* 26. *&* 27.

60. Si moneta reproba & contra LL. Imperii cusa reperiatur, Princeps, vel alius Status Imperii, 50. libras auri puri pendere tenetur, R. A. *de Anno* 1559. §. hier auff setzen. 31. præter indignationem Imperatoris, in quam incurrit, adeo ut etiam amissione juris cudendæ monetæ, mit Verlust der Müntz-Freyheit / puniri possit. *Vide quæ supra diximus de Juribus, soli Imperatori propriis.*

61. Et ut hæc eo exactius curentur, prohibitum etiam est Imperii Statibus, jus hoc vendere, locare, cedere, oppignorare, die Stämpffel verleihen / verkauffen / &c. nisi jure suo cadere velint. R. Absch. *de Anno* 1551. § so haben wir. 46. Status enim ex hoc regali lucrum non captent, quia illud ipsis non proprii lucri causa, sed in Reip utilitatem, Imperii ac ipsius Status honorem, concessum est, ut dicit Imperator: die Müntz-Gerechtigkeit ist keine Mercantz / sondern Unser Käyserlich Regal / so die Müntzstände auß unserm sonderem Vertrauen / zu nicht ihrem selbst gesuchten Vortheil brauchen sollen. R. A. *de Anno* 1470. §. als dann auch. 132. Ex hisce enim locationibus im-

imperium grave damnum passurum esset, *dict: R. de Anno* 1570. ferner. *ibi* daß der gemeine Nuß hiedurch in Fall kommet.

62. Præter curam, quæ Circulis incumbit, ipsi etiam Status cavere debent, ne moneta falsa in eorum territorium inducatur, daß keine falsche Münße einschleiche / sed monetas reprobas, ac contra Imperii legem cusas, territorio suo monetalibus Edictis abigant. R. Absch. *de A.* 1594. §. darneben. R. A. 1603. §. Und will fast allweg.

63. Quia Status habent potestatem Statutum condendi, interpretandi, & illud omnino abrogandi: E. etiam habent potestatem Statutum limitandi & excipiendi a Statuto, & sic potestatem privilegia concedendi; quid enim aliud est privilegium, quam exceptio a Lege? unde etiam interdum jus singulare dicitur.

64. Privilegium vel Personale est, quod intuitu personæ datur: vel Reale, quod propter rem datur, eamque concomitatur, ac tamdiu durat, quam res ipsa subsistit.

65. In dubio Privilegium potius personale, quam reale esse censetur; cum enim privilegium sui natura sit contra vel præter Jus commune, ideo quam strictissime intelligendum

eſt. *Klock. de Contrib. cap. 16. Sect. 1. num. 51.*

66. Omnia Privilegia iterum ſunt vel precaria, quæ ex mera Principis gratia, voluntate & beneplacito profluunt, eaque vocantur gratioſa *Carol. Tapia de Conſtit. Princ. part. 2. cap. 3. num. 6.* vel conventionalia, quæ vim contractus habent; utpote tempore fœderis acquiſita; qualia ſunt iſta, quæ in ultimo fœdere inter Regem Galliæ; & inter Status ſeptem Provinciarum Belgii unitarum, ab utraque parte ſubditis ipſorum, in utriuſque territorio, ratione commerciorum conceduntur; item ea, quæ pecunia, vel alio titulo oneroſo acquiruntur. Quo referenda etiam ſunt privilegia remuneratoria. *Myl. in Nomol. c. 2. n. 15.* vel ſunt jurata ac vim juramenti habent, quo fuerunt confirmata. *Enenck. de Privil. l. 1, cap. 4.*

67. Privilegii obſcuri interpretatio vel eſt expreſſa, quæ penes ſolum Principem eſt; vel tacita, quam quilibet Judex, ex natura privilegii & negotii æquitate, deſumit. *Turov. ap. Fritſch. cap. 5. n. 26.*

68. In omni privilegii interpretatione hæ clauſulæ regulariter inſunt: (1) ſalvo jure tertii, ne in alterius damnum extendantur. (2) ſi preces veritate nitantur,

tur. (3) rebus sic stantibus, ac in eodem statu permanentibus. (4) quoad Principem latissime, quoad tertium strictissime sunt interpretanda. *l. f. C. de Constit. Princ. l. 1. ff. ad municip. Ant. Fab. 1. c. 2. def.* 22.

69. An autem hoc etiam ad tempus necessitatis extendendum? e. g. Princeps alicui concessit immunitatem a collectis, an quoque hoc privilegium ad tempus belli sit extendendum? Negant regulariter; a casibus enim necessitatis nemo se excusare potest, & eos Princeps semper excepisse præsumitur. *argum. l. jubemus C. de SS. Eccles. l. 2. C. de quib. mun. se nemo excuset.* Nisi forte quis titulo oneroso hoc acquisierit. *Sixtin l. 2. de Regal. cap.* 24. vel nisi persona omnino sit favore digna, cujusmodi dicuntur Doctores esse, & Professores, &c. qui etiam tempore belli a collectis immunes esse debent, nec ad hospitationes tenentur. Utrum verum sit, & in praxi obtineat, unusquisque eo loci, ubi degit, observabit. (5) Privilegium personæ concessum, ad heredes non extenditur, nisi quorum specialis facta est mentio, vel nisi ad aliquos, per necessariam consequentiam extendatur. *Gail. 2. observ. 2. num.* 15. nisi sit privilegium Nobilitatis, in hoc enim licet specialiter non fiat

mentio liberorum, tamen propter singularem favorem, quo concedens videtur prosequi eum & ejus sanguinem, cui confert, ad eos extenditur. *Chassan. in catal. gl. mund. p. 8. cons. 24.* vel nisi sint ob bene merita & egregie facta concessa, propter eundem favorem, vel potius, quia sic videtur acquisitum titulo oneroso & sic esse reale privilegium. (6) Privilegium clausum in Corpore Juris, ac a Principe concessum favorabilius est eo, quod ex speciali gratia conceditur: facilius enim tollitur privilegium, quam Jus commune; *Carol. Tapia decis. S. C. Neap. 24. numer. 15.* (7) Privilegium non insinuatum Judici aut parti, nihil prodest. *Gail. 1. Obser. 1. numer. 11.* (8) Privilegium publicæ utilitati facile opponi non debet. Hasce clausulas vide latius *apud Reink lib. 2. cl. 2. c. 8. Bar. Eneck. de privil. l. 2. c. 83.*

70. Privilegia a Principe concessa temere revocanda non sunt, ne quis sub principali autoritate circumscribatur. *l. 1. C. de his qui ven. æt Imp.*

71. Quod tamen juxta qualitatem privilegiorum differentiam admittit. Privilegia enim ad beneplacitum concessa, libere possunt revocari, instar aliarum legum, quo casu Princeps nemini facit injuriam, dum id tollit, quod sine causa concessit.

72. Con-

72. Conventionalia privilegia in concedentis arbitrio non sunt; quoniam in naturam contractus transierunt, adeo, ut ne quidem Princeps Successor privilegia conventionalia revocare possit, sive is succedat, sive per electionem ad Principatum perveniat.

Proinde in Camera Imperiali mandata pœnalia contra Principes & Status Imperii impetrantur, qui privilegia conventionalia, & ex causa onerosa impetrata, revocant. *argum. O. C. part. 2. tit. 23.* Remuneratoria privilegia etiam irrevocabilia esse, verius est, quia obligatio ad ἀντίδωρον nullo casu revocari potest, ne quidem ingratitudinis prætextu: per textum magistralem *l. Aquilius 27. ibi: officium Magistri quadam mercede remuneratum ff. de donat.* nisi subsit justa causa revocandi privilegium, quæ etiam irrevocabilia privilegia revocare concedat: puta (1) delictum atrox *l. 1. C. ubi Senat.* (2) si in abusum rapiatur, *l. 11. C. de Judæis*, (3) si iniquum esse appareat, *l. 2. & seq. C. si contra jus vel util. publ.* (4) si per sub & obreptionem impetratum fuerit, veluti vera reticendo, & falsa enarrando, *l. 10. §. patronum ff. de in jus voc.* (5) si causa privilegii finalis cesset, aut iniqua esse incipiat. *c. suggest. extr. de decim.* (6) amittitur privilegium

 per

per actum contrarium. *l. fin.* §, 2. *ff. de Veteran.*

73. An ex ratione Status privilegia irrevocabilia revocari possint? quæstio est. Statistæ hoc asserunt, quia necessitas & utilitas publica faciunt, ut & Decreta ordinis rescindi possint. *l.* 5. *ff. de decret. ab ord. fac.* modo propter naturam contractus præstetur privilegiorum & jurium æstimatio. *Paschal. de Patr. Pot. part.* 1. *cap.* 1. nullum enim privilegium includit casum publicæ utilitatis, vel necessitatis. *vide tamen Gedd.*4. *Conf. Marp.*16. *&* 17.

74. Sic etiam, si Princeps alicui concessit privilegium, sub certa aliqua conditione, nisi ista conditio in forma specifica adimpleatur, adimi potest privilegium, & verum est, eam ne quidem per æquipollentiam adimpleri posse, quia per modum contractus conceditur, & in contractibus, invito Creditori aliud pro alio solvi non potest. *vide Leand. Galganetti de condit. P.* 2. *c.* 1. *quæst.* 104. *n.* 23. *&* 24. *vide Thunov. de Principis autoris in privilegia potest*, ubi sequentes positiones latius deducit. (1) Princeps absolutissimus privilegia servare tenetur, sua natura adhuc firma, (2) Princeps Legibus fundamentalibus adstrictus non potest tollere privilegia pro lubitu. (3) Princeps privilegia

gia exteris concessa pro lubitu non potest tollere. (4) Senior pro lubitu privilegiis eorum derogare non potest, qui ratione feudi sibi subjiciuntur. (5) Privilegia interpretari, non semper est solius Principis. (6) Princeps certo casu, certisque de causis tantum privilegia tollere potest.

75. Privilegia personalia respiciunt, vel securitatem personarum, vel earum dignitatem, eamque vel augendam, vel restituendam: vel earum actiones vel licitas vel illicitas.

76. Privilegia, quae respiciunt securitatem, sunt 1. ut omnis, qui in Burgis & Castellis Principum deprehenditur, ab omni alterius injuria, quae vel verbis vel vi infertur, specialiter tutus sit, adeo, ut si quispiam in Burgo vel Principis castro talem injuriam alteri intulerit, habeatur pro violatore pacis publicae, & atrocioribus poenis subjiciatur, & vel manus amputatione, vel quandoque poena capitali puniatur. Qui enim securitatem publicam turbavit, und den Burgfrieden gebrochen hat / in ipsius Principis contemptum deliquit, *vide Fritsch. de Palatiis cap. 12. num 3.* In signum des Burgfriedens / solent Principes Imperii in Palatiis, aliisve locis publicis, als an den Fürstlichen und Gräflichen Residen-

ßen und Schlössern / affigere signum & inscriptionem pacis publicæ. Quamvis autem Palatiis nihil pro securitatis signo adscriptum sit, tamen securitas Burgensis ibi viget & se exserit modo Princeps ibi resideat, ac Curiam celebret vel teneat. *vide latissime Fritsch. de Palatiis capit.* 8. *per totum.*

An provocans aliquem ad duellum, in loco publicæ securitatis, vel pacis Burgensis, da Burgfrieden ist / in pœnam violatæ pacis Burgensis incidat, quærunt? alii negant, quia in odiosis verba Constitutionis proprie sunt accipienda. *Ambrosin. de Immunit. Eccl. cap.* 5. *n.* 4. alii affirmant, quia ipsa provocatio ad duellum est delictum, spernitur enim Magistratus officium, qui in medio constitutus est, ne quisquam sibi ipsi jus dicat, & imprimis Principis Majestas, quæ reverenter habenda est. *Gregor. Caraffa de Duello, Sect.* 3. *quæst.* 1. Hinc etiam est, ut recte quidam sentiunt, quando aliquis gladium saltem strinxit, licet tertium non læserit, nec manu pulsaverit, sed manum levaverit ad pulsandum, quod pacem Burgensem turbaverit; quo pertinent verba JCti: si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatæ, & sæpe territus est; eum, qui quasi percussurus, non tamen percussit,

cussit, utili injuriarum actione teneri, *l. 15. §. 1. ff. de injur.* Quod praxis Imperii Romano German. quoque observat, adeo, ut, wann einer nur die Hand zum Schlagen auff hebt / in den Residentzen / so ist der Burgfrieden gebrochen / *Fritsch. dict. tract. de Palat. Pr. Imper. cap. 12. n. 4.*

77. Huc pertinet etiam 2. securitas, quæ singulariter præstatur personis, quæ ad certa loca inviolabilia & sancta confugiunt, ita ut sine summo piaculo inde avelli & abduci non possint. Loca ista dicuntur asyla, Germanice Freyhung.

Propter Imperium, quod Princeps in personam & subditorum caput habet, nulli dubitamus, quin huic vel isti personæ delinquenti in suo territorio possit securitatem præstare, & loca propterea constituere, quo se tuto recipere possit; si enim, propter hoc Imperium, jus habet in delictis dispensandi & aggratiandi, sicut mox videbimus, multo magis habebit jus, delinquentibus ad certum tempus securitatem præstandi. Et in Principis territorio delinquens Jurisdictionem Domini territorii, non vero alterius Principis violat, ergo & ipse Dominus territorii hanc injuriam remittere potest. *Vide Rittershus. de Asyl. cap. 2. Leibfrid.*

de Jure Asyl. concl. 9. Myler. de Jure Asyl. cap. 8.

78. Alii hoc jus denegant Statibus Imperii, & inter reservata Imperatoris tantum referunt *Stamler. de Reserv. Imper.* §. 60. Exemplum asylorum, a Principibus erectorum, habemus in Friderico IV. Electore Palatino, qui urbi Manhemiæ: & in Duce Wurtembergiæ Friderico, qui novæ urbi Freidenstadio talem immunitatem concessit, ut ad tale asylum confugere possint etiam forenses.

79. An hoc asylum vires suas extendat ad universi Imperii reos criminales? quæritur: affirmari posse videtur, quia remissio delinquentium hodie non amplius est necessitatis, sed ex arbitrio Principis territorii pendet, utrum ad instantiam ejus, ubi delictum est commissum reum velit remittere nec ce, *Gail.* 1. *de P. Publ. cap.* 16. *num.* 30. Verum, quamvis hodie non remittere cogatur Princeps istiusmodi delinquentes, tamen ipse eos punire debet, ut Dominus loci delicti commissi, & sic etiam in carcerem conjicere, custodiæ gratia. *Vide Fachin. lib.* 9. *cap.* 23. Imo, si propter facultatem non remittendi delinquentes hæc securitas ipsis præstatur, non tam hoc est ex Jure singulari asylorum, quam potius ex jure communi. Quo accedit, quod Principes

pes hoc jus, asyla constituendi, habeant, quia ipsorum & non alterius Principis Majestas irreverenter habita est, quando quis in ipsorum territorio deliquit, quam etiam injuriam propterea ipsi remittere possunt; ubi autem in alterius territorio quis deliquit, ibi alteri injuria est illata, quam cum Princeps Imperii, in præjudicium alterius, remittere non possit, etiam securitatem asylorum ipsi tribuere non potest; cessante enim causa, cessat effectus: imo si hoc fieret, justitia denegaretur alteri statui, prosequenti talem delinquentem.

80. Asyla non patrocinantur voluntariis & dolosis, den Muthwilligen Vorsetzlichen / sed imprudentibus homicidis so auß Hitze deß Zorns übereilet; nec, ut ibi omnino immunes existant; sed a carceris tantum pœna liberentur quo ex loco privilegiato causam commodius defendere possint. *Petr. Sarp. de Jur. asyl.* Nec etiam ad istos pertinet, qui jam capti, per territorium asylo privilegiatum ducuntur, & aufugiunt ad Magistratum asyli: asylum enim confugientem ad locum securitatis, adhuc liberum, tantum tuetur. *Alex. Ambrosin. de immutit. Eccles. c.* 10. *n.* 10. Quod propterea etiam ad eum extendimus, qui jam dum carcere mancipatus, eo effracto ad talem locum confugit.

fugit. *Vid. hic Harprecht. §. un. I. de his qui sui vel. al. ubi hoc latius disputat.* Hæc duo jura etiam non incommode referri possunt ad privilegia, quæ ipsis rebus conceduntur, si consideremus sanctitatem talibus locis inhærentem, propter quam personis ibi consistentibus hæc singularis securitas præstatur. Nos, propter singularem securitatem, quæ personis tribuitur, & quæ de læsione conqueri possunt, ea hic referre maluimus.

81. Propter imperium, quod Princeps in personas subditorum habet, & propter quod ipsi liberum est, recipere in suum territorium, quos vult, & eos, quos non vult, propter justas causas inde arcere, putamus Principi competere potestatem recipiendi Judæos, & ipsis privilegium tribuere, ut in suo territorio secure versari possint.

82. In Imperio Romano-Germanico, recipiendi Judæos & protegendi potestas, ab Imperatore, qui Judæorum Protector universalis est, primo per speciale privilegium *in A. B. c. 9. §. 2.* Electoribus tantum tributa est; postea vero Principibus, cæterisve Imperii Statibus, imo etiam Nobilibus immediatis concessa fuit. *Reform. Polit. de 1548. tit.* von Jüden/ *ac Renov. Francof. de A. 1577. tit. 20.*

Quam-

Quamvis autem, ab initio, per privilegium hoc specialiter sic fuerit concessum, tamen non videtur absurdum esse, si dicamus, hodie non amplius competere per modum privilegii, sed vi Superioritatis territorialis, & hinc etiam videmus, quod pro lubitu eos recipiant Status Imperii, vel non recipiant.

Sive autem vi privilegii concessi, sive vi Superioritatis territorialis, hoc tamen fit ita, ut (1) Imperatori Jus protectionis universale semper salvum maneat; (2) ubi jam ex immemoriali tempore, vel ex privilegio Imperatoris securitatem & habitandi jus habuerunt, inviti ejici non possint. Exempla suppeditant Civitates Imperii, Francofurtum & Wormatia, ubi a plebe spoliati & ejecti, Imperatoris autoritate restituti sunt, & ab omni injuria tuti præstantur.

83. Dux Würtembergensis nunquam eos in suo territorio recepit, adeo ut ne quidem liberum transitum habeant absque salvo conductu, seu securitatis literis, ohne Schirms-Zettel / quas a Præfecto loci redimere coguntur; imo subditis Würtembergiæ Ducatus sub gravi pœna interdictum est, ne cum Judæis contrahant, *Ord. Würt.* §. Und sollen.

84. Quidam Principes LLbus funda-

mentalibus caverunt, ne unquam recipiantur, *vid.* Coburger Lands-Ordnung *art.* 77. Weinmarische Landz-Ordnung *art.* 82. Preussische grosse Lands-Ordnung *fol.* 431. Neque tamen hoc a jure communi alienum est. *Vid. Fritsch. de via publ. c.* 6. & 8.

85. Judæi in Imperio variis conditionibus per Leges Imperii coarctantur, secundum quas vivere coguntur, (1.) Ut discreto vestitu ac charactere quodam, veluti certo pileo, aut flavo annulo, notentur. *Reform. Polit. de* 1530. *tit.* 22. (2.) Ut ab usuris illicitis abstineant. *Reform. Polit. de* 1577. *tit.* 20. *§.6. ibi.* Nicht mehr als funff vom 100. (3.) Ne emant bona furto ablata, vel cum furibus colludant. *d. Reform. Pol. de* 1577. *tit.* 20 (4.) Ne obligationes recipiant, nisi a Magistratu loci confirmentur. R. A. *de* 1551. §. diesem. (5.) Ne novas exstruant Synagogas, nisi sciente & permittente Magistratu *l. f. §. f. C. de Jud.* (6.) Ne ulla officia publica aut dignitates inter se ordinent. *cap. nulla. dist.* 54. *cap. constituit.* 17, *qu.* 4. (7.) Ne judæum ad Christianam religionem transeuntem prohibeant. *l.* 3. *C. de jud.* (8.) Ne Christianos ad falsum eorum dogma seducant. *Knipschild. de Civit. Imp. cap.* 30. *num.* 53. (9.) Ut hæc & alia, certâ solennitate, & rigorose jurent,

rent. *Ord. C. P.* 1. *n.* 86. *ubi Magenhorst. Limn. l.* 3. *J. P. c.* 2. *n.* 28. *& seqq.*

86. Si Judæi his conditionibus satisfaciant, ubi semel recepti sunt, nec in persona, nec in bonis licite offendi possunt. *Mager. de Advoc. armat. c.* 8. *n.* 20. Imo interdum contra expellentes, ut supra diximus, Camera Imperialis mandata cum *C.* decernit. *vid. Ruland. de Commiss. l.* 7. *c.* 3. *n.* 5.

87. In Imperio nostro, & olim apud Romanos insigniter erant privilegiati; Jure civ. Justinianeo sunt cives romani. *l.* 8. *C. de jud.* Liberos habent in potestate, ad modum reliquorum civium romanorum *c. f. x. de convers. fid. Paschal. de P. P. part.* 1. *c.* 7. *n.* 9. Commercia cum Christianis exercere possunt. *l. judæi C. de Jud.* Privilegia insignia acceperunt ab Imperatoribus nostris Carolo V. Maximil. II. Rudolpho II. *Vid.* R. A. *de anno* 1544. 1551. 1576. 1582. *Ayrer. P.* 2. *Process. c.* 5. Vivunt, ut dictum, sub Imperatoris protectione, & quidem, secundum legem Mosaicam, adeo ut & divortia facere possint, & in successionibus ex testamento, & ab intestato, ut & contractibus inter se illam tanquam normam sequantur. *Knipschild d. c.* 30. Quia enim hactenus ipsis interdicitur, ne aliquem ad superstitionem suam trahere possint,

eo ipso permittitur, ut ipsi secundum eam vivant. Dicuntur servi fisci, sive Cameræ Imperialis, Sie seynd der Käyserlichen Majestät Cammer-Knecht. *Sixt. de Regal.* 1. *c.* 5. *n.* 20. Imperatori electo, wann er das Reich antritt/ seind sie ihrer Käyserliche Majestät eine Cron-steuer und Opffer-Pfennig schuldig / *Reink. lib.* 2. *Cl.* 2. *c.* 3.

Quemadmodum autem, *ut dictum*, Status Imperii, Juribus Imperatoris in Judæis recipiendis non possunt derogare, ita nec Imperator per privilegia ipsis Judæis concessa, Imperii Statuum Juri, & gravis privilegiis, quæ olim in Reform. Polit. & aliis, circa Judæos recipiendos ipsis sunt concessa derogare potest. *R. A. de* 1577. *tit.* 20. adeo, ut Civitati invitæ Judæi obtrudi non possint. *Knipschild. d. cap.* 30.

89. Quamvis cives omnes inter se natura sint æquales, sine intercedente facto ejus qui habet summam in Civitate potestatem: tamen virtute mactos & generosos animos, qui ad res præclare gestas magnum momentum attulerunt, Principes merito aliis præferunt, iisque præ aliis, illustria dignitatum privlegia attribuunt, ne dum pari honore censentur cum omnibus reliquis, injuria afficiantur. *Vid. Lamp. P.* 3. *c.* 14. *in f.*

90. Hæc

90. Hæc poteſtas dignitates conferendi, fere in omnibus, in Imperio noſtro Imperatori eſt reſervata, illiſque tantum competit, quibus ſpecialiter Imperator hoc conceſſit, ut ſunt Reges Bohemiæ, Archi-Duces Auſtriæ &c.

Reliquis Imperii Statibus, quibus hoc conceſſum non eſt, vi Imperii in ſubditos, ad quos regendos, opus habent auxilio Conſiliariorum, Magiſtratuum & aliorum Officialium, competit collatio iſtarum dignitatum & privilegiorum, quæ his officiis annexa eſſe volunt, in ſuis territoriis, *de quibus Magiſtratibus ſupra diximus.*

91. Ad hæc privilegia, quibus civium honor & dignitas augetur a Statibus in territorio ipſorum, merito refertur poteſtas creandi & ordinandi Tabelliones, Archi-Grammateos & Scribas publicos, eorumque Subſtitutos, qui in effectu idem ſunt, quod Notarii publici, vulgo Stadt-Ambt- und Gericht-Schreiber appellati. *Ruland. 2. de Commiſſ. l. 5. c. 4 n. 41.* Qui olim Numerarii, Actuarii & Scriniarii nominati fuerunt. *t. t. C. de Numerar. Panciroll. l. 2. var. lect.*

92. Archi-Grammatei a Notariis in eo differunt, quod Notarii Imperiali autoritate creati, officio ſuo ubique in Imperio præeſſe, teſtamenta ac inſtrumenta

confi-

conficere possint: putamus tamen, hoc non posse extendi ad alia regna, e. g. Hispaniam & Augliam, ut quidam alii existimant, atque statuunt, eos ubique terrarum officium suum exercere posse; extra territorium enim jus dicenti impune non paretur, etiam in actibus voluntariæ Jurisdictionis, *l. ult. ff. de Iurisd. vide supra de Juribus Imperatori propriis.*

Archi-Grammatei vero, ac Tabelliones, tantum in territorio munere suo fungi possunt. *Tonduti de præventione part.* 1. *c.* 17.

93. Ad officium Archigrammatei nemo admittitur ante vigesimum quintum annum ætatis inchoatum, quia est munus publ. *l.* 8. *ff. de Mun. l.* 11. *ff. de Decur.*

94. Antequam ad officium admittatur, oportet, ut examen in Consilio sustineat, & de certis capitulis juramentum præstet. *Myler. de Stat. Imp. p.* 2. *c.* 61. Instrumenta vel testamenta ab Archigrammateo condita publicam fidem merentur, sive producantur in territorio, sive extra territorium: in scriptura enim inspicitur locus, ubi illa confecta est; *l. 6. ff. de Evict. Phanut. de Inventar. p.* 6. *n.* 137. dummodo fiat mentio loci, ubi confecta est, & diei, quando confecta est; alias enim

enim omissio loci & diei faciet, ut scriptura nullam mereatur fidem. *Nov.* 47. *c.* 1. *in pr.* imo, ex consuetudine videtur esse solennitas essentialis, quam Notarius in Instrumento omittere non potest. Quo accedit, quod alias is, adversus quem illa profertur, docere non potest, toto eo die quo conficiebatur, sese vel adversarium in aliis locis fuisse §. 12. *Inst. de inutil stipul.*

95. Et quamvis Notarius vel Archigrammateus in alieno territorio, inter subditos istius territorii, ut dictum, Instrumentum nullum conficere possit, tamen putamus, si personæ Domini sui Jurisdictioni & territorio subjectæ, in alterius territorio inveniantur, instrumentum inter ipsas ibi ab eo confici posse, quia statutum effectum suum extendit ad subditos, ubique existentes, ac extra territorium contrahentes. *Ant. Fab.* 1. *Cod. tit.* 5. *defin.* 4.

96. De Substitutis der Stadtschreiber / idem dicendum, quod gesta ab eis non minus valeant, acsi a Principe confecta essent, nemo enim ad hoc officium admittitur, nisi examinatus & juratus. *Mastril. de Magistrat. l.* 1. *c.* 29. *n.* 24.

97. Ad privilegia, restituentia honorem & dignitatem, refertur (1) famæ restitutio;

stitutio; hanc enim Principes subditis suis restituere possunt, ita, ut pro legali persona habeantur, non tantum in ipsorum territorio, sed & extra illud, modo infamia fuerit irrogata, lege provinciali, qui enim legem condidit contra eam quoque dispensandi potestatem habet. Secus, si legibus ac Recessibus Imperii alicui infamia fuerit irrogata, adeo, ut Princeps & Status Imperii subditum, ab Imperatore bannitum, ne quidem in territorio recipere possit. *Knipschild. de Civit. Imp. l.* 2. *cap.* 4. *num.* 75. Si infamia fuerit irrogata, jure Justinianeo, etiam a Principe aboleri poterit, quia, *ut diximus supra*, statuta condere possunt juri Justin. contraria: ergo & dispensare contra jus Justinianeum possunt.

96. Effectus restitutionis colligitur vel ex verbis Principis c. g. wir sezen euch in den vorigen Stand und Ehr und Würde R. A. *de* 1526. §. Und wiewohl der gemeine Mann ꝛc. vel ex factis, quando Princeps promovet infamem ad dignitatem & officia, quæ non alius nisi integer famæ gerere potest; eo ipso enim, dum talem infamem ad officium promovet, eum famæ restituisse creditur, qui enim vult finem, vult media. *l.* 2. *ff. de jurisd.* modo Princeps sciverit, talem promotum infamia aliqua laborare, quoniam non videtur

detur dispensare is, qui hoc non facit ex certa scientia.

99. Famæ ita restitutus, utrum etiam bona à Fisco occupata & publicata recipiat? dubitatur: distinguendum est, an restitutio illa fiat, cum clausula illa speciali, wir setzen euch in vorigen Stand / an vero hisce verbis: wir wollen euch Gnad erweisen / priori casu affirmatur quæstio, quia tantum tribuit restitutio, quantum abstulit condemnatio. *l. f. C. de Sent. pass.* adeo ut Dd. dicant, banno Imperiali notatum, priori formula ab Imperatore restitutum, recuperare castra sua ac territorium, jam in alium, per infeudationem translatum. *Vid. Schneidevv. de Feud. p. 5. n. 103.* id quod in Regno Galliæ quoque obtinere, testatur *Choppin. de Dom. l. 1. tit. 8. n. 8.* Posteriori casu, negatur: quia fama sic tantum videtur esse restituta, de cujus restitutione principaliter supplicatur. *Kinschot. tr. de remiss. homicid. cap. 2. per tot.*

100. Refertur (2) ad has dispensationes circa famam. Legitimatio, ita ut tales legitimati, certo casu, verum legitimorum statum habeant. *Vid. Nov. 89. cap. 9.* & patri, secundum quosdam tantum in bonis familiæ succedant. *Kinschot. de Legitimat. cap. 5. vid. Myler. Gamolog. cap.*

cap. 25. legitimam ex bonis paternis petant; patris testamentum inofficiosum accusare possint; *Kinschot. dict: tr. c.* 6. *per. tot.* gaudeant nobilitate paterna, secundum quosdam, & per eos agnatio conservetur. *Myler. in Gamol. c.* 25. *num*: 9.

101. Quia tamen agnatio & Nobilitas, propter suam dignitatem, ad legitimum sanguinem a primo concedente videtur restricta; hinc veriorem putamus eorum opinionem, tales legitimatos, nisi agnati consentiant, in eorum bonis non succedere; iniquum enim est ut quispiam suæ soboli, ex illicita conjunctione acquisitæ, per legitimationis modum ad successionem inviti aut ignorantis viam sternat, imprimis si adsint bona familiæ, & titulata. *arg*: 2. *Feud.* 26. §. *naturales.*

Hinc & legitimati per rescriptum Principis in feudis non succeduut. *d. t.* 2. *Feud.* 26. §. *naturales*, nisi post legitimationem Pater feudum acquisierit; *Rosenthalde Feud. c.* 7. *concl.* 19. *n.* 6. (2) nisi expressis verbis etiam ad feuda fuerit legitimatus. *Sixtim. de Reg.* 1. *c.* 3. *n.* 34. (3) in casu, quo omnes descendentes & legitimi deficiunt. *Gilmon de la motta ad Molin. de Primogen. l.* 1. *c.* 4. *n.* 44. (4) nisi agnati proximiores consentiant, quorum præcipuè interest. *Conrad. ab Einsid. de Regal. c.* 20. *n.* 103.

102. Si

102. Si Princeps unum ex territorio suo ita legitimavit, an ubique pro legitimo habeatur, etiam extra suum territorium? dubiatur: Imperatoris enim reservatum est, ut legitimare omnes possit in Imperio, & ut per totum Imperium pro legitimis habeantur; & quanquam Princeps Imperii in suo territorio maculam suo subdito tollere possit, quæ ex illegitimâ nativitate oritur, tamen ut omnes alii, etiam extra territorium, eum agnoscant pro tali, efficere non potest, hoc enim solius Imperatoris est. Et hoc ita procedente, sequitur, quod multo minus possit legitimare subditum alterius. *Bocer. de Regal. c. 2. n. 120.*

103. Dispensatio, quæ respicit actus subditorum, versatur vel circa actus licitos vel illicitos.

104. Dispensatio, quæ versatur circa actus licitos, respicit (1) ætatem, quando quis petit, ut actus, qui suscipiuntur a minorenni, perinde reputentur, acsi facti fuissent a majorenni, id quod fit, per impetrationem veniæ ætatis, quam Princeps suis subditis tantum dare potest, & est, quâ minori jus legitimæ ætatis tribuit, quo tanquam major, sine curatore, agere, conveniri, bona sua administrare ac libere contrahere possit. *Vid. Myler. de Ætolog. c. 2. per. tot.* In concedenda

venia

veniæ ætatis Princeps non obligatur, ut observet solennitates. *l. 2. C. de his qui ven. ætat. Imp.*

105. An ita ex indulgentia Principis, pro majore habitus sit admittendus ad legatum, quod forte his verbis conceptum est: cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit? dubitatur: nos hujusmodi majorem ex privilegio, sub commento impetratæ veniæ ætatis, legatum ante vigesimum quintum ætatis annum completum capere non posse, existimamus *per l. fin ibi. quæ non ab Imperiali beneficio. C. de His qui ven æt.* nam in dispositione hominum ultima, verba naturali non civili significatione funguntur, *Myler. in Ætolog. c. 6. n 2. & seq.*

106. (2) respicit dispensatio in licitis, contractus & promissiones; quo refertur, si juramento aliquis aliquid promisit, vel metu vel dolo alterius deceptus, quod Princeps ipsi possit relaxare istud juramentum, ad effectum agendi, *de quo supra dictum, de juribus Imperatori propriis.*

107. Item, quod Princeps, circa contractus & conventiones, ex defectu solennitatum à legibus requisitarum, invalidas atque irritas, dispensare possit, ut sint validæ, e. g donationem excedentem 500. solidos factam absque insinuatione.

108. Item,

108. Item, quod Princeps istis, qui infortunio lapsi sunt, possit remittere solutionem debiti & usurarum ad certum tempus: e g. ad quinquennium, vel longius vel brevius tempus, per rescripta moratoria. Principes enim etiam in suis territoriis dare possunt Rescripta moratoria, quinquenell-oder Anstands-Brieff / *de quibus dictum supr. de Juribus Imp. prop.*

109. Quod Princeps circa gradus matrimoniales, jure divino aut naturali non prohibitos, itidem dispensare possit. *Myler in Gamol. c.* 8. *n.* 6.

110. (3) Testamenta ita ut Princeps ultimas voluntates validas pronunciare possit, ubi omissus est legitimus numerus testium. Heredes enim in tali testamento nullum jus quæsitum habent, nec a jure naturæ, nec jure Gentium nec jure civili, Jus enim naturæ & Gentium de numero testium in testamento nihil disponit, & jus civile, quod de eo disponit, observatum non est. E. Princeps hunc defectum juris Civ. sua autoritate supplere potest, nec injuriam facit defuncto, quia bona ejus non transfert in alium, quam in quem ille ea translata voluit.

Putant alii, hoc ideo fieri non posse, quia heres jure Naturæ & Gentium jus quæsitum habet. *Vid. Myller. P.* 2. *c.* 1.

111. Item, quod Princeps alicui ex ſubditis poſſit facultatem teſtandi concedere, qui alias teſtari non poteſt; iſtis enim permittitur teſtari quibus hoc jure civili permiſſum eſt, teſtamenti enim factio juris publici eſt *l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. I quib. non eſt perm. fac. teſtam. t. t.* Si Princeps alicui conceſſit teſtandi facultatem, donare mortis cauſa eum poſſe putamus, qui enim concedit illud quod magis eſt, etiam concedit illud, quod minus. Alii omnino diſſentiunt, quoniam mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, in materia ſtricta & odioſa, ſed perperam (1.) enim falſum eſt, quod teſtamenti factio ſit aliquid odioſi; imo libertati hominum nihil magis convenit, quam teſtari poſſe, & nihil magis favorabile eſt, quam teſtandi facultas *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* (2.) quia mortis cauſa donatio eſt ſpecies ultimæ voluntatis. Qui E teſtamenti factionem concedit, ille concedit poteſtatem declarandi ultimam ſuam voluntatem, ſive poſtmodum hoc faciat legitime, & ſolenniter, per heredis inſtitutionem, ſive hoc faciat ſine heredis inſtitutione.

112. Ad actus illicitos ſubditorum, pertinent privilegia, quando in pœnarum remiſſione diſpenſat Princeps imperii, dum

dum reum crimine obnoxium, ex singulari gratia pœnæ eximit, vel eam in totum condonando, vel pœnam corporalem in pecuniariam commutando, vel condemnando, ac mox reum restituendo *l.* 9. §. 11. *ff. de pœn. l. fin. ff. de Constitut. Princip.*

Hoc jus, a Dd. dicitur jus aggratiandi. *vid. Clasen. de jure aggratiandi Struv: Syntagm. Jur. Civ. Exerc.* 49. *thes.* 91.

113. Ne tamen nimia lenitas condonandi occasionem præbeat peccandi; lenitas enim non minus vitium est Reip. perniciosum, quam crudelitas; exinde namque delinquentes & turbatores quietis publicæ invalescunt. *Leon. Less. de just. & jur. l.* 4. *c.* 4. Princeps in condonatione, aut mitigatione pœnarum difficilis sit, ut aliorum exemplo reliqui deterreantur. R. A. *de A.* 1567. §. Wiewohl wir *ibi:* ein vorgebildeten Spiegel haben.

114. In criminibus in Deum, ut sunt blasphemia, magia, veneficium, pactum cum Diabolo, Sacrilegium, & similia dispensatio nullo modo locum habet. *Damhoud. in Prax. crim. c.* 145. *n.* 6. ea enim numinis Divini apud Principes debet esse veneratio, ut nihil quicquam de honore ejus decedere patiantur. *Suarez. de jur. aggratiandi poßit.* 10. *Lit B.*

 quod-

quodadeo verum eſt, ut talia delicta enormia, ne quidem in generali indulto comprehendantur; *Maſtrill. de Indulgent. general. c.* 26. *& ſeqq.*

115. In criminibus in proximum, jure N. & Divino prohibitis, ut adulterio & homicidio, quia ab ipſo Deo certa pœna eſt ſancita, a Vicario ejus ea remitti non poteſt. *Maſtrill. d. tr. c.* 30. *&* 31. niſi quod ex juſta cauſa in muliere, pupillo & demente Princeps hiſce delictis impoſitam pœnam temperare, ac ordinariam in aliam corporis afflictivam vel pecuniariam convertere poſſit. *l.* 13. *ff. de pœn. Claſſen. d. tr. c.* 13. ſic videmus, ſi maritus adulteram recipiat, datur venia & mitius punitur, pœna extraordinaria *Suarez. dict. Tract. poſit* 10.

116. Delictum in Principem commiſſum penitus conſiſtit in Imperantis arbitrio, an rigide vel ex gratia pœnam exigere velit. Laudandum certe & magni animi eſt, ſi Princeps propriam injuriam mera gratia vindicet. *l. un. C. ſi quis Princip. maledix.*

117. Delicta contra Jus civile aut ſtatuta Reip. commiſſa Princeps remittere poteſt, pro lubitu, vel in totum, vel pro parte *l.* 4. *ff. de pœn. Claſen. d. tr. c.* 17. Si pars læſa agat ad publicam vindictam, Princeps pro lubitu in totum gratiam facere

cere

cere poteſt. Si pars læſa ad privatam vindictam agat, ſc. quanti intereſt, ei nocitum non fuiſſe, Princeps indulgentiam ita concedere debet, ne læſus a juſtitia, nec delinquens a miſericordia penitus excludatur *Ærod. rer. judicatar. fol.* 566.

118. Hæc ita procedunt in delictis doloſis, notoriis, probaris & confeſſatis; in delictis dubiis, incertis & non probatis, plenior & laxior Principi eſt condonandi facultas, potiſſimum, ſi aliæ cauſæ & circumſtantiæ remiſſionem ſuadent. Quo refertur publica utilitas & neceſſitas; ita Italiæ Principes tempore belli, e Rep. bannitos per generale indultum ab exilio revocare ſolent, quo in præſidiis ac triremibus ad tempus Reip. inſerviant. *Bejard. ad Clar. l. 5 q. 59. n. 97.*

119. Ad Aggratiationem pertinet Decumatio, ſi nimirum plurimi ſimul deliquerunt, per decumationem ſ. ſortem quidam pœnæ ſubjici, quidam vero illi eximi, recte poſſunt: ubi enim plures deliquerunt, aggratiatio locum habere poteſt, & metus ad omnes, pœna ad paucos pervenire debet, *ſecundum Senec. l. 2. de ira.* ubi dicit: in ſingulos ſeveritas Imperatoris diſtinguitur. At neceſſaria venia eſt, ubi totus deſævit Exercitus *vid. Tiraquel. d. pœn. temper. aut rem. c. 47.* Plura ſunt jura, ex imperio in per-

ſonam compedentia, e. g. jus ſequelæ, jus dandi obſidem aliquem invitum. Jus mittendi aliquem legatum invitum &c. Sequitur, ut dicamus de ſecundo jure Superioritatis territorialis generali.

TIT. XVIII.

De Dominio.

Dominium, quod Princeps in res habet, quæ exiſtunt in ipſius territorio, eſt Dominium ſeu jus Superioritatis territoralis quo de iſtis rebus pro lubitu poteſt diſponere, niſi quatenus vel lege vel conventione prohiberur.

1. Dominium hoc, vel eſt in bona publica vel eminens in bona ſubditorum. Dominium, quod habet in bona publica, vel eſt in bona domanialia, vel in bona propria ſeu patrimonialia, vel in bona publica ſimpliciter ita dicta.

2. Domanium ſeu bona domanialia, ſunt omnia ea, quæ competunt Principi ut Principi, ac apud nos Cronen-Güter / Cammer-Güter / a Gallis domaine vocantur. Proprietas horum bonorum pertinet ad Principem jure feudali, quatenus ab Imperatore de ea inveſtitutus eſt, vel quatenus bona familiæ avita & gentilitia

litia possidet. *Renat. Choppin. de Doman. l. 3. c. 18.*

3. Quidam existimant, hæc bona a subditis Imperii immemoriali tempore præscribi posse: *per R. Imp. de* 1548. §. Wann auch ein Außgezogener/ non autem a peregrinis, *de qua quæstione vide quæ supra diximus de Exemption.*

4. Patrimonium Principis seu bona Principis patrimonialia, sunt omne illud, quod ad Principem pertinet, tanquam privatum patrimonium, e. g. quod titulo emptionis, vel legati a Principe acquisitum est. *Joh Sande tr. de prohibit. rer. alien. Part. 1. cap. 6. per. tot.*

5. Hæc bona patrimonialia Principis, non minus, quam alicujus privati patrimonium communibus commerciorum regulis subjiciuntur. *Ant. Faber. l. 7. tit. 12. def. 1.*

6. Bona publica sunt bona, quæ privatis possessoribus non sunt tradita, & nec principaliter ad Domanium vel Principis patrimonium pertinent.

7. Quo referunt, (1.) agros, segeti aut gramini destinatos, ad usum Principis Item hortos & quemlibet locum, fructibus floribusque ferendis consitum, & in genere omne spatium, quod vel utilitati vel honestæ voluptati Principis inservit. Huc pertinent sylvæ & omne sylvarum

commodum, undecunque proveniens. Cujus enim territorium & solum est, ejus omnia fiunt, quæ in solo nascuntur. Inde est jus foresti, & dispositio de lignis nascentibus in sylva.

8. Hac occasione, oritur jus venationum, quod illi tantum juste tribuitur, cujus territorium est, in quo nutriuntur, in quo capiuntur feræ. *Frid. Horn. lib.* 2. *de Civit. c.* 3.

9. De hac forestali jurisdictione, Principibus Imperii competente, hodie in Imperio Romano-Germ. eo minus dubitatur, cum Duces ac cæteri Status Imperii ab Imperatore, mit dem Wildbahn / investiantur, prout ex variis investiturarum formulis patet. nisi forte consuetudine immemoriali alicubi receptum sit, ut sylvæ sint publicæ seu communes, ac in eis venatio libera existat; wo freye Bürsch üblich ist. Quod consideratum fuit in causa Schwäbisch Gemünd contra Rechberg. *Ruland.* 4. *de commiss. l.* 2. *c.* 8. *n.* 21. *Besold. Thes. pract. vorb.* freye Bürsch.

10. Forestalis Jurisdictio est potestas, quam Princeps Imperii in sylvis ac nemoribus, eorumque ratione possidet & exercet. Forestalis Jurisdictio, ut totum considerata, consistit (1.) in banno ferino, Wildbahn / quod jus venandi dicicimus.

cimus. (2.) jure foresti Forstrecht: quæ non sunt unum & idem, sed inter se differunt, ac separantur, ac seperata faciunt munia, & distinctos actus. Alia enim committuntur einem Forstmeister / qui sylvis præficitur, ne per excisionem arborum eæ devastentur: alia einem Jägermeister / qui venatoriis negotiis præest. Nec juri foresti semper adhæret jus venandi, nec juri venandi semper adhæret jus Foresti, ut conclusum est, in causa Schwäbischen Gemünd contra Rechberg. *Ruland. d. tr. part. 4. lib. 2. c. 8. n. 54.*

11. Juris foresti proprium est, saltuarios constituere Forstmeister und Forstknecht zu bestellen / prohibere, ne arbores excidantur, lignandi & pascendi usum concedere, transgressorum delicta forestalia punire, pignora capere, statuta sylvestria condere, Wild-und Forst-Ordnung zumachen / das Aeckerich / seu jus glandis legendæ, Eichel und wild Obst zu lesen / spitzige Zäune abzuschaffen. Prohibitio, ne sylvis noviter cæsis damnum inferatur, vel pecus ad certum tempus immittatur, die junge Haue / diß auff das vierte und fünff te Laub zuverbieten. *vid de his omnibus Knipsch. de Civit. Imp. l. 2. c. 7 n. 44. seqq.*

12 Si quis, per modum servitutis, in

 alte-

alterius territorio habet jus venandi aut foresti, prohibere potest Domino sylvæ das Außstocken / ne ligna vel annosæ arbores cumulatim excidantur. Dominus enim proprietatis neminem prohibere potest servitute sua uti, vel eam deteriorem reddere: fieret autem conditio foresti deterior & ferarum pasculatio minueretur, si hoc permissum esset. Interea tamen, modo hoc venandi Jus habenti non sit nocivum, wann solches ihme an seiner Forst=und Jagens=Gerechtigkeit nicht nachtheilig ist / ligna tam quoad utilitatem quam necessitatem cædere potest. *Knipschild. d. l.*

13. Ipsum Jus venandi ac bannum ferinum respicit ipsum venationis actum, quod vulgo Weidwerck appellatur, als Häzen / Jagen / Fallen / Würgen / non tantum in sylvis & nemoribus, sed etiam in agris, in und ausser den Hölzern mit Büchsen / Seilern / Stricken / aut quocunque modo Domino placuerit.

14. Venatio dividitur in altam & bassam, in klein und groß Weidwerck; oder niedere und hohe Jagten.

15. Venatio bassa, qua permittitur captura ferarum minorum, quibusdam in locis non inconcinne vocatur, das stiebende und fliegende Wildprett zu jagen und fahen. *Fesch. d. tr. P. 2. th. 2. lit. C.* quod jus sese

quoque

quoque extendit ad aucupium beitzen / structionem areæ, Vogelweyd und Vogelherdt zuschlagen.

16. Qui habet jus venandi in sylva, habet etiam jus, eam succisis lignis cingendi, und wer das Jagen hat / hat auch das hagen / modo Domino prædii vel sylvæ nullum præjudicium exinde inferatur; concesso enim fine, & media ad finem necessaria concessa esse videntur. *Gail.* 2. *Obs.* 68.

17. Ut Dominus territorii commode venari possit, subditi obligantur, propter imperium, quod habet in ipsorum personas, ad operas venatorias præstandas, zu den Forstbeschwerden / als Hund ziehen / für stehen / Garn und Seiler zu führen / Wild zäune und Wild häge zu machen.

15. Princeps tamen hæc servitia exigens; benignam moderationem adhibere debet, ne subditi ad onera venatoria cogantur, tempore, quo agrorum sationibus, vel messe vel vindemia occupati sunt, zu Ernd-Herbst-und Säezeiten / oder da sonsten nöthige und hoch obliegende Geschäffte einfielen. Spangenberg von Rechtmässigen Tagen *c.* 5. *part.* 1. imprimis, ne diebus festis hæc onera exigantur, & sic dies Domini profanetur. *l.* 2. *C. de feriis.*

19. De pœna eorum, qui contra Principis mandatum venantur & aliis quæstionibus huc pertinentibus. partim in jure privato, partim in J. feud. agitur.

20. Ad hæc bona publica (2) referendum est illud superficiei spacium, quod a Principe quidem separatim non possidetur, nemini tamen privatorum assignatum, sed omnium transeuntium usui dicatum est, quod viam publicam appellamus.

21. Intuitu potestatis, in hanc viam promulgat Princeps illa Edicta, & Interdicta, quæ hunc locum concernunt. Animadvertit quoque in omnes qui contra privilegia viæ publicæ aliquid committunt. Summa enim securitas huic tramiti debetur ut peregrini extra periculum positi sint.

22. Hic fundamentum suum habent vectigalia: nemo enim cogitur, ut cum suo damno patiatur suas possessiones quemlibet ingrediquod hic usu venire solet: viæ enim, quæ frequentantur, refectione indigent & sumptuum erogatione.

23. Vectigal nobis est, pretium, quod a transeuntibus solvitur, præsertim pro evehendis, invehendis aut distrahendis mercibus. & imperatur ordinarie mercatoribus, qui suis commerciis rem faciunt.

24. Quan-

24. Quanquam enim personæ possit imponi, tamen præcipue exigitur ab exteris; a civibus enim nihil exigere, prudentiæ est, nisi quod forte in eo peregrini & subditi æquiparari possint, ut pro transitu per pontem aut aliam molem quæ commodati aut utilitati Reip. sumptibus Principis exstructa est, vectigal pendant. Tum enim præter dominium in locum, accedit impensarum ratio, quæ vectigal æquum pronunciat. *Hugo Grot: de J. B. & P. lib. 2. c. 2 §. 13. & 14. Frider. Horn. de civitate dict. lib. 7. cap. 3. num. 6.*

25. Quid circa institutionem vectigalium, obtineat in Imperio nostro Romano-Germ. *supra diximus.*

26. Quæstiones hic tractari solitæ desumuntur fere ex Jure privato *tit. de Vectigalib.* quo nos hic referimus.

27. Ex genere publicorum bonorum sunt etiam ædificia publica, Curiæ, Regiæ & similia. Res sacræ templa, vasa & alia instrumenta, Deo dicata. Hæc enim in dominio ejus esse, qui habet summam in civitate potestatem, vel inde patet, quod ab his imperantibus procedant Constitutiones de sacris rebus non alienandis & oppignorandis nisi certis in casibus *Conf. Grot: de I. B. & P. l. 3. c. 5. n. 2.*

28. Intra terram bona publica habet

ſumma in territorio poteſtas, quantum in intimis receſſibus & viſceribus continentur. Quo pertinent ſalinæ & fodinæ, omnis generis metalli & mineralium pretioſorum.

29. In Imp. Romano-Germ. Imperat. Carol. IV. ſolis Electoribus hoc jus per privilegium conceſſerat, ſed hodie ad omnes ſtatus vi Superioritatis territorialis tranſiit R. A. *de A.* 1551. §. weiter ſo ſagen. Principi hoc jus competit non tantum ſub viis & locis publicis, ſed in privatis quoque: non propter ampliſſimas impenſas & ingentes ſumptus, quibus privati non ſufficiunt, ut quidam exiſtimant; ſed quia privatorum dominium ultra ſolam ſuperficiem agri, aut prædii, & quantum fundamentis forte jaciendis ſufficit, ſe non extendit ad loca ſubterranea, ſed hoc Princeps ſibi reſervaſſe videtur, qui habet dominium in omni iſta terra, quæ ex ipſius permiſſione ab aliis in ſuo territorio occupata non eſt, *vid Frideric. Horn. dict. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 1.

30. Si tamen metalli fodinæ in privatorum prædis reperiantur in Jure privato noſtro dicuntur eſſe in fructu *l.* 7. *§.* 14. *ff. Soluto Matrim.* dicuntur pars fundi *l.* 9. *d. t. juncta l.* 9. *§. ſed ſi ff. de uſufr.* Verum, omne hoc pendet ab arbitrio Principis, an nimirum privatis relinquere,

an

an vero ſibi retinere velit. Et hinc, ubi privatis relictum eſt, vi eminentis dominii, *de quo mox dicturi ſumus*, ab iſtiuſmodi metallis exigit canonem metallicum. *Buxtorff. ad A. B. concl.* 89. interdum partem decimam, interdum octavam, quandoque aliam portionem, ſecundum cujuſque loci conſuetudinem *vid. Myler. in Apanalog.* 31. *n.* 7. & 8. Ubi Princeps ſibi reſervavit, etiam hortum ſeu fundum alterius ingredi poteſt, ad eruendum metallum & venas metalli ſcrutandas, Metalla tamen effodientes a fundamentis aliarum ædium abſtineant. Hoc extendunt quidam etiam ad iſtos, quibus jus metalla effodiendi a Principe eſt conceſſum vide hæc late diſputatata *in Apanalog. c.* 31. *n.* 4. *Bocer. de Regal. c.* 3. *n.* 167. Is qui prior argentariam inſtruxit, der zu erſt eine Stuff eröffnet / und in dieſelbe eingeſchlagen / prohibere poteſt vicinum volentem per foramen noviter factum, in ſuo prædio, ad illam pervenire *Rumel. in addit. A. B. Diſſ.* 8. *concl.* 15.

31. Tandem, ſuperiori in Civitate ſubjacet, aqua cujuſcunque generis ſit, in fluviis aut ſtagnis intra territorium.

32. Aquæ præcipua utilitas poſita eſt in piſcatione & navigatione. Naſcuntur piſces in flumine, Er. ejus etiam erunt cujus eſt flumen: ita ut vel ſibi ſoli jus

piſcandi

piscandi retinere vel aliis etiam illud concedere possit, ut in venatione bestiarum.

33. Hinc etiam est, quod promiscua piscatio in Rheno & aliis fluminibus non omnibus sit permissa, sed istis tantum qui hoc a Principibus obtinuerunt, per quorum territoria fluvii interlabuntur. Alii hujus Juris eam reddunt rationem, quia subditi & propriis bonis subvenire coguntur Principi, ad sustinendam suam Majestatem, E. multo magis ea bona sibi soli addicere potest Princeps, quæ in nullius sunt Dominio. *H. Grot: J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 5.*

34. Propter Dominium, quod Princeps in flumen habet, etiam ea potest sibi attribuere, quæ in flumine reperiuntur. e. g. aurum, lapillos pretiosos. *vid. Heberlin. de libertat: nat. restrict. posit. 15. ap. Fritsch.*

35. Potest prohibere, ne in flumine publico absque suo consensu molendinum terrestre vel fluviatile; eine Schiffmühle / ædificetur.

36. Alveum in flumine publico derelictum sibi attribuere potest, die Anwachs-Gerechtigkeit oder Anwurff.

37. Portus quoque, quo merces importantur, & exportantur ad eum pertinent. *Hebrlin. de libertat. nat. restrict. posit. 13.*

38. Ri-

38. Ripatica, jusque ripas aggeribus muniendi & a prælernavigantibus vectigalia exigendi.

De Insula, influmine nata, in Camera Imperiali fuit disputatum, an ad Dominum Territorii, an vero ad eos, qui prope ripam prædia possiderent, pertinere deberet? & a Cameralibus pro Domino pronunciatum est *Gylman.* 1. *Symph.* 2. *vol.* 2. *Noe. Meurer.* vom Waßer-Recht. *P.* 2. *n.* 8. De Insulis, in Rheno & Rhodano natis, *vid. Klock. de æraroo l.* 2. *c.* 63. *n.* 13 *&* 14. *Struv: Ex:* 41. *th.* 30.

30. Huc nullo modo referenda sunt bona naufragorum; immanitas enim est, & plus quam barbara consuetudo, eum qui nec læsit, nec lædere voluit, facultatibus spoliare, quibus tempestatis rabies peperit, easque quasi restituit; iniquissimum jus est, quod afflictum exuit fortunis, salvum & divitem dimillit integrum. Si in portum descendisset firma navis, jus nullum erat in peregriná bona, tunc cum miser naufragium fecit, de prædandus est, ne qua calamitas sola sit. Humanæ societatis interest, juvare miseros, afflicto vero addere afflictionem, paulo supra beluarum feritatem eminens crudelitas est. *Frid. Horn.de Civit. l.* 2. *c.* 3. §. *ultimo in f.*

40. In rebus privatorum, superior in territo-

territorio, eminens dominium habet, *de quo vide politic. Dd.* & propterea operam dat omnino, ut privatorum dominia conserventur; Reip. enim interest, ne quis re sua male utatur & hinc, vel in specie media suppeditat, quibus dominia conserventur, vel interdum dominia privatis eripit, vel extra extremæ necessitatis casum vel interdum tempore extremæ necessitatis.

41. Ad dominii conservationem pertinet, quod superior in territorio præscribat certos modos, certosque titulos approbet, quibus dominium acquiratur, per pacta & conventiones. Quod pupillis & minoribus, quorum parentes vita concesserunt, assignet Tutores & Curatores qui fideliter bona administrent, ne quid Imprudentia Dominorum Reip. pereat. Quod prodigo fiat interdictio administraiionis bonorum.

42. Ad ablationem pertinet, quando uni ex civibus dominium propter suam negligentiam aufert, & illud alii addicit, ut in usucapionibus, ne, dum dominia sunt in incerto, Resp. damnum pariatur: vel quando illud, quod anfertur, publico impenditur, ut in detractione, quando civi alicui permittitur, mutare domicilium & in aliam civitatem cum suis fortunis transire. Quamvis enim dimissio personæ

sonæ subjectæ ab imperio pendeat, occupatio tamen partis bonorum, & retentio, a dominio proficiscitur. *vid. Frid. Horn. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 16.

40. Jus hoc fere in tota Germania in usu est, ita ut non liceat emigrare, nisi cum onere detractionis, man mag Nachsteur / Weglassung / Abschoß / Abfarth / den Zehenden / vierten oder dritten Pfenning entrichten. Jus detractionis, quatenus hic consideratur, est jus, quo certa portio de bonis, quæ e territorio alicujus imperii Principis aut Status in aliud territorium transferuntur retinetur.

44. Debetur hæc portio ex statuto, interdum non tantum ob mutationem domicillii, wann man das Bürgerrecht auffkündet vnd wegziehet; sed etiam, si vel hereditas ex testamento, vel ab intestato, sive res aliæ per contractum inter vivos ad forenses transferantur, wann man an frembden Orten erbet / oder etwas an sich bringet / muß man von solchem erlangten Eigenthum Abschoß geben. Unde dividi potest jus detractionis, quod sit vel emigrativum e territorio, Nachschoß und Nachsteur / vel eorum, qui alias bona e territorio trahunt, Abzug der außgesessenen Personen. *Wehn. voce* Nachsteur.

45. Posterius membrum iterum distingui potest, quod portio statutaria detrahatur

batur forensibus, vel acquisituris bona in alieno territorio, vel vendituris, pecuniamque extra territorium delaturis.

46. Jus hoc, quamvis formam suam specificam a statutis accipiat, juri tamen civili non omnino est, incognitum *vid. t. t. C. quando & quib. quart. pars l. un. non lic: habit metrocom. l. f. in pr. C. de Edict. D. Had.. Choppin. de Doman. lib. 1. l. 3. n. 3.*

47. Subditos hoc jure obligari, alio discedentes, dubio caret; an autem ad forenses etiam pertineat; videbatur negandum esse, quia leges subditos tantum ligant. Verum, recte hoc affirmatur, sive sint forenses, qui durante suo incolatu bona apud nos acquisiverunt, sive forenses, qui saltem bona in territorio existentia alibi transferre volunt. Forenses enim, respectu bonorum in territorio sitorum, etiam statutis obligantur, & prævenit statutum jus forensium circa bona ibi acquirenda.

48. Quod si autem tale statutum ante non extiterit, an in præjudicium forensium condi possit? potest, si forensibus nec dum bona quædam, cumque iis ita jus libere alienandi jam quæsitum sit: non potest, bonis jam simpliciter illis, qui municipes aut subjecti non sunt, quæsitis, cum nec iis collecta proprie indici

queat.

queat. Käyserliche Constitution zu Speyer *de Anno* 1529. *in pr.*

49. Quamvis autem hoc jus apud aliquam civitatem non sit in usu, quin tamen per Statutum, sive tacite, de novo introduci possit, nulli dubitamus: quia quamdiu jus meum per contrarium actum præscriptum, vel alias mihi ablatum non est, jure meo pro lubitu uti possum, & cum talis civitas non minus habeat Superioritatem territorialem, quam aliæ, ubi hoc jus viget, etiam habebit hoc nostrum jus detractus *vid. Brandes. de jure detractus ap. Fritsch. th.* 19.

50. Licet consultius sit, ut ab illis forensibus, qui forte ad nos commigrarunt, extali loco, ubi jus detractus non obtinet, & apud nos talia bona acquirunt, quæ huic oneri sunt subjecta, nihil exigamus, & mitius cum ipsis agamus; alias enim altera Resp. casu existente, jure talionis adversus nos uti poterit, ad exemplum Edicti, quod quisque juris in alium statuit, ut ipse eod. jure utatur. *Struv. dissert. de Vindict. priv. thes.* 75.

51. An qui ex civitate aut loco aliquo, ubi jus detractionis obtinet, in alium, ejusdem tamen provinciæ locum commigrat, detractionem hanc patiatur? quæritur: nos putamus, illud admodum odiosum

osum esse & rigorosum. Hinc Constitutio Electoralis Palatina *t.* 7. ei, qui ex quacunque Electoratus Civitate & loco in alium quemvis ejusd. Electoratus migrat, nullam imperat detractionem: & juste, bona enim in territorio manent, & sic dominium superiori non tollitur.

52. Obtinet regulariter in iis, qui voluntarie migrant, adeo, ut etiamsi quis propter religionem sponte migret, hoc solvere debeat. R. A. zu Augspurg. *de A.* 1555. §. Wo aber unsere.

Ubi autem quis coacte migrat, nisi se ipsum in migrandi necessitatem præcipitaverit, culpa sua non tenebitur, & sic Magistratus r qui subditum propter religionem migrare jubet, nihil ipsi detrahet. *Gylman. tom.* 2. *Symph.* 1. *tit.* 3. *vol*, 1. quod enim Principi dominium in bonis subditi subtrahatur, hoc fit ejus culpa, & sic si exinde sentit damni aliquid, hoc sentire non videtur, imprimis cum, *ut infra videbimus*, legibus Imperii, subditi statuum, qui diversam religionem habent, a religione Domini sui, quiete manere & habitare in talis Principis territorio possint: alii contrarium defendunt; *vid. Molin. in Consuetud. Paris.* §. 2. *n.* 14.

53. Immunes a tali onere sunt; qui (1.) per

per consuetudinem inde sunt excepti, hujus enim juris fundamentum est consuetudo cujusvis loci, *R. I.* 1555. §. Wo aber. 24. *ibi*: gegen ziemlich en billichen Abtrag der Nachsteur / wie es eines jeden Orts von alters hero üblich hergebracht und gehalten worden ist / *R. I. anno* 1594. §. Und so viel. 81. *ibi*: auch gewöhnlicher her gebrachter Nachtsteur. (2.) ab hoc onere immunes sunt, qui numero liberorum ab aliis oneribus patrimonialibus se excusant. *l.* 24. *C. de Decur.* (3.) Judicii Aulici & Cameræ imperialis Assessorrs etiam in loco originis, & omnes Principum Statuumve Consiliarii, qui e municipio suo emigrant. *vid. Coll. Jur. Arg. tit. de public. thes. ult.* (4.) Nobiles, Doctores, & qui Civitatibus a Consiliis sunt, Pastores item & Ministri Ecclesiarum, Professores item & Studiosi, Advocati; Medici & Secretarii, aliique a Principe vel Civitate vocati. Reip. enim inserviendi caussa magis alicubi habitare præsumuntur, quam domicilii contrahendi. *vid. Brandes. d. Disp. thes.* 29. *ubi hæc latius deducit & limitat.* (5.) Omnes, qui per speciale vel Principis vel Civitatis alicujus privilegium, ab hoc onere exempti sunt. *l.* 11. *de vacat. mun. Henr. Klock. de jur. vectigal. th.* 36.

54. Privilegium concessum circa pretium

tium ſtatutarium; etiam ad augmentum ejus extenditur, ſi ſcil. augmentum illud non ex alia aliqua cauſa ſeparata procedat & ſimpliciter ſaltem auctum ſit. *Viet. de Exempt concl.* 18.

55. Tale privilegium etiam Succeſſor ſalvum atque integrum conſervabit, ſive jure hereditario, ſ. jure electionis ſuccedat, niſi alia juſta illud revocandi cauſa ſubſit. *vid. Tabor. in tr. de oblig Succeſſ. in offic.* Detractio ordinarie ex Statuto fit de omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus, ex quibus fructus & quæſtus aliquis percipi poteſt, *Caſp. Klock. de Contrib. th.* 19. hinc etiam admittitur in mercibus mercatorum *arg. l.* 7. *C. de Excuſ. mun.* de omnibus juribus & actionibus *l.* 49. *de V. S.* de bonis emphyteuticis & feudalibus *Gail.* 1. *O.* 117. *n.* 2. *& ſeqq.* An etiam de hereditate paterna, liberi alibi degentes, hanc portionem Statutariam ſolvere debeant? Alii hanc quæſt. affirmant, quia hoc in caſu etiam dominium ſuperiori aufertur, & ſic merito, in recognitionem ejus pars aliqua ſolvi debet. Alii negant, quia, cum liberi perſonam Patris repræſentent, & non tam hereditatem, quam liberam bonorum adminiſtrationem, ſicque quodammodo ſuum, accipere videantur. *l.* 11. *ff. de lib. & poſth. hered. inſt.* Statuum de hereditate

reditate loquens, non intelligi debet de his bonis. *David. Mev. ad Ius Lubec. P. 2. tit. 2. art. 4.* Nos priori opinioni accedimus.

Si autem in territorio permaneant, & ibi subsistant, tum posteriorem approbamus: tum enim præter rationem a dissentientibus allatam, & hæc potissimum militat, quod is, qui Superioritatem territ. habet, eam sic conservet. Sin autem habitent alibi, tunc portionem solvant, si non tanquam de rebus hereditariis, saltem quia extra territorium transportantur, quia & hoc in casu non minus ipse defunctus, hanc portionem solvisset. *vid. Myler. de Stat. Imp. P. 2. c. 63.*

56. Si ex Statuto, ob res forensibus venditas, detractio s. gabella obtineat, an emptor an venditor eam præstare debeat? quæritur: regulariter hanc quotam statutariam ab emptore præstandam esse asserant, quia vectigal hoc inhæret rei emptæ & res ad eum transit cum onere. *arg. l. 27. ff. de ædil. edict. Klock. de Vectigal. thes. 67. lit. A.* nisi forte alia ratio Statuti aliud suadeat; ut si ideo decima detrahatur, quod advena incolæ agros suos numerato vendat, & ab eo pecunia extra territorium feratur, weil alsdann der Verkäuffer als ein Fremder das Gelt auß dem Land trägt. Cum enim hæc detractio s.

Gabella non simpliciter contractui indicta, sed in odium advenarum, nummos e territorio exportantium, introducta sit, male hoc odio, onereque peregrini venditoris, emptorem incolam prægravabis. *contr. l:* 74. *de R. I.* Sic & si forensi cuipiam legata sit res quædam, legatarius, non heres, hanc detractionem patietur. *arg. l.* 39. §. 5. *de leg.* 1.

57. Quid & quantum detrahendum sit, accurate e tenore Statuti videndum est; Statuta enim strictissimam recipiunt interpretationem.

Hinc dicunt Dd. si decimam bonorum partem detrahi velit statutum, nec pretio redimi permittat, wann es nicht zum Zehenden / vierten oder dritten Pfennig angeschlagen wird / quod bonorum quota præcise debatur, nec numerata etiam pecunia commutari invita civitate possit *arg. l.* 2. *C. quand. & quib. quart.* Nisi forte alias bona commode dividi nequeant. Ubi autem vi statuti bona pretio æstimantur, valor inspiciendus est, non quo bona olim acquisita, sed qui tempore emigrationis erit; nam ut bonis ipsis sive auctis sive deminutis, ita & eorum valore aucto sive deminuto, hoc pretium statutarium vel augetur vel imminuitur. *l.* 2. *C. de alluv. l.* 4. §. 1. *ff. de mun. & hon. Wehn. in voce* Nachsteur.

58. Ut

58. Ut de corpore & massa bonorum constet, inventarium & publica bonorum designatio institui solet; quemadmodum enim ut alias sciri possit, quæ subditis collectæ imponi debeant, vires patrimonii explorantur, conficiturque liber censualis, quem vulgo æstimum aut catastrum appellant, Ein Saalbuch / steuer Register / eoque nomine certi constituuntur Censitores, qui bona in censum redigant, secundum modum *l. 4. pr. §. 1. ff. de Cens.* ut &, si qui se nimium gravatos conquerantur, de inæqalitate corrigenda constituuntur certi peræquatores *tót. tit. C. de Censi. Censit. & Peræquat.* ibique Cujacius. Ita non minus hic invigilandum. Quamvis & multis in locis emigraturorum juramento credatur; ita tamen ut si æstimatio illa, aut professio iniqui aliquid redolere videatur, aut bona minoris, quam communis fert valor, æstimata inveniantur, fisco vel civitati jus sit æstimationem offerendi, daß alsdann die Statt solchen Anschlag erlegen / und denselben / der sein Vermögen also geschätzet / also möge außlösen. *Webner.* voce Nachsteuer.

59. Adeo autem debetur hæc detractio ex statutis, ut quibusdam in locis bona non professa cadant in commissum. Quamvis enim ob non recte solutas contributiones, ac bona in censum relata, non æque

ut in defraudato vectigali. *t t. C. de vectig. & comm.* ullibi in jure pœna commissi statuta sit sed detectus defraudator competenti indignationi Principis subjiciatur *l.* 2. *C. de Cens.* ac censualibus vinculis teneatur *l.* 4. §. 8. *ff. eod.* secus tamen erit, ubi usu aliter obtinet, aut statutum in civitate fuerit. *Henr. Klock. de jur. vectigal. th.* 87. *Knipschild. dict. loco.*

60. Quod si pretium hoc emigrationis aut detractionis non præstetur, variis Domino territorii succurritur mediis; aut enim de jure hoc, civitati competente, ut & de quantitate pretii, certo constat, & potest Magistratus manum in personam & res emigraturi injicere, inobedientes item custodia continere, pecuniaria item mulcta eos eo adigere, it. pignorum captione & distractione: pro publicis enim pensitationibus & muneribus, prædia subditorum tacite obligata sunt *lib.* 1. *C. in quib. caus. pign. tac. contrah.* aut controvertitur s. de jure s. de quota detractionis, tum inter subditos, forenses, Magistratum, tum inter Condominos territorii, & agi potest vel petitorio, actione hypothecaria, utilique confessoria & negatoria, vel possessorio judicio, interdicto, uti possidetis, unde vi. &c. *vid. Bocer. de Collect. cap.* 13. *tot Menoch. de adip. & recup. poss.* Brandes *dict.*

dict.

dict. Disp. th. 48. 49. 50. 51. 52. 53. & 54.

61. Jure hujus eminentis dominii superior in territorio exigit omnis generis tributa, nisi enim ipsi competeret facultas in fortunas subditorum: nec ullum tributum indicere, nec quantitatem ejus definire, nec quicquam postulare a subditis posset. *vid, Frid. Horn. de Civit. l.* 2. *c.* 4. *n.* 17.

62. Et hinc in Imperio Romano-German. jus imponendi ac exigendi tributa & collectas provinciales Landsteuer anzulegen Principibus & Statibus Imperii, Jure eminentis Dominii, in Superioritate territoriali comprehensi, competit.

63. Collecta hæc, vel est ordinaria, & singulis annis recurrit. *l. un. C. de vacat. mun.* vel extraordinaria, quæ imponitur oriente causa extraordinaria: quarum prima sive urgentior est causa belli. *Chopp. de trib. th.* 69. *ap. Fritsch.* Utraque regulariter fit per jugationem, & indicitur ac præstatur pro viribus patrimonii, & proinde collecta realis dicitur. *l. fin. C. de Cens.*

64. His collectis etiam subjiciuntur forenses, Ecclesiæ & Clerici, in alieno territorio bona possidentes; hoc enim casu magis prædia, quam Ecclesia vel forensis collectatur *l.* 4. §. 2. *ff. de Cens. l.* 6. §. *fin. l.* 18. §. 25. *ff. de mun. Klock. de contribut.*

 cap.

cap. 13. vel est personalis, ac indicitur per capitationem, qua singula territorii capita viritim onerantur, *de qua vide supra.* Observatur hæc, præcipue in Italia, quandoque in Austria; usitatissima est in imperio Turcico, uti Christiani pro singulis capitibus drachmam auri, id est aureum Hungaricum exsolvunt. *Gail. de Arrest. cap.* 9. *num.* 19.

Vel est mixta & personis imponitur, propter res, tum respectu patrimonii, tum respectu personæ industriæ; da man auch einem auff seine Hanthierung und Handwerck schlägt. *Klock. de contrib. cap.* 12. *num.* 18.

65. Ad causas imponendi collectas, non immerito refertur, casus præstandorum alimentorum, si ærarium, absque culpa Domini territorii, ita sit exhaustum, ut ea subministrare non possit. *Maul. de homag. t.* 7.

66. Regulariter collectæ subditis imponuntur ita, ut inde præsumptio sit pro Superioritate territoriali. *Reinking.* 1. *Cl.* 5. *c.* 4. *n.* 169. An cives propter bona, extra territorium collectantis sita, collectas exsolvere teneantur? quærunt: negativa verior est, agri enim tributum in eo territorio levari dicitur, ubi possidetur. *l. un. C. de mulier. in quo loc.* 10. 62. *l.* 4. §. 2. *de censſ. Boc. de Collect. cap.* 9. *n.* 7. Civitates tamen

tamen imperii hoc non observant, cum quilibet civis statis temporibus omnia sua bona, sive intra sive extra territorium sita, jurato in æstimum referre teneatur. *Knipschild. de Civit. Imp. lib. 2. c. 17. num. 54.*

67. Qui collectas imponit, etiam immunitatem a collectis præstat: & hæc immunitas, concessa regulariter personalis est & ad casum insolitum necessitatis & temporis belli extendi non debet *l. 10. C. de SS. Eccl. Klock. de contrib. cap. 19. num. 519.*

Nisi (1) in genere de omni casu necessitatis cogitatum fuerit tempore concessionis. (2) nisi quis titulo oneroso, puta pretio, vel propter servitia, immunitatem hanc acquisiverit, vel alias illa ex contractu proveniat, contractus enim necessitatem præstationis habent, etiam in summi Principis persona *cap. 1. X. de probat. Tabor. de metat. P. 3. Sect. 2. c. 1. num. 14.* (3) nisi privilegium immunitatis in corpore juris clausum sit exempli gratia propter numerum liberorum. Immunis tamen a collectis, ne quidem ipse Dominus territorii est, si prædia allodialia, huic oneri subjecta a privatis comparet: bona enim suam retinent qualitatem, quam emptor bonorum rusticorum variare non potest *l. 2. C. de priv. Dom. Aug.*

68. Si tamen Princeps hoc velit, & tali prædio immunitatem concedat, hoc cæteros cives onerare non debet: privilegium enim uni concessum, non debet redundare in alterius præjudicium *vid. late Klock. de contrib. c. 16. n. 33. Walther. de metat. c. 8. qu. 28.*

69. Huc referuntur onera Accisiæ vulgo Accis und Ungeld / quæ vi eminentis dominii imponuntur, vino, cerevisiæ, carnibus, & omnibus istis, qui tabernas publicas instituunt, das Umgelt / Zapffengeld / Tavernengeld / ein zu ziehen / zu erhöhen / etwas auff das Fleisch zu schlagen Accis aufflegen / quæ omnia sub vocabulo, Gabellarum, contineri solent.

70. Hæc onera, quoniam subditos principaliter concernunt, & ad forenses tantum per consequentiam pertinent, ideoque absque Imperatoris consensu exigi, imponi, vel augeri, ad similitudinem collectarum, possunt, secus quam vectigalia, *de quibus supra dictum est*; quia hæc onera divites & pauperes æqualiter gravant, ideo non facile introducenda sunt & in bene constitutis Rebusp. semper odiosa habita fuerunt. *Ioan. Gutierez. de Gabell. qu. 3.*

71. Ultimo loco huc referimus Jus fisci, vi cujus Princeps ex bonis privatorum commodum capit & sibi vindicare potest.

(1) bona

(1) bona vacantia & caduca, erbloſe Güter/ quæ bona tandem h. e. nullis omnino heredibus ab inteſtato exiſtentibus, ad fiscum redeunt cum ſuo onere, ita ut fiſcus debitoribus; ob defuncti æs alienum ſatisfacere debeat, *l.* 11. *ff. de jur. fiſc. l.* 7. *C. de diſtr. pign. l.*6. §. *ſi fiſco ff. ad SCtum Trebell.* (2) bona ereptitia, quæ indignis auferuntur, v. g. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, aut coëgerit. *Klock. de ærar. l.* 2. *c.* 38. Si maritus tamen uxorem occiderit, partem hereditatis, marito forte teſtamento uxoris datam, retinebunt heredes uxoris, ab inteſtato venientes; in dubio enim contra fiſcum pronunciandum; *l.* 10 *ff. de jur. fiſci.* (3) Fiſco cedunt bona propter majora delicta proſcriptor. & damnatorum e. g. propter crim. læſæ Majeſtatis, tam divinæ quam humanæ *Conſt. crim. Car. V. art.* 134.

72. Si Principis Imperii ſubditus committit crimen L. Maj. in Imperatorem, Princeps Imperii bona confiſcabit, & ſibi retinebit, quæ ſunt in ipſius territorio. *Choppin. de Doman. l.* 1. *t.* 7. *num.* 1. & ita cenſuit Collegium Electorale Anno 1630. in duplica ad Imperator. *teſte Reink.* 1. *Cl.* 5. *cap.* 7. *n.* 27. *Ant. Faber.* 9 *tit.* 27. *def.* 1. (4) fiſco obveniunt bona eorum, qui conſcientiâ criminis convicti, ſibi ipſis violentas manus intulerunt. *t. t. ff & C. de bon.*

cor. qui ante sent. (5.) fiscus quoque capit bona spuriorum, aut ex damnato coitu natorum, ac qui incestas nuptias contrahunt. *Auth. ex complexu C. de incest. nupt. Choppin. de Doman. l.* 1. *tit*, 10.

73. Quod si contigerit, ut prædia fraude vel negligentia à possessoribus deserantur, vi dominii eminentis, Dominus territorii antiquos agri cultores dominio privare, ac publica autoritate, tertio sub annua præstatione seu pensione concedere potest. *Klock. de ærar. lib.* 2. *cap.* 41.

74. Et hinc in prædia deserta ac inculta, si ab aliqua universitate nondum sunt occupata utilitatis publicæ causâ, instar bonorum vacantium Principi ac territorii Domino, jure Superioritatis cedunt *l.* 1. *C. de bon. vacant. Klock. de Contrib. c.* 1.*n.*303. *Choppin. de Dom. l.* 3. *c.* 18. *per tot.*

75 Cum bonis desertis magnam habet affinitatem Novelletum, sive ager primo ligone eradicatus. Unde Dominus territorii, in recognitionem supremæ Jurisdictionis Novales seu jus decimandi, den Reutzehenden / auß den Neubruchen percipere potest, quæ Decimæ ad Superioritatem territorialem, moribus hodiernis, pertinent, non vero ad Ecclesiasticos, aut eos, qui sibi ab antiquo jus decimandi adscripserunt. *Mingius de Super. territ.* Hinc jam

jam olim Principes & Status seculares in Comitiis conquesti sunt, quod Clerici ex Novalibus nunquam possessis, sibi Decimas contra Jus adscribant. *Knipschilt. de civit. lib. 2. c. 5. n.* 171. Novale, est ager omnino incultus, & nunc primùm coli cœptus; vulgò ein Neubruch oder Neugereuth. Seu, novale prædium est ager, de novo ad culturam redactus. *Cujac. ad l.* 30. §. 1. *de V. S. Moneta de Decim. c.* 4. *num.* 50.

76. Huc autem referri non debet fundus, qui alio modo vel diverso fructuum genere colitur; mutato enim modo colendi fundum, nihilominus decimæ ei debentur, cui antea præstitæ fuerunt, dann es kein Neubruch / so man Wiesen umbricht / darauff man den Zehenden zuvor gegeben / und anjetzo Korn darein säet. *Besold. in voce* Neubruch.

77. Et hinc Pastores nostri ex prædiis istis, de quibus olim habuerunt den Heu Zehenden / nunc autem mutatâ colendi ratione frumento satis, den Korn Zehenden seu decimas frumenti, optimo jure petunt, *Rebuff. de Decim. qu.* 14. *num.* 14. & 18. *Myler. de Stat. Imp. part.* 2. *c.* 70. §. 9. Jura eminentis Dominii, tempore necessitatis, varia sunt, e. g. occupandi prædia privatorum ad valla exstruenda, mandare subditis, ut tempore necessitatis, pecu-

niam publico mutuo dent; quomodo hâc ultimâ belli tempestate Magistratus Reip. Argentoratensis ditioribus civibus mandavit, ut pecuniam suam civitati mutuo darent. Item, ut pecuniæ pupillares publico mutuæ dentur &c. *de quibus omnibus & aliis quæstionibus vide Dd. qui de eminente Dominio scripserunt.*

TIT. XIX.

De Regimine Universi.

POstquam Princeps in singulorum personam imperium consecutus est,& per hoc Dominium,atq; adeo nihil exemptum est ejus arbitrio, palam fit, universam multitudinem subjectam esse ejus potestati, & eum habere potestatem regendi, gubernandive universam hanc multitudinem, & disponendi de iis, quæ sunt in ipsius territorio.

1. Medium, ad hunc finem obtinendum, efficacissimum est homagium. Unde nulli dubitamus, quin Princeps habeat potestatem exigendi homagium a suis subditis, non tantum propter imperium in caput, sed & quia habet potestatem omnia gubernandi,& disponendi de omnibus in Rep. Germanice dicitur hoc homagium

gium seu hominium, die Erbhuldigung / de quo dicunt: wer Lands Fürst ist / dem gebühret die Erb- und Landshuldigung. *Wehner. in voce* Landshuldigung.

2 Homagium est juris vinculum, quo Dominus territorii subditos sibi ad fidelitatem & obedientiam adstringit, cujus intuitu & ipse quoque fidus esse jubetur. *Rittersh. tr. de homagio.*

3 Homagium est duplex, personale, quod subditus præstat Domino, ratione domicilii, ac se ejus hominem constituit. Reale, quod præstatur à personis, territorii Domino non subjectis, etiam immediatis, ratione bonorum, quæ in alterius territorio possident. Paurmeister *de jurisd. cap.* 9. *num.* 118. Hoc posterius nemo præstare cogitur, nisi simul etiam in hisce bonis habitet, & domicilium habeat. Personam ejus non afficit, nec subditum facit. *arg. l. f. §. 25. ff. d. mun. & hon. Wehn. voce* Landshuldigung.

4. Utrum autem ein Stand deß Reichs / so unter eines Fürsten Lands-Obrigkeit Güter hat / eo nomine die Erbhuldigung zu erstatten schuldig sey? Semper valde controversum fuit: *vide ea quæ acta sunt, inter Comitem Ortenburgensem & Electorem Bavariæ, inter Comitem Waldecciæ & Landgravium Hassiæ; quorum uterque Principi, in cujus territorio bona possidet, hoc juramentum denegavit.*

gavit. Plurimum hoc in casu consuetudini tribuendum est. *vid. Besold. verb.* Huldigung. *Thom. Maul. de homag. cap.* 1. *num.* 16.

6. Homagium exigunt EE. PP. & reliqui Status Imperii. Imò, ex generali consuetudine Imperii, Nobiles quoq; immediati hoc jus in pagis suis exercent, dum subditos suos juramento subjectionis, juxta naturam & qualitatem jurisdictionis, quam in pago possident, sibi devinciunt. *Knipschilt. de civitat. c. 9. n.* 23.

6. Homagium regulariter præstare tenentur omnes, qui in territorio reperiuntur, ut ibi habitent ac domicilium constitutum habeant. *Maul. d. homag. concl.* 93.

7. Homagium personale subditi, non rei, sed personæ nomine præstant, in fidem subjectionis, quo Domino suo in omnibus & per omnia sese fideles adstringunt: Daß sie ihrem angebohrnen Herrn / und dessen Erben/ wollen getreu/ hold/ gehorsam und unterthänig seyn.

Regulariter Dominus territorii formulam homagii antiquam pro lubitu, mutare non posest; quoniam homagia non tam jure communi, quam consuetudinario, judicantur & æstimantur.

8. Nisi Dominus sit in quasi possessione juris, exigendi homagium, quamdiu inter

Domi-

Dominum & subditos ratione Superioritatis territorialis litigatur, etiam subditi homagium non præstant. Possessor enim lite pendente, super privilegii assertione, sua possessione privandus non est, sed in ea quiete relinqui debet. *Maul. de homag. cap.* 1. *num.* 15. Actum hoc est, in causa Ducis Brunsvicensis contra Civitatem Brunsvigam. In causa Ortenburg contra Bäyern.

9 Homagium ita præstitum, a parte præstantis, est fundamentum subjectionis: a parte vero recipientis, Superioritatem arguit, & inde est, quod ex homagio præstito probetur subjectio, & quod homagium sit prima agnitio & confessio subjectionis. *Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *num.*3. Dann auß der Land-und Erbhuldigung entspringt die Landsassarey/ und ein Landsaß / qui alius non est, quam homo jurisdictionalis, cui in omnibus & per omnia imperari & præcipi potest. *Paurmeist. lib* 2. *c.* 8. *n.* 111. 112. & inde obstringitur Domino zu allem unterthänigem Gehorsam. Item, zur Reiß / Folg/ Musterung und Frondiensten.

10. Homagium enim habetur pro actu universali jurisdictionis, sub quo, de necessitate, omnes alii actus continentur. *Knichen. de jure territ. c.* 3. *per tot.*

11. Hinc subditi inobedientes, & contumaces, pro seditiosis habentur, & variis man-

mandatis pœnalibus coërceri, imo dolose refractarii publicatione bonorum puniri possunt. *Stephan. in Constitut. Carol. crimin. artic.* 127. *Klock. vol.* 1. *consil.* 10. *num.* 272.

12. Postquam hoc vinculo adstricti sunt subditi suis Principibus, reliqua facile ordinat, in universa Republica, seu in territorio suo.

13. Hoc regimen universale, secundum ditionem objectorum, specialius dividimus, tum in ea, quæ in civitate, tum in ea, quæ extra civitatem suscipiuntur.

14. In civitate territorii Dominus ordinat universaliter divina & humana. Ad humana referri possunt omnis generis leges universales, inprimis, quæ personam subditi aut possessionem, tanquam objectum, non concernunt: stringunt tamen istum, circa res, universæ Reipubl. conducentes, Nomothesia, *supra explicata*, quæ in caput subditi, & ejus actiones tendebat, determinata erat, circa personam aut bona civium: hic, legis universalis nomine, intelligimus maxime provisionem generalem quæ communem utilitatem, aliquo civili instituto adjuvat. Ideo vocamus hanc provisionem, provisionem utilium; quod citra alium respectum, commodum universi promoveat.

15. Hæc, licet interdum tam ingentis momen-

momenti non sint, ac reliqua, eximiam nihilominus præstant utilitatem, & si neglectius tractentur, incommodo possunt privatos onerare.

16. In horum numero ponimus, exempli gratia (nam indefinita sunt, nec possunt certa serie comprehendi) provisionem generalem annonæ. Prospicere enim de rebus, ad victum necessariis, illius est, qui communis Pater civium est. Unde est, quod in bene ordinatis Rebusp. habeamus granaria publica, allgemeine Speicher / Herrn Speicher / allgemeine Kasten.

17. Huc pertinet jus nundinarum quo mercatus certo loco & tempore ordinatur, in emolumentum publicum. *vid. Frid. Horn. d. civit. l. 2. c. 5. n. 2.*

18. Quamvis jus instituendi nundinas publicas & solennes, quales sunt, die Messen zu Franckfurt / Straßburg / Leipzig quæ interdum etiam Märckt dicuntur, exempli gratia Naumburger Marckt / Imperatori sit proprium; *de quo supra diximus*, tamen Status Imperii, vi regiminis, quod habent in suis territoriis, possunt instituere nundinas provinciales, Jahrmärckt anstellen. Ad exemplum Electoris Saxoniæ, qui civitati Lipsiensi concessit einen Viehmarckt. Minores enim mercatus diversi sunt, tam ratione temporis, quam instituti, ita ut etiam non in simplici nomine mercatus

sub-

subsistant, sed in aliud transeant, ut Vieh-marckt.

19. Qui iterum sunt vel celebriores vel minas celebres; Celebriores sunt, ad quos ex longinquis terris etiam, ut ex Polonia, vel aliunde, aguntur animalia. Tales sunt, die Vieh-oder Ochsenmärck qui habentur Lipsiæ in Misnia; Budstadiæ in Thuringia, Bambergæ in Franconia. Minus celebres sunt, ad quos solum animalia ex vicinis fere locis adveniunt, quales sunt, die Viehmärckt auff der Moßwiesen / in dem Fürstenthumb Onolßbach / der Pferdmarckt in der Grafffchafft Oetingen &c. & alibi Schmalßmärckt.

20. Quamvis autem, *ut dictum*, ex his mercatibus quidam sint celebriores, non tamen sunt nundinæ solennes; neque eò venientes, iisdem omnino privilegiis gaudent, quibus gaudent isti, qui conveniunt in nundinis solennibus. Neque etiam necessario requiritur, ut Imperatoris consensu confirmentur; quamvis, si forte accedat, melius sit.

21. Ad classem minorum mercatuum referri quoque debent die gemeine Jahrmärckt und Kirchweihen in den Stätten und Dörffern. Item, die Wochenmärckte / quando rustici, ex vicinis pagis, annonam, & alia nonnulla ad civitatem ferunt publicoque in foro venum exponunt. Ad hos

adeo

adeo Imperatoris consensu non opus est, ut, secundum quosdam, Civitates municipales eos instituere possint, sine consensu Domini *Matth. Steph. d. Jurisd. lib. 2. c. 1. p. 1. membro 2 n.* 104

22. Ad evitandas fraudes & lites, in foro publico, constituuntur certi Magistratus, qui ejus rei curam agunt, exempli gratia. Marckmeister.

23. Faciunt praeterea. Principes statuta contra Propolas, die Vorkäuffer / & de aliis rebus, ad utilitatem subditorum spectantibus. *vide de his Limn.* 4. *I. P. cap.* 8. *num.* 311. *Fritsch. de nundinis cap.* 4. §. 10. *Stamler. de reservat. Imperat.* §. 61. *num.* 7. & 8.

24. Ad regimen universi pertinent etiam cursus publici, die Posten. Postae universales die Reichs-Posten / ordinantur ab Imperatore, & juribus ac privilegiis harum postarum derogari quidem nihil potest ab Imperii Statibus: in reliquis tamen, quae non faciunt contra has postas universales, Status Imperii habent jus ordinandi Postas provinciales, Land Posten / Statt-Posten / Neben-Posten / Metzger-Posten und Botten zu bestellen. *de quibus vide Hornick. lib. 2. de jur. post. c. 29. theo. 1. p. 297. & seq.*

25. Tandem, in genere huc pertinent omnia negotia, quae pro indole hujus vel istius

istius territorii surgere possunt, & quæ hanc generalem dispositionem, ex titulo utilitatis, pro fundamento habent, nec ex alio jure immediate trahunt originem: quæ omnia, nec eadem sunt in omnibus territoriis, nec prævideri a nobis hic possunt: & exercitatus in istiusmodi negotiis, casu existente, ea aliquando facili negotio, in suam sedem reponet. Satis enim habemus. hic monuisse, ejusmopi negotia, ex generali regimine & potestate in universum territorium, quatenus universum quid est, promanare.

26. Magis necessaria, ex hoc jure profluentia, sunt divina, quæ comprehendunt sacrorum, & religionis, tum scholarum curam.

27. Divinorum administrationem, gentiles quoque homines, ut maxime necessariem civitati, Principi committunt. *de quibus vide DD. Politicos; & ea, quæ supra a nobis dicta sunt.*

28. Ab anuo 1552. per transactionem Passaviensem & Recessum Imperii de anno 1555. Statibus Imperii nostri Protestantibus potestas circa sacra restituta, & in ipsorum territoriis, Pontificis summi potestas, circa sacra est suspensa; & quilibet Princeps & Imperii Status liberum religionis exercitium in sua ditione vel territorio, non solum introducere, sed & intro-

ductum

ductum mutare potest, *juxta Constit. Pac. relig. de anno 1555.* §. Und damit solcher Fried.

29. Et hodie die Freyheit in der Religions-Sache ist der Stände höchstes Regal/dicente Landgravio Mauritio apud Hortlederum. Hæc tamen regula: Cujus est regio, ejus est etiam religio: Instr. Pacis *art.* 5. §. 3. & 12. *est* declarata, in hunc modum: Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vasallos. Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & subditos, Statibus Imperii immediatis sive Ecclesiasticis sive Secularibus subjectos, pertinet, cum ejusmodi Statibus immediatis cum jure territorii & superioritatis, ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi, etiam jus reformandi exercitium religionis competat ac dudum in pace religionis talium Statuum subditis, si a religione Domini territorii dissentiant, beneficium emigrandi concessum, insuper majoris concordiæ inter Status conservandæ causa, cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam religionem pertrahere, eave causa in defensionem aut protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat. &c. Paulo post ita legitur. Hoc tamen non obstante, Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & subditi, cujuscunque generis, qui sive publi-

publicum sive privatum Augustanæ Confessionis exercitium anno 1624. quacunque anni parte, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam imposterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse, probare poterunt &c.

Paulo post: Turbati, aut quocunque modo destituti, sine ulla exceptione, in eum, quo anno 1624. fuerunt, statum plenarie restituantur. Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto anno 1624. usum & exercitium Catholicæ religionis publicum & privatum habuerunt. Pacta & transactiones, conventiones concessiones, quæ inter tales immediatos Imperii Status, eorumque status provinciales & subditos supra dictos de publico vel etiam privato exercitio religionis introducendo, permittendo & conservando, ante hac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus ratæ & firmæ manento, quatenus observantiæ dicti anni. 1624. non adversantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu, recedere liceat. Paulo post hæc sequuntur. Placuit porro, ut illi Catholicorum subditi, Augustanæ Confessioni addicti, ut & Catholici Augustanæ Confessio-

nis Statum subditi, qui anno 1624. publicum vel privatum religionis exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non, qui post pacem publicatam, deinceps futuro tempore diversam a territorii Domino religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientia libera, domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse vel liberos suos exteris suæ religionis scholis, aut privatis domi præceptoribus instituendos committere, non prohibeantur. &c.

Paulo post hæc sequuntur: quod si vero subditus, qui nec publicum nec privatum suæ religionis exercitium anno 1624. habuit vel etiam qui post pacem publicatam, religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut a territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites, aut debita exigenda, libere & sine literis commeatus adire.

§. 13. Eodem articulo agitur in specie, de Principibus Silesiæ & reliquis Imperatoris nostri subditis, quomodo liberum religio-

ligionis exercitium ipsis sit concessum. quem. §. 13. vide.

30. Cæterum hæc ex Instrum. Pacis ideo ad scribere voluimus; quia nobis suppeditant decisionem plurimarum quæstionum, vehementissime agitatarum, & quia sunt fundamentum potestatis, circa sacra, Principum & Statuum Imperii nostri.

31. Quamvis autem liberum sit Principibus Imperii nostri, dicto modo exercitium religionis mutare, non tamen vi vel armis hoc fieri debet, sed blande subditos suos ad suam religionem adducendo; vel, si hoc subditi facere nolint; jam olim *Constitut. Pac. relig. de anno* 1555. §. Wo aber Unsern / & *dispositione Instrumenti Pacis* habent facultatem emigrandi.

32. Et licet olim fuerit disputatum, an hoc sit necessitatis, an voluntatis? tamen hodie putamus, illud, si Dominus territorii velit, esse necessitatis.

33. Hæc mutandæ religionis libertas, respicit etiam personam Principis; sive sit Secularis, sive Ecclesiasticus; hac tamen differentia, ut, si Archiepiscopus, Episcopus aut Prælatus, a prisca religione recedens, Augustanam Confessionem amplectatur, Archiepiscopatum suum, Episcopatum aut Prælaturam amittat, & omnia

bene-

beneficia restituere cogatur, cum reditibus, sine tamen honoris jactura. R. A. *de anno* 1555. §. Nach dem aber. Et hoc est quod Catholici vocant Reservatum Ecclesiasticum, Autonomiam, den geistlichen Vorbehalt.

34. Circa hanc clausulam cum Status Imperii, Protestantes & Catholici, in Comitiis Ratisbonensibus convenire non possent, arguentibus illis, hoc vergere in ignominiam Luteranæ religionis, ac si ita comparata esset, ut sine pœna & bonorum jactura, illam amplecti non liceret; his vero, si promiscua mutandæ religionis libertas Ecclesiasticis Principibus concederetur, interitum strui omnino religioni Catholicæ; Imperator, ex plenitudine potestatis, ut verba habent in dicto recessu, hanc clausulam inseri voluit. Cui clausulæ omnes Status Imperii Protestantes vehementer se opposuerunt, & eam nunquam pro lege agnoscere voluerunt; & merito: si enim in recessibus imperii, à parte Imperatoris, est Conventio cum Statibus, *ut videbimus suo loco*, & vero omnis conventio est liberrimæ voluntatis; ergo nec Imperator statibus ex plenitudine potestatis aliquid in Comitiis contra voluntatem, nec Status Imperatori aliquid obtrudere possunt.

35. Duravit hæc disputatio, usque ad

tempora Instrumenti Pacis; in hoc enim non tantum a Statibus Imperii hæc clausula est approbata, sed etiam est extensa ad ad Episcopos nostræ religionis; ita ut si Catholicus ad Evangelicam religionem, vel contra Evangelicus Episcopus ad Catholicam religionem accesserit, eo ipso Episcopatum & bona Ecclesiastica amittat, salva existimatione. I. P. *art.* 5. §. 3. de Autonomia *vide Burkard. compos. Pac. quæst.* 9. *Lehman. de pace religiosa lib.* 3. *cap.* 38. *apud Eundem Lehman.* der Stände *gravamina*, wegen des geistlichen Vorbehalts *lib.* 1. *cap.* 10. *&* *plures alios juris publici DD.*

36. An libertas religionis etiam Reformatis competat? ante Instrumentum Pacis hoc vehementer a Pontificis negatum est, quibus omnes Protestantes semper se vehementer opposuerunt. In Instrumento Pacis itidem hæc controversia est sopita, & expressis verbis pax religionis est extensa ad ipsos *I. P. Art.* 7. ita ut hodie, sine omni contradictione, tres religiones in imperio nostro sint concessæ, nempe Catholica, Evangelica & Reformata *Art.* 7. *ibi in fin.* præter religiones supra nominatas.

37. Hoc jus reformandi competit etiam expresse Civitatibus Imperii, etiamsi tempore pacificationis religionis de an. 1555. in

in possessiione Augustanæ confessionis non fuerint. *Knipschilt de Civit. Imp. lib.2. c.3. num.* 17. Ita tamen; ut Civitates imperiales mixtæ religionis, scilicet, ubi & Catholicæ & Augustanæ confessioni addicti fuerunt, ad statum anni. 1624. per pacem Osnabrugensem restitutæ sint, adeo ut & in regimine & quibuscunque officiis publicis politicis, paritas introducta fuerit.

38. Ea quæ acta sunt olim inter Senatum Coloniensem & Cives, *vid. apud Limn. lib.7. I.P. c. 1. n. 53. Lehman. de pace relig. l.3. c.27.*

39. Controversiæ, quæ intercesserant inter membra Magistratus Augustanæ & Catholicæ religionis Augustæ Vindelicorum, itidem per Instrumentum Pacis claris verbis sopitæ sunt. *vid. I.P. Art. 5.*

40. In pace religiosa de anno 1555. §. Und in solchem Frieden: etiam specialiter prouisum fuit Nobilibus Imperii immediatis, der freyen Reichs-Ritterschafft in dreyen Kraysen/ Sueviæ, Franconiæ, & Rheni, ut gauderent potestate mutandæ religionis in pagis & castris suis. Id quod in Instrumento Pacis ipsis confirmatum. An hanc potestatem etiam Nobilis Imperii immediatus in feudo, quod ab alio Imperii Statu possidet, habeat, & ibi religionem mutare possit. Plures affirmant, quia Nobiles Imperii immediati, quoad jus mu-

tandi religionem Statibus Imperii æquiparantur.

41. Nos negantium opinionem fovemus, quia longe alia est ratio feudorum Nobilium Imperii, quæ recognoſcunt a Statibus Imperii, quã feudorum, quæ Status Imperii recognoſcunt ab Imperatore & Imperio, neque illi in talibus feudis Superioritatem territorialem habent, quemadmodum hi in ſuis: neque Imperator & Imperium, concedendo hoc privilegium mutandi religionem præſumuntur hoc ipſis voluiſſe concedere in præjudicium aliorum Statuum, ſed eandem poteſtatem ipſis concedere voluiſſe in propriis ſuis territoriis *vid. Bocer. de jur. Dom. & vaſall. l. 2. c. 6. n. 5. & ſeqq.*

42. Plures quæſtiones, circa hæc Eccleſiaſtica moveri ſolitas, hic non decidimus; ſed nos referimus ad ea, quæ ex Inſtrumento Pacis ab initio retulimus, ex quibus omnes decidi facili negotio poſſunt e. g. An Illuſtris Nobilis Landaſſius, domi in arce ſua, pro ſe & liberis & familia, privatim, diverſum a territorii Domino Religionis exercitium habere, ac infantes ſuos baptizari curare poſſit? An Magiſtratus Catholicus, aut Epiſcopus loci in ſubditos de Auguſtana confeſſione ſuſpectos, tanquam in hæreticos inquirere, & eos ad cenſuram eccleſiaſticam trahere poſſit? An

Cleri-

Clericus, qui Auguſtanam religionem amplectitur, ſi deprehendatur, puniri & in carcerem conjici poſſit? An Princeps, aut alius Imperii Status, Catholicæ religioni addictus, prohibere poſſit, ne quiſquam eccleſias aut monaſteria, ſine ejusdem conſenſu & licentia, in territorio ejus ædificare poſſit? &c.

43. Quia habent omnem jurisdictionem eccleſiaſticam, & jus epiſcopale, hinc poſſunt Conſiſtoria conſtituere, Miniſtros ordinare ſubalternos, & primarios, qui Superintendentes dicuntur; Concilia provincialia convocare, Scholas erigere, & Gymnaſia illuſtria, in quibus omnis generis diſciplinæ doceantur. Jus univerſitatis erigendæ, petendum eſt ab Imperatore, *ut ſupra dictum.*

44. Amplius ad diſpoſitionem univerſalem, & communes illas proviſiones, quæ Rempublicam & ejus ſalutem in genere attingunt, referre maxime licet illa, quæ cum exteris habent aliquid negotii.

45. Hactenus enim præcipua jura ipſum territorium concernebant, & in eodem terminabantur: ſequuntur, quæ rem cum peregrinis expediunt. Idque vel hoſtili, vel pacifico animo: quod efficit jus armorum ſeu belli, & jus pacis & fœderum.

46. Jus armorum univerſis vel ſalutem vel interitum maturare poteſt; ideoque

inter maxima semper referendum est. Quamvis autem externos inprimis concernat; quod civem refractarium judicia coërceant, quæ frustra hosti opposueris, qui tibi, extra territorium jus dicenti, impune non parere possit: atque ideo desideretur aperta violentia, qua reprimatur injuria adversariorum, quoties sedenti quiescere non licet: nihilominus; vel ideo quoque inter prima civitatis jura reponitur, quod seditiosos subditos, qui in hostes degenerant, hoc validum instrumentum in ordinem cogat, & obsequium Principi exhibere doceat.

47. Jus belli est potestas constituendi de omnibus belli instrumentis, aut circa ipsum bellum inchoandum finiendumque, necessariis.

48. Et sic Principes Imperii nostri & reliqui Status habent jus Armandiæ, non tantum ex Instrumento Pacis *art.* 8. sed etiam ab immemoriali tempore, vigore Superioritatis territorialis. *Limn.* 3. *I. P.* *c.* 8. *n.* 210.

49. Armandiæ voce, vel fabricatio armorum vel magis usus armorum publicus intelligendus est. *Rosenthal. de feud. c.* 5. *concl.* 19. Qui vel ideo etiam Principibus concessus est, ad præstanda eo promptius auxilia circularia, damit von einem Fürsten und Stand des Reichs die schleunige Reichs- und

und Kräyß-Hülffen können geleist werden. *Tabor. de Armamentar. part. 1. c. 1. n. 18.*

50. Vi hujus juris, Status Imperii in suis territoriis habent armamentaria publica, instituunt fabricas armorum. Imo ipsis circulis, eorumque inscriptis ac immatriculatis Statibus Imperii singulari Imperiali Recessu injungitur, daß ein jeder Kräyß mit seinem erwehlten Obristen / zu- und nachgeordnetem / auch andern Befehls-Leuten / Geschütz / Artollerey / Munition, und was dazu gehörig / in guter gewisser Bereitschafft stehen sollen. R. A. *de anno* 1570. §. sintemahl auch auß hochbewegenden Ursachen. 22.

51. Hinc fluit jus prohibendi, ne arma vel pulvis pyrius ad exteros, sub gravi pœna, quocunque titulo transferantur. *arg. l. 2. C. quæ res export. non deb.*

52. Sic vi juris belli habent etiam jus imponendi subditis arma, den Unterthanen die Gewehr und Waffen auffzulegen. R. A. *de anno* 1555. §. Und demnach. Eos in certas cohortes & legiones dividendi, eosque statis temporibus per centuriones in armis exercendi, in den Waffen zu trillen. Item injungendi subditis, ut bene instructi compareant, den Unterthanen zu befehlen / sich außzumontiren: lustrare eos & eorum arma, die Unterthanen zu mustern und die Wehr zu beschauen.

53. Utrum satius sit, arma subditis re-

linquere, eosque in armis exercere, vel illis ea prorsus adimere, & in armamentariis custodire, quibus tempore ingruentis belli armari possint? quæstio politica est, & hic aliena; interim tamen, ex genio cujusque populi eam decidendam esse putamus. *Vid. de ea Bernegger ad Tacit. de mor. Germ. q.* 12.

54. Neque dubitamus, quin Principes & Status Imperii habeant potestatem seu jus exarmationis, h. e. subditos armis exuere, den Unterthanen die Waffen abzunehmen und niederzulegen; quod vulgo disarmiren vocant. *Tabor. de exarmat. c.*4. *per tot.*

55. Subditis ita lustratis, necessarium consequens est, jus sequelæ, die Herren Folg und Reiß / oder das Auffbieden. Quo subditi Domino territorii bellum movente, ad præceptum comparere, ei assistere, ac eundem armati sequi tenentur.

56. Sequi tenentur subditi Dominum, non tantum in territorio, sed & extra territorium. *Knipschilt. lib.* 2. *c.*22. nec solum, si Patriæ defensio hoc exigat, sed & si Dominus pro vindicanda injuria, vel tuendis ditionibus, extra territorium sitis, bellum suscipere cogatur, aut ablatorum recuperatio id exigat; nisi aliud consuetudo loci, aut pacta conventa velint. R. A. *d. anno* 1546. §. ferner dieweil.

Dissen-

Dissentientium rationes vide apud Balthasar. *de oper. c. 14. fol.* 350.

57. Si Principis maxime intersit, propter egregiam subditi experientiam militarem, personaliter, ut dicunt, subditus comparere debet, nec præstando interesse liberatur; vel mittendo substitutum. *arg.* 2. *F:* 28. *in pr. cap. un.* 2. *F.* 5. *Rittershus. de homag. concl.* 194. *Klock. de contribut. cap.* 2. *n.* 64. vel dando certam pecuniæ summam, vor die Ausswahl.

58. E contrario, si Princeps pro auxilio personali pecuniam exigere velit, subditus invitus ad pecuniæ solutionem cogi non potest, nisi sit casus extremæ necessitatis. *Balthas. de oper. cap.* 16. *fol. m.* 379. operarum enim præstatio stricti juris est.

59. Princeps bellum gerens regulariter subditis militantibus annonam solvere tenetur, nemo enim propriis sumptibus militare præsumitur 2. *F.* 107. nisi consuetudo regionis aut pacta conventa moderationem faciant. *Dict cap.* 2. *F.* 107. *Bocer. d. jur. Dom. & Vasall.* 1. *c.* 4. *n.* 115.

60. De consuetudine hodierna, Dominus, pro servitiis præstandis, vasallo sumptus suppeditare debet. Der Herr gibt seinen Lehenleuten / wann sie bey ihm ankommen sind / und mit ihm ziehen / Futter / Mahl und Hufschlag. *Carpz. P.* 3. *I. F. const.* 28.

defin. 18. *n.* 11. *late Francisc. Balthasar. de oper. c.* 3.

61. Si necessitas exigat, licet forte Dominus territorii pedestrem militem requisiverit; tamen equestrem exigere potest, defensio enim modum accipit ab offensione; si ergo ad repellendam vel vindicandam offensionem opus sit milite equestri, eum loco militis pedestris exigere poterit; nec videtur vero simile, Dominum requirendo certum servitium, cætera jure communi debita remittere; & ex actu voluntario non plus est inferendum, quam inde necessario sequitur. *Andr. Kohl. de servit. Feud. part.* 4. *num.* 151. nisi pacta conventa, inter Dominum & subditos aliud velint. *Balthas. dict. tract. cap.* 11. *fol.* 263.

62. Hic modus quidem legendi milites ex subditis tempore Maximiliani I. non obtinuit, & Principes bellum moturi non per sonum tympani, sed hinc inde in territorio, vel apud exteros milites colligebant.

63. Vi enim Superioritatis territorialis, & juris belli, Principes & Status Imperii habent potestatem milites conscribendi, tam in suo, quam alterius Imperii Status ad id consentientis territorio; in propriam, Imperii & aliorum salutem & defensionem, Soldaten zu werben und anzunehmen.

men. R. A. *de anno* 1525. §. Darzu sollen. R. A. *de anno* 1530. §. Demnach soll auch.

64. Hæc collectio militum fieri debet secundum Constitutiones Imperii, quæ requirunt. 1. ut Imperatoris consensus adsit. *O. Cam. part.* 2. *tit.* 15. R. A. *de anno* 1555. §. Wo sie aber. Quod tamen quidam non generaliter accipiendum esse putanr, sed de casu, ubi milites colliguntur, offendendi causa; haud vero, ubi id fit in propriam defensionem, & suorum. *vid. Knipschilt lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 6. 2. Ut Princeps militem conscripturus, gravi causa, durch eine wissentliche und betrångte Uhrsach / ad hanc collectionem urgeatur. *dict. R I. de anno* 1555. §. Wo sie aber. 3. Daß niemanden / was Wesens der seye / im Heil. Römischen Reich / hohes / oder nidern Stands / ohne Vorwissen / Bewilligung und Erlaubnüß desselben Kreys-Obristen / auch vor dem er sich mit ihnen der Caution halber endlich verglichen / einigen Kriegsmann anzunehmen / zu bestellen / oder auch Anritt oder Lauffgeld zu geben / zugelassen seyn soll. R. A. *de anno* 1564. §. Demnach so declariren. 26.

65. Status habens jus sequelæ in alterius territorio, habet quoque jus conscribendi milites, den Umschlag: & habens jus armandiæ in alterius territorio, jus quoque

sequelæ, jus delectum instituendi, jus arma imponendi, jus milites colligendi, & omnia ad defensionem sui territorii necessaria sibi optima ratione addicit. *Myller. de Stat. Imp. part. 2. c. 79.*

66. De quo tamen merito dubitaveris, an vi hujus juris, omnia hæc in alterius territorio exercere possit. Hæ enim juris publici servitutes graviores reddi non debent.

67. Si Princeps Imperii per alterius territorium milites ducere velit. 1. cautionem de damno resarciendo præstare debet. R. A. *de anno* 1598. §. betreffend aber.

Præter hanc cautionem requiritur. 2. ut hic transitus ab alio postuletur. 3. ut inermes, aut divisis manibus milites transmittantur. 4. ut impensa, in transeuntes facta, reddatur. 5. ut obsides dentur. His omnibus præstitis, transitus transeuntibus denegari non potest. *Grot. d. I. B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 13. Fritsch. de via publ. cap.* 8. *n.* 8. R. A. *de anno* 1555. §. Wo sich aber.

68, Habet Princeps, vi hujus regiminis universi, etiam jus muniendi Civitates vel castella, vulgo fortalitium. Quod enim clypei & arma singulis, hoc præstant munimenta universis.

69. Munimenta sunt loca, contra omnem

nem vim externam munita, quibus provincia defenditur.

70. Hoc jus habent Principes & Status Imperii, etiam non requisito consensu Imperatoris; modo hoc fiat sui defensionis gratia, nec adæmulationem alterius, vel contra vicini privilegium. *I.P. art.*8. §. 1. *Limn. lib.* 4. *I.P. c.* 8. *n.* 235. *Balthasar de operis c* 8. *fol.* 146.

71. Dominum territorii, ob publicam necessitatem, in extruendis propugnaculis, vel dilatandis fossis, subditorum agros occupare posse; non dubitamus; eminens enim in his habet dominium; & quemadmodum privati, in utilitatem privatam, & propriam, vi dominii, de iis disponere possunt; ita & in utilitatem publicam, vi dominii eminentis, Dominus territorii de iis disponere potest. *Vid. Boecler. in Comment. ad Grot. de eminente Dominio Frider. Horn. lib.* 2. *cap.* 3. *de eminente Dominio.*

72. Non immerito quidam ex Doctoribus hoc etiam extendunt ad castrum vasalli, ita ut Dominus feudi etiam vasallo invito illud occupare, fortalitiis cingere & præsidio munire possit; vasallus enim juramento obligatur, vitam Domini, membra, mentem, & ejus rectum honorem custodire, ergo etiam tempore necessitatis eum castri munitione adjuvare obligabitur.

2. *F. 5. Hering. de jur. Burg. n.683. Fritsch. de jur. fortalit. c.4. n.57.*

73. Sumptus tamen in muniendo tali castro factos finito bello, a Vasallo repetere non potest. Quia Dominus castrum in suam, non Vasalli utilitatem munivit, & has impensas sua culpa fecit. *Klock. de Contrib. c.7.n.114.*

74. Sic & tempore necessitatis & tempore belli, Principi templa munire licere, non dubitamus; si enim vasa sacra pro redemptione captivorum, & similibus casibus vendi possunt: cur non, ad subditos conservandos & defendendos, templa fortalitiis cingi poterunt, ut sic homines a cæde aliorum defendantur, & in captivitatem non rapiantur. *Joh. Hering. de jur. Burg. c.1. n.608. & seqq.*

75. In arcibus ita munitis habent Principes jus præsidii, i. e. præsidiarios milites ponendi, Besatzung einzulegen/ & excubias instituendi, die Städt und Vestungen zu besetzen/ und Wacht zu halten.

76. Milites præsidiarii regulariter sumptibus Principis alendi sunt, non impensis civitatis: multo minus impensis eorum, qui in præsidio sunt; cibariorum enim impensæ naturali ratione ad eum pertinent, qui utendum accepit. *l. 18. §. 2. ff. commod. Balthasar de operis. cap. 8. f. 148. & c. 15. f. 364.*

Dixi-

77. Diximus, multo minus impenſis eorum, qui in præſidio ſunt; ſi ſcilicet Principes, Comites, Civitates Imperii immediatæ ſubditis ſuis ruſticis indicunt, ut tempore belli, vel imminentis periculi, in civitatibus & caſtris ipſius territorii excubias agant. Et ſi nolint præſtare has operas tempore belli, eos vi cogi poſſe non dubitamus; eſt enim ſpecies ſequelæ, & imperantes omnes & præter extraneos, etiam inquilinos admonere poſſunt, ut vigilando curam Reip. aut Civitatis habeant. *l.* 3. §. 3. *& l.* 4. *ff. de off. præf. vigil.*

78. Hoc onus pertinet ad omnes ſubditos, & qui in civitate, & qui extra eam habitant, adeo, ut tempore neceſſitatis, nullùs ab hoc onere immunis ſit. Nullus enim penitus, cujuslibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia vel domus regia tempore expeditionis excuſationem habet angariarum ſeu parangariarum. *l.* 21. *C. d. curſ. publ. Klock. de Contrib. cap.* 11. *n.* 198. Nec clerici ergo, nec Profeſſores excipiuntur, *cap.* 2. *x. d. immunit. Eccleſ.* Excipiendi tamen erunt Paſtores evangelicæ religionis, qui ſemper exiguo numero in civitatibus exiſtunt; adeo, ut tempore obſidii, vix ordinario officio & publicis precationibus ſufficere queant. *Berlich. part.* 2. *concluſ.* 64. *n.* 12.

79. Tempore extremæ neceſſitatis, etiam

etiam Forenses & advenas obligari, indubium est; propter universale Imperium quod Princeps in omnes in territorio suo existentes habet. *vid. Gail. de Arrest. c.* 10. *n.*6. *Boer. decis.* 212. *n.*7.

80. His omnibus ita comparatis, Principes Imperii & Status rite bellum gerunt, seu bellum movent. R. A. *de anno* 1555. §. Nach dem aber.

81. Justa belli movendi causa in Imperio est 1. defensio contra vim injustam; qui enim injuste offenduntur, juste se defendunt. *Mager. de advocat. armat. cap.* 11. *n.*255. 2. Subditos inobedientes, refractarios & rebelles in ordinem redigere. *Gail.* 1. *d. P.P. c.*2. *num.* 20. 3. In alterius Principis aut Status Imperii auxilium arma sumere; vel ipsi contra illius subditos rebelles, armata manu assistere. R. A. *de anno* 1526. §. darauff so haben wir. 4. Contra alium quemcunque, pacem publicam turbantem, arma movere, R. A. *de anno* 1555. §. Nachdem auch aber. *Limn. l.*4. *c.*8. *n.*250. & *seqq.*

82. In istiusmodi bellis defensivis, Imperatoris consensu opus non est: Defensio enim est juris naturalis, & quod jure communi licet, precibus impetrandum non est. *l. un. C. d. thesaur.* Ast in bello offensivo, Imperatoris præscientia, authoritas & consensus requiritur, *Ord. Cam. part.* 2. *t.* 9. & 15.

& 15. *Bocer. de bello* 1. *c*.4. & 5. Adeo ut si aliter faciant, incidant in crimen fractæ pacis publicæ, & in Camera Imperiali, vel Aula Cæsaris, mandata avocatoria contra eos decernuntur, sub pœna banni ac publicationis bonorum, ut milites dimittant. Quæ mandata plerumque per Fecialem, einen Käyserlichen Herold/insinuantur. R. A. *de anno* 1529. §. und damit an solchen. *O. C. part*. 2. *t*.9. §. und ob sich.

83. Cum autem, sine Imperatoris consensu, bellum offensivum nullum gerant, & vero O. C. & J. P. velint, ut, si Status contra Statum aliquid habet, jure experiatur; manifestum est, quod diffidationes, quæ in A. B. *cap*. 15 erant permissæ, & omne jus manuarium, das Faust- und Kolben-Recht/ omnino sit abrogatum.

84. Sunt adhuc quædam jura, quæ quamvis etiam extra bellum usum habeant, tamen, quia potissimum eorum usus tempore belli conspicitur, hic nobis videntur tractanda esse.

85. Quo referimus jus angariarum & parangariarum, jus albergariæ; Angariæ & parangariæ nihil aliud sunt, quam operarum præstationes, quæ subditis propter repentinum aliquod negotium a Principe vel Statu Imperii indicuntur, & equis, jumentis, plaustris, manibus & navibus absolvuntur, da man der Obrigkeit mit Wä-

gen/

gen / Pferden und anderem frohnen muß. *Balthasar. de jur. operar. rusticor. c. 3.*

86. Verbum angariare idem denotat, quod cogere, ac angariæ recte servitutes coactæ dicuntur; parangariæ vero summam coactionem & perfectas operas, subito præstandas, significant. *vid. Balthasar. dict. tr. c. 3. f. 48.*

87. Sic, tempore sævientis belli, vel ob aliam occurrentem necessitatem, quæ Principi aut Reipublicæ imminet, milites, currulia tormenta, militaria tabernacula, panem ac annonam militarem vulgo proviant / cæteraque instrumenta bellica, itineri, commeatui ac expeditioni necessaria, per subditos ad loca destinata transvehuntur. *Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 70. num. 3.*

88. De Angariis, vide elegantem Anastasii constitutionem *in l. f. §. f. C. d. fabricens.*

89. Operarum præstationes paterna moderatione a subditis exigendæ sunt; alias, si immodice & pro lubitu indicuntur, & subditi de Domini sævitia docere possunt, in Camera Imperiali mandata sine clausula impetrantur. Et Camera Imperialis operas in determinatas ad æquitatem reducere, easque determinare solet. *Gail. 1. obs. 17. Myns. 5. obs. 5.*

90. Nisi ab antiquo aliter observatum fuerit,

fuerit, operæ extra territorium Domino præstandæ non sunt? operæ enim ibi præstandæ sunt, ubi Dominus moratur. *l. 21. ff. de oper. libert. Balthasar. de oper. c. 14.* Non tamen immerito de hoc quis dubitaverit, per ea, quæ *supra diximus*, de jure sequelæ.

91. Quamvis autem militantibus forte victus sit dandus a Domino; nihilominus tamen, quemadmodum, quando subditi Dominum suum sequuntur, sie sich müssen auff eigenen Kösten montiren; ita regulariter & hæ operæ sumptibus subditorum præstantur; quia unusquisque id, quod spospondit, suo impendio præstare debet. *Stamm. de servit. personal. l. 3. cap. 21. n. 5.* Rationem dubitandi videre licet *ex l. f. §. f. ibi: de publ. C. de fabricens.* Hinc si subditi in angariarum præstatione, plaustra destruant, vel equos amittant, damnum subditorum erit, non Domini; quia subditi, præstando angarias, nec operam suam, nec instrumenta ad angariam necessaria, Principi suo locant, sed obligationi, a lege impositæ, satisfaciunt. *Bocer. de regal. c. 3. n. 249.*

92. Si tamen hæc angariarum præstatio, toti civitati vel universitati, einer gantzen Gemein/ injungatur, & hæc quosdam ad harum præstationem delegerit, tunc hoc damnum, pro rato, unicuique ex publi-

publico seu a civitate resarcietur; damnum enim, quod quis pro omnibus sentit, ab omnibus resarciendum est. Secus vero, si angariarum præstatio subditis, ut singulis, injungatur; tunc enim quilibet feret damnum, quod in hac præstatione sentit.

93. Immunitatem angariarum nemo habet, cujuscunque conditionis fuerit. *vid. l.* 11. *C. d. SS. Eccl. Balthas. de oper. c.* 8. *f.* 137. *add. supr.*

94. Albergaria est vocabulum Italicum, a nomine albergo, (quam vocem a germanico, Herberg / descendisse, *refert Klock. Tom.* 1. *cons.* 21. *num.* 35) hospitium ex quo albergare, alloggiare e ricevere uno in casa adalbergo. Dicitur aliâs mansio der Außspann / die Atzungs-Gerechtigkeit / Mahl / Futter &c.

95. Albergaria est onus ordinarium, quod incolæ alicujus loci Dominis, vel aliis cum familiis & comitibus advenientibus debent, consistens in hospitio esculentis & poculentis præstandis.

96. Et sic differt a nuda in hospitatione, wo einem nichts als das blosse Quartier / mit gehöriger Auffwartung / ohne Essen und Trincken gegeben wird.

97. Albergaria varie dividi potest; & alia vel limitata est vel illimitata, gemessen oder ohngemessener Aatz. Alia est, quæ debe-

debetur jure superioritatis, quam Status Imperii in suis territoriis habent; alia jure servitutis, quam vicini non subditi debent.

98. Hoc albergariæ jus forte ex hospitationibus, olim militibus in expeditionem euntibus, vel hybernantibus concedi solitis natum est; vel quod subditi Principes suos, vel Missos Principum & eorum Comites, qui justitiæ administrandæ causa, *de quo aliquid infra dicemus*, adveniebant, vel alia de causa transibant, gratis victualibus aliisque necessariis exceperunt. Unde hoc jus apud Italos ortum, nunc aliis populis, imprimis vero Germanis, valde usitatum est. *Vid. Tabor. in tr. de metat. c.* 4. *n.* 5. *Anton. Sola de consuet. Sabaud. pag.* 1. *gl.* 4. *n.* 3.

99. Jus hoc competit, vel vi jurisdictionis & Superioritatis, vel præscriptionis, vel conventionis.

190. Propter jurisdictionem hoc tribuunt DD primo, Imperatori in universo Imperio, quia nemo ab angariis, vel alio quovis munere, excusatur, quando Imperator per loca provincialium expeditionem arripit, licet ad Sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant. *l.* 11. *C. d. SS Eccl. Mager. de Advoc. armat. c.* 10. *num.* 128.

101. Et sic quilibet hospitio Imperatorem

rem tenetur excipere? adeo, u si apud Episcopum diverterit, licitum sit Episcopo, collectationem moderatam vel indictionem subsidii charitativi facere. *Stephan lib. 3. d. jurisdict. part. 1. cap. 14. num. 128.* Frequentius tamen Cæsari hodie alia munera offeruntur, quo sumptus itinerum ferre queat, quod alicubi, aureum vas monetis aureis plenum offerendo, fieri mos est. *Dominus Binder de jure albergar. concl. 7. lit. a. in f. ap. Fritsch.*

102. Secundo, omnibus Principibus Imperii, & omnibus Impeiii Civitatibus immediatis: habent enim istæ die Lands Hohe Obrig- und Herrlichkeit / mit allen Gerichten / Obrist / mittelst / und niedrigst / mit allen ihren Ehren / Würden / Freyheiten / Nutzen und Zugehörden. *Reink. l. 1. Cl. 5. c. 5. n. 5. & seqq.*

103. Si provincia, castrum, vel villa ad diversos spectet Dominos, da zwey oder drey herrige Orth seynd / & jura divisa sunt, ei videtur hoc jus competere, qui centenam omnigenam, cum jure territoriali exercet, der die Ober-Vogtey in dem Orth hat. Nam ad hunc pertinent fere omnia jura fiscalia, & reditus, qualis reditus & albergaria esse videtur. *Vid. Knichen de subl. & regal. territ. jur. cap. 4.* ubi inter alia & hæc leguntur: Tandem ex iis quis obtinet die hohe Fräyß und Cent / quæ, si ut omnigena

& cum

& cum jure territoriali exerceatur, plurima fert commoda, jährlichen Kirchmeß Schutz und Schenckung/ Krieg/ Lager/ Holtz Cent-und Vogt-Habern / Büttel-Laub / Atzung / Futter / Mahl und Lager auff den Güthern/ Lager/ Klage/ Land-Wehr ꝛc.

104. Ubi jurisdictio indivisa manet, singuli advenientes Domini eandem vindicabunt, neque alter in præjudicium alterius & subditorum plus exiget, quo subditi graventur & ad seditionem inclinent. *Dn. Binder. dict. tr. de jure Albergar concl.* 8. *inf.*

105. Advocatis itaque regulariter albergaria non debetur? quia Superioritatem nullam habent; & hinc sæpe in ipsis literis advocatiæ hoc prohibetur, e. g. Rudolphus Episcopus Herbipolensis in literis sub Chombergensis Advocatiæ ita dicit: Sie sollen auch von solcher Vogtey/ Schutz und Schirmweiß auff dem Gottes Hauß Chomberg/ seinen Dörffern / Leuthen / Gütern/ weder Herberg/ Atzung/ Läger/ Dienst/ auch sonst keine einige andere Gerechtigkeit haben. *Trithem. in Chron. monast. Hirs. ang. de anno* 1069.

106. Interdum tamen Clientes Advocatis hoc jus expresse promittunt. *Besold. thes. pract. in voce* Schutz-und Schirms-Verwanden/ ubi dicit: Dieses ist nicht ausser acht zulassen / daß etliche jura protectionis

ex

ex singulari pacto, und zumahl eine subjectionem und respectivè jurisdictionem nach sich ziehen.

107. Sic Vasallus Domino Feudi regulariter albergariam non debet, quamvis teneatur Vasallus, in casu necessitatis Dominum alere, quod tamen plerique ex Doctoribus negant; nisi forte feudum adeo sit opimum, & ex facto Vasalli Dominus sit inops, in necessitatibus enim Vasallus Domino subvenire debet. 2 *F.* 26 *§. licet.* nulla autem necessitas major est egestate & fame, *l.* 1. *C. de oper. libert.* Tamen albergaria non egestatis causa conceditur, quatenus jus est.

108. Episcopis debetur aut Archi Diaconis, vice eorum, toties, quoties per diœcesin, vel temporalis vel spiritualis curæ gratia transeunt.

109. Hæc albergaria dicitur Canonistis, procuratio. Ab hac procuratione nullus excipitur locus, dummodo visitatio ibi fiat. Imo quando Episcopus Ecclesiæ, aut monasterio exemptionem & immunitatem concedit, visitationem tamen, & per consequens procurationem sibi reservare censetur, ut tamen hæc procuratio sit limitanda, secundum locorum visitandorum facultates. *DD. in cap.* 1, *de censib. in* 6.

110. Si Princeps castrum vel pagum, ubi

ubi albergariam habet, nobili cuidam in feudum concedat cum mero mixtoque Imperio sibi albergariam reservasse creditur; quia Superioritatem territorialem non contulit; in literis enim investiturae expresse debuisset albergariae facere mentionem, si eam in nobilem collatam voluisset. *Klok. de contribut. c. 14. n 28.*

111. In vicini territorio habent Principes saepe hoc jus per modum servitutis publicae, quae vel praescriptione, vel conventione, vel alio modo constituitur; ad exemplum hominum propriorum.

112. Et si certae familiae albergaria constituatur, & quidem familiae in genere, sive ea augeatur, sive ea minuatur, omnibus praestanda est; si vero certis personis ex familia, vel ex certo numero personarum, e. g. decem vel duodecim personis constituatur, pluribus ea non debetur; servitutes enim praestandae sunt, ut sunt constitutae, & graviores reddi non debent. *vid. Koppen. decis. 17. per tot.*

113. Sic etiam albergaria sic limitata ratione temporis, vel quantitatis, ultra extendi non debet; limitata enim causa limitatum habet effectum. Si itaque albergaria ad certum modum concessa sit, ein gemessen Maß/ auff gewisse Zeit des Jahrs/ wie viel/ wie lang solches gericht soll werden? Do-

minus ea aliter uti non poteſt, adeo, ut ſi forte alio anni tempore, aut cum miniſtris ſupra conventum numerum, veniat, aut diutius, quam par eſt, maneat, propriis ſumptibus vivere cogatur. *vid. exempla ap. Wehn. in voce* Schawen.

114. Amittitur hoc jus præſcriptione, ad quam neceſſaria non eſt, ex parte dominantis requiſitio, ex parte ſervientis denegatio; ſed ſolus non uſus ſufficit. Et quidem, ſi ſerviens aliquem titulum habeat ſuæ præſcriptionis, ex quo ſuperioris conſenſum docere poſſit; 40 anni ſufficiant; Si autem nitatur ſolius temporis lapſu, tempus immemoriale requiritur. *l. ult. C. de fund. patrimon. Tabor tr. de metat. part.* 3. *ſect.* 2. *c.* 1. *n.* 11.

115. Amittitur itidem renunciatione: ſi quis plura jura in aliquo loco habeat, ſpecialis renunciatio requiritur, & ſi uni juri forte renunciavit, non præſumitur, alteri renunciaſſe; Renunciationes enim ſtricte ſunt intelligendæ, ut minus præjudicent renuncianti. *Franciſc. Curt. jun. part.* 1. *conſ.* 23. *n.* 1.

116. Item amittitur, ſi ſubditi Imperiali privilegio contra ejuſmodi onera ſint muniti, ſi ſubditi cum ſuperiore convenerunt, certo aliquo pro hoc onere ſoluto; ſi ſubditi a ſuperioribus, ne aliis vicinis exhibeant albergariam, prohibeantur. *vide hæc*

omnia

omnia exemplis illustrata apud Dn. Binder. de Jur. Alberg. concl. 27.

117. Affinia huic Juri sunt jus metatorum, die Einquartierung; Jus aperturæ; protectionis avena, der Schirme-Habern, vaccæ Walpurgicæ &c. *vid. Tabor. de metat. & epidem.*

118. Jus aperturæ interdum simpliciter apertura dicitur; Germanis, die Oeffnung; Oeffnungs-Gerechtigkeit; ewige Oeffnung.

119. Jus aperturæ est jus, quo alicui civitas, castrum aut fortalitium, belli, pacisve tempore ad securitatem, hospitium vel transitum, apertum esse debet.

120. Verisimile videtur, hoc jus ortum esse eo tempore, quo diffidationes ac inimicitiæ publicæ in usu erant, da das Faust- und Kolben-Recht im Schwang gegangen, scilicet post tempora Friderici II. *vid. A. B. cap.* 17. *& Conring. de judic. Germ. antiq.* tunc enim apertura asyli cujusdam loco fuisse videtur illis, qui armis lacessiti, securam refugiendi commoditatem, eine offene Retirada quærebant. Quemadmodum adhuc hodie jus illud aperturæ plerumque tempore guerræ, bey offentlichen Fehdens-Zeiten exercetur.

121. Si jus aperturæ alicui competit in castro, quod situm est in suo territorio, sine omni temporis distinctione, fundamentum

seu præsumtionem facit pro Superioritate territoriali, & præsumitur, hoc castrum esse non tantum in sed & de territorio: Si vero debeatur in alieno & vicini territorio, non Superioritatem, sed servitutem arguit. *Klock. de Contribut. c. 7. num. 116.*

Aliter *Fritsch.* distinguit, sc. an in subditorum castris alicui hoc jus competat, an vero in vicini territorio? priori casu dicit, hoc jus arguere Superioritatem; posteriori servitutem. *de jure apert. cap. 2. num. 9.*

122. An Imperator, tempore guerræ, in principum ac Statuum castris & civitatibus jus aperturæ habeat? difficilis quæstionis est. Ferdinandus II. in comitiis Ratisbonensibus Anno 1623. propter metum ingruentium bellorum sibi jus aperturæ in omnibus & singulis civitatibus Imperii prætendit. Verum, cum res sit periculi plena, ex juribus & Privilegiis Statuum judicandum videtur. Quamvis negari non possit, Imperatorem, tanquam supremum Imperii caput, si a publico Imperii hoste præsentissimum metuat periculum, in Principum ac Statuum Imperii castris ac fortalitiis, certis sub conditionibus, aperturam petere posse, ne deterioris sit conditionis, quam Dominus Feudi in casu necessitatis.

Quod

Quod vero attinet aperturam pacis tempore, eam, saltem reverentiæ & cultus causa, Principes ac Status Imperii Imperatori denegare non possunt. Civitates imprimis Imperiales; *vid. Limn. in annot. ad Capitul. Car. V. p.* 336. ubi hoc potissimum accipit de Imperii Civitatibus; verba hæc sunt: Nisi Palatia fuerint pro Principe in Civitatibus Imperii reservata, quis Ducum, Comitumve erit, qui aula sua excedere, & Principi sedem ibi vacuam dare paratus sit? Idem Limnæus ex Caninio refert: Mansioni Imperatoriæ in casu necessitatis, ex mediatis civitatibus adscriptam esse Bambergam, ita, ut si Imperator non habeat alium locum, ubi commorari possit, Episcopus Bambergensis obligetur, dicta civitate excedere, eamque Imperatori concedere & se Villacum, Carinthiæ civitatem, conferre.

123. Quo respectu Imperatori adventanti, vel noviter electo, a civitatum Imperialium magistratibus claves afferantur? non conveniunt publicæ.

Alii, respectu Superioritatis seu summæ potestatis, quam Imperator in Civitatibus habet, hoc fieri existimant. *Arum. de comit. c. 5. n. 75.* Alii vero, hoc fieri putant, in signum reverentiæ & in recognitionem universalis protectionis, nec non in signum illius, quam permittunt eorum privilegia

 & ju-

& jura, tanquam Statuum Imperii, subjectionis, quæ tamen libertatem earum & jura nullo modo tollat; præsertim cum Imperator, nuda tantum clavium oblatione ut plurimum contentus sit, & Civitatibus eas vel in manibus relinquat, vel statim restituat. *Hermes fascic. jur. publ. c.31. n.36.*

124. Jus aperturæ interdum vi pacti competit, & Superioritatem non infert. Sic Advocati interdum hoc jus aperturæ habent in civitate, quæ est in ipsorum clientela sen protectione. Quemadmodum Archi-Duces Austriæ in Episcopatu Tridentino jus aperturæ dicuntur habere. *Cephal. consf.628. vid. Mager. de advocat. armat. c.10. n.593.*

125. Interdum jure confœderationis, amicitiæ, vicinitatis & urbanitatis competit. Also hat sich Hertzog Friederich in Bäyern mit dem Stifft Passau Anno 1393. verbunden/daß demselben die Bäyerischen Schlösser sollen offen/ und ihnen damit beyständig und geholffen seyn/ doch außgenommen den Römischen König Wenceslaum, *Klock. tom. 1. consf. 10. n. 306.*

126. Hoc jus inter vicinos ita constitutum, locum habet, & tempore pacis & tempore belli, prout tenor pacti hoc vel ad tempus pacis, vel belli restringit. Alii hoc jus inter amicos & vicinos tantum

tum ad tempus pacis restringunt, *quos vide apud Fritsch. de jure apert. cap. 3. num.* 30.

127. Idem competere potest jure feudi, ac investituræ. Et tale feudum dicitur aperibile, ein offen Hauß / ein auffgehend Lehen / & est, quo res aliqua ea conditione in feudum datur, ut Vasallus, loco servitiorum, tempore belli pacisve, arcem vel civitatem Domino aperire debet. *Struv. de Feud. c. 4. aphor. ultimo.*

128. An Vasallus, aperturam castri Domino denegans, statim possessione ejus privari ac expelli possit? negatur; nisi Vasallus hoc dolo vel sine probabili causa fecerit; tunc enim ad feudi privationem agi posse, concedimus. *vide* Waldeckische Ehren-Rettung *part.* 2. *cap.* 24. non tamen, ubi apertura vel jure vicinitatis, vel alio jure, quam Superioritatis competens, denegatur, armata manu porta aperiri vel effringi debet; Hæc namque via facti sacris Imperii constitutionibus, sub pœna fractæ pacis publicæ, juste prohibita est; sed judicio agendum erit vel possessorio vel petitorio, vel alia juris via legitima sequenda erit. *Vide Klock. de contribut. cap. ultimo Fritsch. c. 6. §. 3. & 4.*

129. Tandem potestati bellicæ adhæret jus finem imponendi bello, aut induciis, aut pace. Aliquatenus enim termina-

tur, si non bellum, tamen concertatio, induciis, quæ sunt quasi bellorum feriæ. Induciæ proprie sunt conventio, per quam bello manente, bellici actus cessant.

Quemadmodum enim Principes habent jus, finem omnino imponendi bello, pace; ita & jus habent, inducias faciendi cum hoste suo. *Vid. I. P. art.* 8. *§. gaudeant in fin.*

130. Eidem autem, cui est jus faciendi pacem, etiam jus est, fœdera sanciendi, pax enim per sanctionem fœderis fieri solet.

131. Fœdus autem est conventio publica, auctoritate Imperantium facta inter duos populos, ad societatem & amicitiam colendam, & utriusque utilitatem promovendam.

132. Varias fœderum divisiones vide apud Politicos.

133. Status Imperii inter se, & cum exteris, fœdera inire possunt, pacis & securitatis gratia. *A. B. tit.* 15. Handhabung des Friedens / Rechtens / und der Ordnung zu Wormbs. *Anno* 1495. *sub tit.* die Königliche Majestät *ibi*, auch sollen wir. *I. P. art.* 8. §. *gaudeant inf.*

134. An ad hæc fœdera facienda, vel inter se, vel cum exteris, consensu & authoritate Imperatoris opus sit? Vehementer fuit disputatum, tempore Car. V. & Ferd.

Ferd. II. quorum ille fœdus Smalcaldicum: hic unionem improbavit, quia hæc fœdera ipsis insciis & non approbantibus facta. Fundamentum potissimum videbatur consistere in A. B. *dict. tit.* 15. hodie omnis hæc disputatio est sublata per *I. P. dict. art.* 8. & Imperii Status possunt quocunque modo fœdera facere, & inter se & cum exteris, etiam inscio Imperatore.

135. In omnibus autem fœderibus Imperator & Imperium excipi debet, ita ut nihil contra alterutrius salutem fiat. *A. B. dict. tit.* 15. *I. P. dict. art.* 8. *specul. Saxon. lib.* 2. *art.* 1. cujus verba hæc sunt: Wo Fürsten und Herren mit Eyden zusammen schweren/ sie scheiden dann das Reich daraus / so haben sie wieder das Reich gemißhandelt.

136. An autem, etiamsi expressis verbis hoc non fiat, tacite tamen clausula, sc. Imperatore & Imperio excepto subintelligatur? Nos putamus eam semper tacite subintelligi virtute juramenti fidelitatis, quod præstant Imperatori, daß sie nicht wollen in dem Rath seyn / da ichtwas wieder Käyserliche Majestät Persohn/ Ehr/ Stand und Würde / oder daß Römische Reich gehandelt würde.

Quamvis forte sit melius, si hoc semper expresse faciant, & si insuper causæ scopum & finem in fœderibus adjiciant, *Reuf. lib.* 1, *conf.* 3. *n.* 64.

137. Ad talia fœdera referimus ea, quæ Status Imperii ineunt cùm exteris; eos vel bello adjuvandi gratia vel abstinendo a bello, quod isti cum aliis gerunt.

Dan die Fürsten und Stände des Reichs haben Freyheit / umb Ehr und Ruhm / mit ritterlichen Thaten / frembden Potentaten / ohn alles Beleidigen des Vatterlands und dessen Angehörigen zu dienen. R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. denselben wir dann anfangs & conscripto milite auxilium ipsis ferre. R. A. *de anno* 1570. *tit.* Verzeichnuß. Ita Johannes Wilhelmus, Dux Saxoniæ, postquam Cæsari Ferdinando operam suam in militia vel toga frustra obtulisset, Henrici Galliarum Regis Stipendiis se addixit, & ei anno 1558. adduxit 3400. equites, *Goldast. part.* 2. Reichs-Händel. *p.* 282.

138. Neque hic consensu Imperatoris opus esse existimamus; quia in fæderibus in genere hic non requiritur consensus Imperatoris, nec in Instrumento Pacis, nec in aliis recessibus Imperii; ergo nec in fœdere, quod cum exteris initur belli causa.

139. Quando abstinent a bello, dicuntur esse neutrarum partium.

Neutralitas est actus, seu potius conventio, qua belli societatem declinamus, & nos inter bellum gerentes quietos tenemus.

140. Que-

140. Quemadmodum ergo fœdera bellica sua natura sunt libertatis & consilii, & non necessitatis & præcepti; ita & neutralitas est libertatis& consilii & nõ necessitatis; neutralitas enim est fœdus, si non de adjuvando in bello tamẽ de abstinendo a bello.

141. Et quemadmodum Status Imperii fœdera liberrime & inter se, & cum exteris inire possunt, sine consensu Imperatoris; ita etiam neutrarum partium pro lubitu vel esse vel non esse possint.

Dummodo neutralitas non tendat vel contra Imperatorem, qua talem, vel Imperium *I. P. art.* 8. Hoc enim in casu neutrarum partium esse non possunt. Imo cogi possunt ab Imperatore & Imperio, ut neutrarum partium non sint. *Vide de Neutralitate accuratissime philosophantem Bœcl. in dissert. Grotian.* 5. *cui titulus, Quies in turbis, ad Grot. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 8.

142. Huc referimus quoque fœdera clientelaria, quibus Status Imperii, vel alios in suam protectionem recipiunt, vel se aliis in protectionem dant. Et hoc jus clientelare jam ab antiqua consuetudine Statibus Imperii competit, tam active, quam passive. *Vid. constitut. pac. publ. de anno* 1548. *tit.* von den Echteren. 21. Exempla hujus juris varia, tam antiqua, quam nova, *vide*

apud

apud Knichen. de jure territorior. cap. 5. num. 498.

143. Clientela vel est temporanea, Temporal-Schutz? vel hereditaria, Erb-Schutz / adhæredes seu successores in Ducatu transiens. Qualem clientelam Comes Palatinus Neoburgicus, die Erb-Kasten-Vogtey / in cœnobio Käyserßheim sibi vindicat. *Besold. de jure fœder. c. 5. n.* 8.

144. Obligatur Patronus, protegere & defendere suos clientes, una cum terris, pagis ac omnibus bonis, cujuscunque generis, mit allen ihren Städten / Schlössern / Güthern und Unterthanen. *Mag. de advocat. c.* 11. *n.* 102.

145. An autem, si in tabulis protectionis extent hæc verba, contra quoscunque, wieder männiglich / patronus teneatur clientes defendere contra suos propinquos, parentes, liberos, fratres? Plures quæstionem affirmant. *arg.* 2. *F.* 7. & quia faciendi stipulatio in se est individua. *Vid. Myler. de Stat. Imp. part.* 1. *cap.* 18. Nos cum aliis eam, quoad Patrem & filium, negamus; quia obligatio, qua filius obligatur Patri, & Pater filio, fortior & antiquior est ea, qua obligatur Clienti. Imo, in omnibus conventionibus ea videntur esse excepta, quæ contra pietatem pugnant. *l.* 15. *ff. d. cond. inst. videatur late Bocer. tr. d. jur. Domin. & Vasall. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 67.

146. De

146. De fratribus & aliis cognatis res aliter se habet; Si patronus duos habeat clientes, qui sibi ipsis invicem bellum inferunt, quemnam adjuvare debeat? DD. non conveniunt. Alii neutrum adjuvandum esse putant. *Vid. Myler. dict. part.* 1. *c.* 18. Nos distinctim esse respondendum putamus. *Vid. Grot. d. I.B. & P. cap.* 15. §. 13.

147. Quamvis autem Status Imperii alium Statum in protectionem recipere possit, non tamen subditos alterius Status sine ejus consensu in protectionem recipiet. *A. B. t.* 15. R. A. zu Speyer *de anno* 1529. *tit.* Ordnung des Land-Friedens §. Wie auch Churfürsten *ibi:* Daß keiner des andern Unterthanen in Schutz und Schirm. Et hoc acriter disputatum fuit, in causa Electoris Moguntini, contra civitatem Erphordiensen. *Meichsner.* 2. *decis. cam.* 3. *n.*6.

148. Quodsi Dominus ordinarius subditos suos protegere negligat, ab illis in Camera Imperiali denegatæ justitiæ accusari potest. *Mindan. lib.* 2. *de mandat. c.* 14. *num.* 15. & subditis superest jus implorandi alterius potentioris protectionem & defensionem. *Knipschilt. l.* 2. *de Civit. Imp. c.* 24. *n.* 42.

149. An Statui Imperii permissum sit, etiam non requisito Imperatoris consensu,

protectiorem alibi quærere & assumere? nos affirmamus, ex ratione generali fœderum. Alii hoc affirmant, quia sese defendere, ac sibi ac bonis suis consulere, quærendo defensorem, jure naturali licitum est. *l.* 3. *ff. de I. & I.* R. A. zu Augspurg *de an.* 1555. §. es soll auch kein Standt. 23.

150. Ex eadem generalitate juris, quod Principes habent fœdera faciendi nos fluere putamus, quod Principes Imperii in protectionem peregrini Principis se dare possint, etiam ignorante & non consentiente Imperatore. Alii hoc ipsis concedunt, quia, cum honesta sit omnis ratio expediendæ salutis, & casus necessitatis, de non licito faciat licitum, ideo Status Imperii Imperatore absente, aut si aliis bellis irretitus, vel alias detentus aut impeditus esset, quo minus auxilium ferret, sese possint in protectionem peregrino dare; Inprimis, cum jam dudum obtinuerit, daß Schirms Gerechtigkeit keine Obrigkeit gebe. *Vid. Myler. de Stat. Imp. part.* 1. *c.* 18. *Martin. Mager. de advocat. c.*6. *n.*66. *& seqq.*

151. Quamvis autem nos, ex fœderum jure generali hoc fieri posse asseramus, interim tamen non ita facile videtur consulendum, ut protectionem peregrinorum assumant; protectio enim peregrini

grini potentis valde periculosa est: Dann aus solchen Schirm-Herren werden endlich Sturm-Herren. *dicente Knipschilt de Civit. Imp. lib. 2. cap. 24.* Exemplo civitatum Cameraci, Tulli & Verduni, quæ cum in clientelam Regis Galliæ se olim dedissent, postea, sub plausibili advocatiæ titulo, ab Imperio avulsæ sunt.

152. Ad omnia negotia expedienda, inprimis autem ad conficiendum bellum pace, vel ad fœdera facienda, opus est Legatis, qui non inconcinne oculi, aures, & manus longæ Regum & Principum dicuntur. *Guicciard. histor. Ital. l. 15.*

153. Et hoc jus, mittendi Legatos, Principes & Status Imperii jam ab antiquo habent, & per eos libere, tam in Imperio, quam extra Imperium, agere possunt: Sic selectos viros ad Comitia indicta; ad Deputatorum conventus; ad aulam Imperatoris, vel ad se invicem mittunt. Olim etiam dicti sunt Nuncii, veluti in A. B. passim vocantur, & in aliis recessibus Imperii, der Stände Gesandten und Bottschaft. R. A. *de anno* 1555. §. darauff dann/ §. so haben sich.

154. An proscripti Imperii Status, qui pro rebellibus habentur, Legatos mittere possint? valde dubitatur, quia cum ipsis nulla amplius juris communio esse videtur, *Gail. d. P. P. l. 2. c. 1. n. 21.* Ideo eorum

Able-

Ablegati plerumque carceri mancipantur. *Kirchner. de Legat. l. 1. c. 13. n. 38. Alberic. Gentil. l. 2. de Legat. c 7.*

At, ne media reconciliationis & excusationis Principibus & Statibus, ab Imperatore dissentientibus, adimantur, ideo eorum deputati repellendi non erunt, præsertim si de innocentia sua docere velint. *Gylmann. tom. 3. symph. verb. Salvus Conductus. Mager. de advocat. armat. cap.* 8. *num.* 98. *Reliqua de Legatis vide apud juris Gentium DD.*

Hactenus de juribus Superioritatis territorialis dixisse sufficiat; plura vide apud Authores, passim indicatos. Hoc unum adhuc monemus, quod, quamvis omnia hæc jura Superioritati territoriali inesse soleant, & sic omnis is, qui Superioritatem habet, debeat hæc jura Superioritatis territorialis habere; tamen interdum accidat, quod quædam jura desint, vel propter legis authoritatem, quæ hujus juris exercitium denegat, e. g. jus mutandi religionem, vel propter propriam nostram conventionem; ut si alicui in nostro territorio constituamus servitutem publicam. e. g. jus venandi, jus salvi conductus, exercitium meri Imperii &c.

TIT.

TIT. XIX.

De Modis acquirendi Superioritatem territorialem, & eam amittendi.

Acquiritur Superioritas territorialis, vel modis inter vivos; vel mortis causa.

1. Inter vivos variis modis acquiritur: e. g. emtione a Domino vel directo vel utili, donatione &c. Præscriptione immemoriali seu centum annorum. *l.23.§.f. C. d. SS. Eccl.* cooptatione ac relatione in numerum Statuum, de quo nos supra diximus. *vid. Capit. Leop. art.* 41.

2. Mortis causa per successionem, vel ex testamento, vel ab intestato, vel per pacta.

3. Cum successio ex testamento, inter privatos etiam, varie limitari possit & circumscribi; mirum non erit, si potestas nobilissimorum Imperii civium, circa testamenta, varie limitetus, & aliquibus omnino, in quibusdam bonis, quæ propter Imperii splendorem conservandum, dividi non debent, denegetur.

4. Exempla habemus, in Electoratibus in *A. B. cap.*7. & 24. qui, cum prohibeantur

tur, si non bellum, tamen concertatio, induciis, quæ sunt quasi bellorum feriæ. Induciæ proprie sunt conventio, per quam bello manente, bellici actus cessant.

Quemadmodum enim Principes habent jus, finem omnino imponendi bello, pace; ita & jus habent, inducias faciendi cum hoste suo. *Vid. I. P. art.* 8. §. *gaudeant in fin.*

130. Eidem autem, cui est jus faciendi pacem, etiam jus est, fœdera sanciendi, pax enim per sanctionem fœderis fieri solet.

131. Fœdus autem est conventio publica, auctoritate Imperantium facta inter duos populos, ad societatem & amicitiam colendam, & utriusque utilitatem promovendam.

132. Varias fœderum divisiones vide apud Politicos.

133. Status Imperii inter se, & cum exteris, fœdera inire possunt, pacis & securitatis gratia. *A. B. tit.* 15. Handhabung des Friedens / Rechtens / und der Ordnung zu Wormbs. *Anno* 1495. *sub tit.* die Königliche Majestät *ibi*, auch sollen wir. *I. P. art.* 8. §. *gaudeant inf.*

134. An ad hæc fœdera facienda, vel inter se, vel cum exteris, consensu & authoritate Imperatoris opus sit? Vehementer fuit disputatum, tempore Car. V. & Ferd.

Ferd. II. quorum ille Fœdus Smalcaldicum: hic unionem improbavit, quia hæc fœdera ipsis insciis & non approbantibus facta. Fundamentum potissimum videbatur consistere in A. B. *dict. tit.* 15. hodie omnis hæc disputatio est sublata per *I. P. dict. art.* 8. & Imperii Status possunt quocunque modo fœdera facere, & inter se & cum exteris, etiam inscio Imperatore.

135. In omnibus autem fœderibus Imperator & Imperium excipi debet, ita ut nihil contra alterutrius salutem fiat. *A. B. dict. tit.* 15. *I. P. dict. art.* 8. *specul. Saxon. lib.* 2. *art.* 1. cujus verba hæc sunt: Wo Fürsten und Herren mit Eyden zusammen schweren/ sie scheiden dann das Reich daraus / so haben sie wieder das Reich gemißhandelt.

136. An autem, etiamsi expressis verbis hoc non fiat, tacite tamen clausula, sc. Imperatore & Imperio excepto subintelligatur? Nos putamus eam semper tacite subintelligi virtute juramenti fidelitatis, quod præstant Imperatori, daß sie nicht wollen in dem Rath seyn / da ichtwas wieder Käyserliche Majestät Persohn/ Ehr/ Stand und Würde / oder daß Römische Reich gehandelt würde.

Quamvis forte sit melius, si hoc semper expresse faciant, & si insuper causæ scopum & finem in fœderibus adjiciant, *Reus. lib.* 1, *cons.* 3. *n.* 64.

140. Quemadmodnm ergo fœdera bellica sua natura sunt libertatis & consilii, & non necessitatis & præcepti; ita & neutralitas est libertatis& consilii & nõ necessitatis; neutralitas enim est fœdus, si non de adjuvando in bello tamẽ de abstinendo a bello.

141. Et quemadmodum Status Imperii fœdera liberrime & inter se, & cum exteris inire possunt, sine consensu Imperatoris; ita etiam neutrarum partium pro lubitu vel esse vel non esse possint.

Dummodo neutralitas non tendat vel contra Imperatorem, qua talem, vel Imperium *I. P. art.* 8. Hoc enim in casu neutrarum partium esse non possunt. Imo cogi possunt ab Imperatore & Imperio, ut neutrarum partium non sint. *Vide de Neutralitate accuratissime philosophantem Bœcl. in dissert. Grotian.* 5. *cui titulus, Quies in turbis, ad Grot. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 8.

142. Huc referimus quoque fœdera clientelaria, quibus Status Imperii, vel alios in suam protectionem recipiunt, vel se aliis in protectionem dant. Et hoc jus clientelare jam ab antiqua consuetudine Statibus Imperii competit, tam active, quam passive. *Vid. constitut. pac. publ. de anno* 1548. *tit.* von den Echteren. 21. Exempla hujus juris varia, tam antiqua, quam nova, *vide apud*

apud Knichen. de jure territorior. cap. 5. *num.* 498.

143. Clientela vel est temporanea, Temporal-Schutz? vel hereditaria, Erb-Schutz / adhaeredes seu successores in Ducatu transiens. Qualem clientelam Comes Palatinus Neoburgicus, die Erb-Kasten-Vogtey / in coenobio Käysersheim sibi vindicat. *Besold. de jure fœder. c.* 5. *n.* 8.

144. Obligatur Patronus, protegere & defendere suos clientes, una cum terris, pagis ac omnibus bonis, cujuscunque generis, mit allen ihren Städten / Schlössern / Güthern und Unterthanen. *Mag. de advocat. c.* 11. *n.* 102.

145. An autem, si in tabulis protectionis extent haec verba, contra quoscunque, wieder männiglich / patronus teneatur clientes defendere contra suos propinquos, parentes, liberos, fratres? Plures quaestionem affirmant. *arg.* 2. *F.* 7. & quia faciendi stipulatio in se est individua. *Vid. Myler. de Stat. Imp. part.* 1. *cap.* 18. Nos cum aliis eam, quoad Patrem & filium, negamus; quia obligatio, qua filius obligatur Patri, & Pater filio, fortior & antiquior est ea, qua obligatur Clienti. Imo, in omnibus conventionibus ea videntur esse excepta, quae contra pietatem pugnant. *l.* 15. *ff. d. cond. inst. videatur late Bocer. tr. d. jur. Domin. & Vasall. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 67.

146. De

146. De fratribus & aliis cognatis res aliter se habet; Si patronus duos habeat clientes, qui sibi ipsis invicem bellum inferunt, quemnam adjuvare debeat? DD. non conveniunt. Alii neutrum adjuvandum esse putant. *Vid. Myler. dict. part.* 1, *c.* 18. Nos distinctim esse respondendum putamus. *Vid. Grot. d. I.B. & P. cap.* 15. §. 13.

147. Quamvis autem Status Imperii alium Statum in protectionem recipere possit, non tamen subditos alterius Status sine ejus consensu in protectionem recipiet. *A. B. t.* 15. R. A. zu Speyer *de anno* 1529. *tit.* Ordnung des Land-Friedens §. Wie auch Churfürsten *ibi:* Daß keiner des andern Unterthanen in Schuß und Schirm. Et hoc acriter disputatum fuit, in causa Electoris Moguntini, contra civitatem Erphordiensen. *Meichsner.* 2. *decis. cam.* 3. *n.*6.

148. Quodsi Dominus ordinarius subditos suos protegere negligat, ab illis in Camera Imperiali denegatæ justitiæ accusari potest. *Mindan. lib.* 2. *de mandat. c.* 14. *num.* 15. & subditis superest jus implorandi alterius potentioris protectionem & defensionem. *Knipschilt. l.* 2. *de Civit. Imp. c.*24. *n.*42.

149. An Statui Imperii permissum sit, etiam non requisito Imperatoris consensu,

protectiorem alibi quærere & assumere? nos affirmamus, ex ratione generali fœderum. Alii hoc affirmant, quia sese defendere, ac sibi ac bonis suis consulere, quærendo defensorem, jure naturali licitum est. *l.* 3. *ff. de I. & I.* R. A. zu Augspurg *de an.* 1555. §. es soll auch kein Standt. 23.

150. Ex eadem generalitate juris, quod Principes habent fœdera faciendi nos fluere putamus, quod Principes Imperii in protectionem peregrini Principis se dare possint, etiam ignorante & non consentiente Imperatore. Alii hoc ipsis concedunt, quia, cum honesta sit omnis ratio expediendæ salutis, & casus necessitatis, de non licito faciat licitum, ideo Status Imperii Imperatore absente, aut si aliis bellis irretitus, vel alias detentus aut impeditus esset, quo minus auxilium ferret, sese possint in protectionem peregrino dare; Inprimis, cum jam dudum obtinuerit, daß Schirms Gerechtigkeit keine Obrigkeit gebe. *Vid. Myler. de Stat. Imp. part.* 1. *c.* 18. *Martin. Mager. de advocat. c.*6. *n.*66. *& seqq.*

151. Quamvis autem nos, ex fœderum jure generali hoc fieri posse asseramus, interim tamen non ita facile videtur consulendum, ut protectionem peregrinorum assumant; protectio enim pere-

grini

grini potentis valde periculosa est: Dann aus solchen Schirm-Herren werden endlich Sturm-Herren. *dicente Knipschilt de Civit. Imp. lib. 2. cap. 24.* Exemplo civitatum Cameraci, Tulli & Verduni, quæ cum in clientelam Regis Galliæ se olim dedissent, postea, sub plausibili advocatiæ titulo, ab Imperio avulsæ sunt.

152. Ad omnia negotia expedienda, inprimis autem ad conficiendum bellum pace, vel ad fœdera facienda, opus est Legatis, qui non inconcinne oculi, aures, & manus longæ Regum & Principum dicuntur. *Guicciard. histor. Ital. l. 15.*

153. Et hoc jus, mittendi Legatos, Principes & Status Imperii jam ab antiquo habent, & per eos libere, tam in Imperio, quam extra Imperium, agere possunt: Sic selectos viros ad Comitia indicta; ad Deputatorum conventus; ad aulam Imperatoris, vel ad se invicem mittunt. Olim etiam dicti sunt Nuncii, veluti in A. B. passim vocantur, & in aliis recessibus Imperii, der Stände Gesandten und Bottschaft. R. A. *de anno* 1555. §. darauff dann/ §. so haben sich.

154. An proscripti Imperii Status, qui pro rebellibus habentur, Legatos mittere possint? valde dubitatur, quia cum ipsis nulla amplius juris communio esse videtur, *Gail. d. P. P. l. 2. c. 1. n. 21.* Ideo eorum

Able-

Ablegati plerumque carceri mancipantur. *Kirchner. de Legat. l. 1. c. 13. n. 38. Alberic. Gentil. l. 2. de Legat. c 7.*

At, ne media reconciliationis & excusationis Principibus & Statibus, ab Imperatore dissentientibus, adimantur, ideo eorum deputati repellendi non erunt, præsertim si de innocentia sua docere velint. *Gylmann. tom. 3. symph. verb. Salvus Conductus. Mager. de advocat. armat. cap. 8. num. 98. Reliqua de Legatis vide apud juris Gentium DD.*

Hactenus de juribus Superioritatis territorialis dixisse sufficiat; plura vide apud Authores, passim indicatos. Hoc unum adhuc monemus, quod, quamvis omnia hæc jura Superioritati territoriali inesse soleant, & sic omnis is, qui Superioritatem habet, debeat hæc jura Superioritatis territorialis habere; tamen interdum accidat, quod quædam jura desint, vel propter legis authoritatem, quæ hujus juris exercitium denegat, e. g. jus mutandi religionem, vel propter propriam nostram conventionem; ut si alicui in nostro territorio constituamus servitutem publicam. e. g. jus venandi, jus salvi conductus, exercitium meri Imperii &c.

TIT.

TIT. XIX.

De Modis acquirendi Superioritatem territorialem, & eam amittendi.

Acquiritur Superioritas territorialis, vel modis inter vivos; vel mortis causa.

1. Inter vivos variis modis acquiritur: e. g. emtione a Domino vel directo vel utili, donatione &c. Præscriptione immemoriali seu centum annorum. *l.23.§.f. C. d. SS. Eccl.* cooptatione ac relatione in numerum Statuum, de quo nos supra diximus. *vid. Capit. Leop. art.41.*

2. Mortis causa per successionem, vel ex testamento, vel ab intestato, vel per pacta.

3. Cum successio ex testamento, inter privatos etiam, varie limitari possit & circumscribi; mirum non erit, si potestas nobilissimorum Imperii civium, circa testamenta, varie limitetus, & aliquibus omnino, in quibusdam bonis, quæ propter Imperii splendorem conservandum, dividi non debent, denegetur.

4. Exempla habemus, in Electoratibus in *A. B. cap.7.* & 24. qui, cum prohibeantur

antur omnino dividi, & cum filio primogenito in iis omne Patris jus conservetur, merito omnis testamenti factio circa ipsos Patri adempta est. Quanquam autem hoc in Electoratibus ita sit constitutum: tamen, cum nihil magis conveniat hominibus, quam ut supremæ suæ voluntatis dispositionem de bonis suis, post mortem ipsorum observandam, relinquere possint, hæc disponendi libertas in dubio non censetur esse ablata. Et cum A. B. disponat tantum de Electoratibus, non autem de reliquis Principatibus; reliqui Imperii Principes in naturali, de bonis suis disponendi, facultate relicti esse censentur, & de Principatibus suis præsumuntur habere testamenti factionem, usque dum, vel lege vel conventione hæc ipsis adempta esse demonstretur.

5. An in suis testamentis Principes cogantur observare scrupulosas juris civilis solennitates, ita ut istis non observatis, testamentum sit ipso jure nullum? DD. non conveniunt. Alii affirmant 1. quod Princeps in testamento active & passive utatur jure communi. *l. cum hæredes 7. ubi Salicet. C. qui testam. fac. poss.*

2. Quod Principes & Comites legibus civilibus teneantur, & quod secundum eas, in supremis etiam curiis judicentur, & lites eorum

eorum omnes, adeoque & testamenta ipsorum, secundum eas decidantur. *O.C. part. 2. tit. 13. 3.*

3. Per Ordinationem der Notarien zu Cölln / de anno 1512. *tit.* von Testamenten / §. und sollen die *Notarien*, *vers.* aber in *Codicillen*, ubi ipsis injungitur facere testamenta secundum juris civilis solennitates.

4. Quia est communis DD. opinio, de qua testatur, *Ludvell. de ult. volunt. part. 1. c. 4. pag.* 82.

5. Quia est praxis & observantia Imperii nostri, & ita judicatum est in summis Imperii judiciis, de qua *Klock. vol. 3. Consil.* 102. *num.* 97. *ita loquitur*: So befindet sich / daß Chur-Fürsten / Grafen und Herren in ihren Testamenten solcher (*scil.* der Widrigen) *assertion* nicht trauen dörffen / sondern die erforderte *requisita* mit Zuziehung der Zeugen und sonsten in achtung nehmen / derenthalben wohl *exempla in* unwehrhafftem Nothfall / auffzutreiben / auch vielleicht beyzubringen wären / daß in *praxi* und am hochlöblichen Käyserlichen Cammer-Gericht die *testamenta*, so von Adelichen und andern Personen / welchen *mixtum* und *merum Imperium* zugestanden / da dieselbe *in solennibus & requisitis* mangel- und bresthafft befunden / nicht gut geheissen worden.

6. Alii negant primo quod Imperator, omis-

omissis licet solennitatibus lege civili præscriptis, recte & valide testetur, *arg. l. pen. C. d. don. int. vir. & uxor.*

Secundo, quia Principes & Comites jure militari utantur. *Gail. 2. obs.* 127. *Limn. lib.* 4. *I. P. cap.* 8. *num.* 138 ac proinde ad alias observationes, quam ad quas milites in testamentis scribendis adstricti non sint.

Tertio, quod cum juris statuendi & potestatem abrogandi jus commune habeant, O. C. part. 1. tit. 56. ad ejusmodi solennitates, instar privatorum, obligati esse dici nequeant.

Quarto, quia inter Principes, non ex apicibus juris civilis, sed ex mero naturali gentiumque jure, quod solennitates illas ignorat, agi debet.

Quinto, quod hanc sententiam insignes ICti foveant: quodque secundum hanc opinionem, testamentum Caroli Austriaci, Marchionis Burggaviensis etiam omnibus testibus destitutum pro valido & legitimo judicatum fuerit a facultate juridica Tubingensi. *Besold. cons.* 150. *n.* 24. Item eines Chur-Fürstlichen Fräuleins Testament/ familiæ Lignicensis, Ducum Silesiæ, eadem facultas juridice validum pronunciaverit. *Harprecht.* §. 3. *I. d. testam. num.* 326. *n.* 12. *& seqq.*

7. Hanc posteriorem opinionem nos sequi-

ſequimur, potiſſimum, quia Principes Statuta condere poſſunt juri civili Juſtinianeo contraria, per ea quæ *ſupra diximus*: Ergo etiam ſolennibus, jure civili juſtinianeo introductis, ſe ipſos ſolvere poſſunt. Reliqua enim argumenta, quæ vel ſumuntur a jure militari Principibus competente, vel aliunde; infirmiora ſunt, quam ut probare poſſint, Principes his ſolennibus eſſe ſolutos. Milites enim, extra expeditionem conſtituti, jure communi teſtari debent. Quo accedit, quod plures ſint, qui hoc jus militare Principibus Imperii competere omnino negant. *vid. Eyben. de teſtam. Princip. th.* 18. *apud Fritſch.*

8. Reſpondemus ad argumenta, ſuperius pro affirmativa adducta; quod in illis committatur petitio principii: e. g. quod Principes active & paſſive utantur jure communi in teſtamentis: quod Principes teneantur jure civili &c. quod enim attinet Doctorum opinionem, & præjudicia, hæc nihil probant, cum opinio opinioni, & præjudicium præjudicio opponi poſſit. Et quamvis præjudicium forte nullum haberemus, tamen non videndum, quid ſit pronunciatum, ſed an jure pronunciatum fuerit? *vid. Myller. de Stat. Imp. part.* 1. *c.* 26.

9. Quamvis autem nec uxor Principis has

has solennitates adhibeat, tamen nec ejus testamentum erit ipso jure nullum, sed subsistet; non quidem, quod illa proprio jure sit soluta Legibus: Sed quia per privilegium mariti juribus fruitur, & ita pro Augusta respondit Menochius *consil.* 351. *n.* 10. *& seq.*

10. Ita Principes postgeniti, seu appanagnati, die abgefundene Herren / liberi utriusque sexus ex illustri sanguine prognati non coguntur has solennitates observare.

11. An autem hoc habeant jure proprio, an vero per privilegium a Domino territorii, eorumque vel Patre vel fratre? non conveniunt. Alii dicunt, hoc ipsis competere jure proprio, quia vivente adhuc Patre vocantur, Fürsten und Fürstinnen: identitas autem nominis arguit identitatem rei. *Myller. dict. tr. part.* 1. *c.* 26. §. 7.

Nos hoc ipsis ex privilegio competere affirmamus, per ea quæ *supra diximus*, de Statutis Principum.

12. Quia ergo, non tantum Princeps solutus est his solennibus, sed & alios solvere iis potest: hinc testamentum Principi oblatum, etiam omnibus solennibus destitutum valebit, dummodo certum sit, hoc testamentum auribus Principis fuisse insinuatum. *Tabor. de Testam. Princip. oblat.*

Item,

Item, quod donationes mortis causa, vel inter vivos, a Principe factæ, valeant; etiamsi ejus non fiat insinuatio,& ibi quinque testes non adhibeantur; Item, quod donatio Principis, Augustæ facta, valeat. *Myller. in Gamalog. cap.7. num.13.* Quod uxor illustris marito Principi omnia sua pretiosa, patre suo mortuo, donare possit; daß ein Fürstlich Fräulein ihr Heurath-Gut und Geschmuck ihrem Gemahl schencken möge. *Besold. cons.44. per tot.* Quod donatio, a Principe patre facta liberis, in potestate constitutis, subsistat; quod donata a Principe sint instar peculii quasi castrensis. *l.7. C. D. bon. quæ liber.* quia Princeps non præsumitur donare, nisi, de Republica, arte vel Marte bene meritis. *Forster de succession. ab intestat. lib.7. cap.27. num.7.* Alii ad peculium adventitium extraordinarium referunt, *vide Struv. Syntagm. I.C. Ex.12. th.5.*

13. Ex his ita positis, quærunt DD. an Principes per alium, cui hoc negotium mandarunt, valide testari possint? e. g. an Principi vel Comiti de hereditate Dominæ suæ, ipsa consentiente, testamento disponere liceat? Nos putamus primo, conferre testamenti factionem in alterius arbitrium, non respicere solennia testamenti, sed ipsius testamenti essentiam. Testamentum enim est ultima voluntas

nostra,

nostra, de eo, quod post mortem nostram fieri volumus. Secundo, quod, licet Princeps solennibus testamenti sit solutus, tamen, quia heredis institutio, seu potius testamentum, debet esse nostra voluntas, jam autem, si illud conferremus in arbitrium alterius, non esset nostra, sed ejus voluntas, in cujus arbitrium illud conferremus; & sic non de solennibus aliquid remitteretur, sed de ipsa testamenti essentia.

14. Nec obstat, quod quis per alium facit, quod ipse hoc censeatur fecisse, & quod hæc sit voluntas alicujus ultima, si non specifica, quoad omnia in testamento postea expressa, tamen generica, sive universaliter, in quantum gratum habemus illud, quod Procurator noster egit. Quia hæc talia procedunt tantum, ubi tertia persona nomine nostro intervenire potest; non autem in tali negotio, ubi propter rei gravitatem, & ad evitandas omnes fraudes, & ad majorem voluntatis nostræ certitudinem, ipsa voluntatis nostræ, & a nobis in omnibus specifice facta, declaratio requiritur. Vide plures rationes *apud Cothmann. V. 5. resp. 5, num. Carpz. part. 3. Iprud. for. const. 1. definit. 36. num. 3.*

15. Ita etiam putamus, Principem non posse testari, qui impuberis est ætatis; quia ante

ante pubertatem regulariter nihil recto & pleno animi judicio agere posse, præsumitur. Alii dicunt, si Princeps minorennis, ut juribus Majorum gaudere queat, venia ætatis indiget, eamque ab Imperatore obtinere, necesse habet, quare nec etiam in testamentis condendis jure communi utetur. Et hinc etiam putant, Principem filium familias, ne quidem Patris permissu posse condere testamentum. *Eyben. dict. disp. de testam. Principis th.* 13.

Nos hic summam sub esse rationem diversitatis putamus; minor enim obtinet veniam ætatis, non ob defectum judicii; sed ut omnia negotia majorum cum aliis tuto & secure contrahere possit: At impubes non potest facere testamentum ob judicii defectum, ut dictum est. *Vid. §. 9. I. d. inut. stipulat.*

Hinc etiam existimamus, filium familias, permissu Patris Principis, dummodo perfecte intelligat, quod agit, testamentum condere posse; quia hæc prohibitio est ex nudo jure civili. *Vid. in pr. I. quib. non est perm. fac. test.*

16. Item, quia ultima voluntas seu heredis institutio debet esse de rebus propriis; uti enim quisque rei suæ legasset, ita jus esto; hinc de rebus alienis testamento disponere non possunt. *l. 7. C. qui test. fac. poss.* & sic testamentum de rebus fidei

commisso familiæ affectis, non valet; nisi forte Statuto permissum esset, istiusmodi fidei commissa alienare; item de feudis regalibus, secundum jus feudale commune; Item de bonis pacto familiæ (de quibus tamen suo loco limitatio adjicienda erit) aut juri primogenituræ subjectis; hæc omnia enim non concernunt testamentorum solennia.

17. Quatenus tamen pacta, leges & statuta ejusmodi non obstant, Principes ac Comites de rebus suis Patrimonialibus, seu mere allodialibus, etiam territoriis, ipsisque Principatibus, Comitatibus, Baroniis, testari possunt; licet enim territoria sint feudalia, tamen in Germania testamentariæ dispositiones observantur, iisque certæ liberis portiones assignantur, & alia multa constituuntur. *Vid. exempla apud Reinck. lib. 1. Cl. 4. c. 17. n. 60. & seqq.* sic testamento Principes liberis suis tutores dare possunt; & secundum quosdam, Principum conditio melior est, quam Electorum, qui testamento tutorem dare non possunt; *de quo tamen supra nobis placuit contrarium.*

18. Alii & hic Principum & Electorum conditionem ita esse æqualem existimant, ut ne quidem Principes in testamento suo tutorem dare possint; quorum tamen opinio omnino non est admittenda; & neque con-

convenit cum verbis A. B. neque cum mente, eo quod Electoratus indivisos conservare voluit, & de aliis Principatibus non cogitavit; neque cum ipsa observantia quotidiana. *Vide Myler. de Stat. Imper. part.* 1. *c.*39.

19. Tutor testamento datus semper a Camera Imperiali confirmandus est. *Vide Reformat. Polit. de anno* 1577. *tit.* 32. *ibi* durch die Obrigkeit befohlen. Sicut, si pupilli in testamento tutorem non acceperunt, vel, si minores curatorem non habent, mater, aut proximus agnatus, pupillo tutorem, vel minori curatorem a Camera petunt: Ita etiam Camera ex officio interdum tutorem constituit; Cameræ enim jurisdictio immediate hoc in casu fundata est. *Vid. O. C. Part.* 3. *tit.* 3. *Gail, I. obs. I n.*47.

20. Dantur autem tutores plerumque proximiores agnati, aut quos testator in ultima voluntate voluit; etiam mater & avia, adeo, ut si illæ ipsæ, dum liberis suis petunt tutores, una se ordinari petant, in Camera imperiali, & propter pietatis & charitatis affectionem, audiantur, sicque Ducatum etiam administrare possint; modo secundis nuptiis; & SCTO. Velleiano renuncient. *Gylmann. Tom.* 3. *Symphor. verb. tutela.*

21. Alii putant, matrem tutricem non

dari posse, quia Principum, Comitumque, vel saltem Principatuum aut Comitatuum, & feudalium gubernatio non pertinet ad fœminas, utpote cum a successione in ipsis exclusæ sint. *Vid. Heig. part. 2. q. 13. n. 40. & seqq.*

22. Nos a prima opinione, qui & juri communi, & observantiæ quotidianæ conveniens est, non recedimus.

23. Nec obstat, quod dissentientes urgent; argumentum enim a successionis commodo, ad necessarium tutelæ onus, in masculis tantum procedit, & in tutela regulari, non in fœminis & tutela irregulari. *Vid. Nov. 118. cap. 2. & 5.* Ubi videmus, fratrem succedere cum matre, & in tutela excludi fratrem a matre; Imo, ne quidem omnes fœminæ, quæ succedunt, statim tutelam administrare possunt. *Vid. l. 2. & auth. seq. C. quando mulier. tuel. off.* quo accedit, quod in jure nostro inauditum sit, tutorem seu tutricem legitimam, ab administratione eorum bonorum, in quibus eis succedendi spes nulla est, semotam esse: In bonis enim fidei commisso affectis, substitutioni obnoxiis, usu fructuariis, & reliquis servitutibus personalibus, non succedunt; & tamen eorum administrationem habent. *Vid. Eyben. dict. disput. de testamen. Principis th 16.*

24. An in Ducatibus Imperii, in quibus primo-

primogenituræ jus viget, proximus agnatus in tutela remotiorem excludat, adeo, ut ei remotior adjungi, aut præferri non possit? Alii respondent; in tutela legitima & dativa, affirmativa verior est, quoniam tutela defertur juxta gradus prærogativam. *l.73. pr. D. de R. I. l.5. cap. 3. curat. furios. vid. Myler. de Stat. Imp, part. 1. c. 29. num. 12.*

25. Nos arbitramur, jure communi Justinianeo, hanc quæstionem de nulla alia intelligi posse, nisi de testamentaria; & putamus, quod pater alium possit proximo agnato præferre; testamentaria autem deficiente, simpliciter locus est legitimæ tutelæ, nisi, si proximus agnatus minor sit; hoc enim in casu, in subsidium, quicunque, etiam non agnatus, interim a Magistratu dari potest.

26. Jure publico nostro, quia omnes tutores confirmandi sunt in judicio Camerali, *ut supra diximus*, aut idoneus est is, qui confirmandus est, aut idoneus non est; si sit idoneus, confirmabitur, si non sit idoneus, nos secundum dispositionem. *l. 10. ff. D. conf. tut.* procedi posse existimamus.

27. Pater liberis suis interdum & mediatos tutores dare potest, e. g. unum vel, alterum Consiliariorum, de cujus fide & diligentia persuasus est. Ita Marchioni

cuidam Badensi, parernis ex tabulis, Tutor Cancellarius datus, ac anno 1589, in Camera confirmatus est. *Gylmann. tom. 3. Symph. verb tutor.*

28. Minor immediatus sub Curatoris patrocinio manet, donec ad vigesimum quintum annum completum pervenerit. *arg. pr. I. de curat.* & quamvis in A.B. aliud constitutum de filiis Electorum, tamen hoc, tanquam jus exorbitans, ad alios casus extendi non debet. *Rumelm. ad A.B.D.I. diss.7. concl.10. Limn. lib.3.c.7. num.39.* Nisi una vel altera familia illustris privilegium gentilitium obtinuerit ab Imperatore, quo decimo octavo ætatis anno minori primogenito, regimen Ducatus aut Comitatus concedatur. Quale privilegium Duces Brunsuicenses, Luneburgenses, Pomerani ac Principes Anhaltini habere dicuntur. *Limn. lib.3.c.7. n 41.& 42.* Nisi 2. Princeps minor ab Imperatore veniam ætatis impetraverit. *Vid. Limn. l.1. c.9. n.14.& seqq.*

29. Si quis animi sui Judicium nullum reliquit, ab intestato ipsi succeditur, ex præsumpta ejus voluntate: et cum credibile non sit, aliquem ea mente fuisse, ut post mortem suam sua bona unicuique occupanti cedere voluerit, sed potius præsumatur, eum sua bona ad charissimum quemque pervenire voluisse: merito intestato

teſtato mortuorum hereditates ad proximiores agnatos & cognatos devolvuntur; adeo, ut omnino iniquum putemus, illud Statutum, ubi peregrinorum demortuorum bona, non agnatis ipſorum, ſed fiſco ceduut; ſicuti in Gallia Rex, jure albinagii, peregrinorum bona occupat, niſi fuerint Scholaſtici. *Vid. Gothofr. in not. ad auth. omnes peregrini. C. Commun. de ſucceſſ.*

30. Omnium primi ſunt in ſucceſſione ab inteſtato liberi. *Vid. Grot. l. 2. c. 7. n. 4.* Qui etiam in Principatibus Comitatibus & reliquis feudis regalibus & non regalibus ſuccedunt. *vid.* 1. *F.* 1. Interdum omnes æqualiter, interdum autem primogenitus tantum, & reliquis ſecundo genitis certa portio aſſignatur. 2. *F.* 55. *A. B. c.* 7. & 24.

31. In ſucceſſione Principatuum, in Germania noſtra, non unus idemque ubique modus obſervatur. Aliæ enim familiæ ſucceſſores habent tantum maſculos; aliæ familiæ & maſculos & fœminas. Qui maſculos tantum ſucceſſores habent, iterum vel eos habent ſucceſſores ſimul omnes, vel primogenitum tantum, & ultrogenitis certa portio aſſignatur. Ubi omnes ſimul ſuccedunt, interdum fratres illuſtres Comitatus ſuos dividunt, tam quoad bona & adminiſtrationem, quam

quoad regalia & jurisdictionem, adeo, ut quilibet suam partem capiat, nec alter in alterius portione aliquid juris habeat. *Goldast. de major.* 1. *c.* 21. *n.* 7.

Quidam administrationem & emolumentorum perceptionem dividunt, regaliorum & jurisdictionis substantia apud omnes in solidum permanente. *Vid. Reinck. lib.* 1. *Cl.* 4. *cap.* 17. *Limn. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 123.

32. In quibusdam Imperii familiis consuetum fuit, duobus natu maximis fratribus concedere administrationem, cæteris fratribus, mediante certa annua assignatione, a gubernatione seclusis; ut apud Landgravios Hassiæ olim, & Comites Walceciæ. Quidam, divisa territorii commoditate, in seniorem ex familia transferunt exercitium jurisdictionis cum quodam emolumento. *Springsfeld. de appanag. cap.* 2. *num.* 21.

33. An autem Pater, Imperii Princeps, in hisce feudis Imperii divisibilibus, uni filiorum præ alio gratificari, ac testamento suo plus quam reliquis assignare possit? communiter hoc negatur, quia nulla ordinatio ultimæ voluntatis in feudo valet. *arg.* §. *item si fuerint.* 1. *F.* 5. 1. *F.* 1. §. *& quia.* adeo ut secundum feudistas, Princeps Vasallus ne quidem candelam pro anima ex feudo per testamentum relinquere possit.

possit *Andr. de Isernia. ad cap. an agnat. vel. fil. 2. F.45. Myler. de Stat. Imp. part. 1. cap.* 23. Nos affirmamus, quia Principes Imperii nostri de feudis suis seu potius de Principatibus suis testari possunt, & cum nulla, lex vel scripta vel non scripta, hanc potestatem, inæqualiter testandi, ipsis adimat, nec nos hoc facere debemus. Nec obstat, quod dissentientes urgent; nam jure feudali communi ne quidem testamenti factionem habent circa feuda, ergo etiam merito nulli in testamento gratificari possunt; totus enim actus esset contra legis prohibitionem. *vide de hac facultate testandi Principum nostrorum de Principatibus suis, quæ supra diximus ex Eybenio.*

34. Hinc quæstionem illam, an feuda Imp. majora indivisibilia, consortibus adstipulantibus, dividi possint? hic alienam putamus; cum jure publico nostro omnia feuda majora, exceptis Electoratibus, sint divisibilia; secus quam jure feudali communi. Et sic inanem putamus responsionem eorum, qui distinguunt, an consensus Imperatoris accesserit, nec ne; & priori casu concedunt, posteriori autem negant. *Myler. de Stat. Imper. part.* 1. *c.* 23. §. 9.

35. Interdum & masculi & fœminæ succedunt; sed ubi feuda sunt fœminea, demum post masculos admittuntur; jure

enim communi fœminæ in feudis non succedunt. *I. F.* 1. 5. & 8. Exemplum hujus rei habemus in Imperio nostro in familia Austriaca, in qua ex speciali privilegio, herede masculo non existente, Archiducatus ad Seniorem devolvitur filiam: In familia olim Ducum Clivensium & Juliacensium: ubi primogenitus succedit ultrogenitis tam filiis quam filiabus certa portio assignatur, quam hodie appanagium dicunt.

36. Quanquam autem ipsa natura omnes liberos æquales fecerit, & isti, qui communem ortum, communes parentes, commune domicilium habent, quique æque sunt partes parentum, exque eodem sanguine progeniti, æqualiter succedere debeant. *I. de hæred. quæ ab int.* tamen non immerito successionem juris publici non metimur ex jure privato. Ratio enim successionis, hic non æstimatur, ex utilitate privata, quæ nihil amplius in hereditatum divisione, quam æqualitatem spectant; sed ex utilitate publica, cujus hic potior ratio habenda est. Per divisionem autem regna dimembrantur, diminuuntur & intercidunt. Quo accedit, quod familiarum illustrium splendor sit quærendus & conservandus, quod ubi sæpius repetita est bonorum divisio, fieri non potest. Diminutio enim bonorum etiam dignitatis diminu-

minutionem post se trahit. Et quotidiana experientia testatur, tantam ex Principatuum divisione induci familiis obscuritatem, ut accedente temporum serie, Duces audiant sine Ducatu, Marchiones absque Marchionatu. Springsfeld *de appanag.* *c.* 10. *num.* 5. unde author tractatus, quem exhibet Besoldus *diss.* 5. Wie ein Fürstlich Hauß zu erhalten / recte dicit: Daß sie zuletzt nicht Grafen-Stand / sondern auch nicht Freyherren oder Edelleuthe Stand führen können. *Confer. Conring. in disp. de regno & tyrann. th.* 29.

37. Quonam autem jure primogenitus præferatur? nec DD. Politici nec privati juris DD. inter se conveniunt. Nos omnium opinionibus præferimus eam, quam Frid. Hornius exhibet *lib.* 2. *c.* 9. §. 15. ubi in omni successione, etiam in successione primogeniti, electionem latere eleganter demonstrat.

38. Jus feudale feuda majora, regalem dignitatm annexam habentia, etiam vult esse indivisibilia, & sic primogenito favet. 2. *F.* 55.

A.B. hoc expresse constituit in filiis Electorum *c.* 7. & 24.

39. An autem hæc constitutio A. B. ad cæteros Principatus pertineat? non consentiunt. Alii hanc quæstionem affirmant: primo, propter textum juris feudalis, a

nobis allegatum. Secundo, quod ipse Carl. IV. *in tit.* 24. §. *f.* argumentum ducat de minori ad majus, dum inquit. Si cæteros Principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia, & subjecti fideles pace gaudeant, quieteque vivant; multo magis magnifici Principatus, Dominia, honores & jura Electorum Principum debent illæsa servari.

40. Alii negant; quia Primo Imperator non opus habuisset, de Electoratibus, si antea jus primogenituræ in omnibus Principatibus viguisset, specialem legem sancire. Secundo, quia hodie Imperatoris speciale indultum non requireretur, ubi Principes Imperii jus primogenituræ inducere volunt, si satis provisione A. B. securi essent. Precibus enim impetrari non debet, quod ipso jure conceditur. Tertio, quia observantia Imperii contraria est. Sic in Ducatu Saxoniæ, cui Electoralis dignitas annexa est, jus primogenituræ viget, cæteri vero Ducatus Saxoniæ, ut Landgraviatus Thuringiæ Marchionatus Misniæ, Ora Franconica, Voigtlandiaque, dividui sunt, idque plurimæ divisiones docent. *Springsf. de appanag. cap.* 3. *num.* 79.

41. Nec obstant ea, quæ superius adducta sunt. 1. enim in libris feudorum mores

mores Longobardorum continentur, qui in hoc diversi fuerunt, a moribus Germanorum, 2. Quamvis plures constitutiones Imperatorum etiam ibi continentur, qualis & illa est, quæ continetur, 2. F. 55. tamen ista constitutio Italis, non Germanis, est lata, 3. Quamvis etiam forte Allemannis fuisset lata, ut quidam volunt, propter contrariam tamen Germaniæ consuetudinem ea recepta non est. Hinc sequitur responsio ad secundum, quando scilicet Carolus IV. in A. B. a Principatibus ad Electoratus argumentatur, illud fit; quia hæc constitutio in Germania non fuit recepta; ergo etiam recte dicit, Principatus congruit in sua integritate servari; non autem sequitur, conveniens est rationi, ut conserventur, ergo de facto statim conservantur integri, & non dividuntur. *vid. Leiser. de appanagio th. 24. ap. Fritsch.*

42. Licet autem lege publica hoc in Imperio nostro non sit constitutum, tamen apud plurimas familias jus primogenituræ hodie receptum est. In Archiducatu Austriæ hoc constitutum, primo a Friderico I. anno 1156. quod postea a Friderico II. 1245. & Carolo V, in Comitiis Wormatiensibus anno 1525. confirmatum est. *Knipsch. de fidei commiss. Fam. nob. c. 6. n. 287. Rumelin. ad A B. part. 3. disp. 5. concl. 5.*

43. Item in Ducatu Bavarico per testamentum Ducis Albrechti an. 1573 *Reinck. lib.* 1. *Cl.* 4. *c.* 17. n. 26.

44. In Ducatu Würtenbergico. *Goldast. de majorat. l.* 2. *c.* 18. *n.* 2.

45. In Ducatu itidem Brunsvicensi pactis familiæ initis anno 1553. & ab Imperatore Carolo V. confirmatis, idem introductum est *Bets. de pact. fam. illustr. c* 9. *pag.* 531. *&* 532. Quamvis autem longe ante jus primogenituræ hac in familia introductum fuisset, nimirum anno 1374. tamen quia post hoc tempus sæpe variatum est, tandem de novo illud introducendum est. *Limn. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 115. *& l.* 5. *c.* 6. *n.* 4.

46. Item jus primogenituræ in Ducatu Slesuicensi viget. *Granz. lib.* 7. *hist. Dan. cap.* 41.

47. De Ducatu Clivensi & Juliacensi dubitant, *ut apparet ex Besold. de success. Reg. lib.* 1. *diss.* 6. *num.* 10. *& author. discursus, de successione Juliac. quem ipse allegat.*

48. Item Ducatus Megapolitanus, licet olim divisioni fuerit obnoxius, tamen singulari familiæ pacto, jus primogenituræ in eo introductum est. *Rumelin. ad A. B. part.* 3. *diss.* 5. *in add. ad th.* 5.

49. Sic in Ducatu Pomeraniæ etiam hoc jus viget, *Reink. lib.* 1. *Cl.* 4. *c.* 17. *n.* 34.

50. Item

50. Item in Ducatu Lotharingiæ observatur. *Arnis. de Rep. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.* 7. *num.* 35.

51. Item in Ducatu Sabaudiæ & Pedemontii hoc jus habent. *Limn. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 11.

52. De Ducatu Burgundiæ, Mediolanensi, Florentiæ, Ferrariensi, Mantuæ, Montisferratensi, Urbini, Salutiarum, Delphinatu, *testatur Springsf. de appan. c.* 3. *n.* 81. *& seqq.*

53. Apud Landgravios Hassiæ olim non obtinuit, & administratio & emolumenta fuerunt divisa', dominium tamen apud ipsos omnes in divisum mansit. *Reink. lib.* 1. *Cl.* 4. *c.* 17. Hodie jus primogenituræ ibi viget, scilicet de anno 1628. *Reinck. dict. loc. n.* 35.

54. Item & Marchionatus Badensis non amplius dividitur: *Springsfeld. dict. tr. c.* 3. Domus Ostfrisiæ jus primogenituræ etiam observat. *Springsf. dict. c.* 3.

55. Apud Comites Hennebergenses olim obtinuit. *vid. Springsf. de loc.*

56. An jus primogenituræ, radicatum in Principe Patre, transmittatur in filium ejus primogenitum, ita ut in successione avi aliquando patruo præferatur? *vid. Frideric. Horn. dict. loco.* Qui etiam eodem loco accurate respondet, ad quæstionem, Pater an testamento jus primogenituræ

turæ in secundogenitum transferre possit, eumque primogenito præferre? *vid. itidem Ursin. de success. feud. part.* 1. *q.* 6. *art.* 1. *num.* 28.

57. Quin primogenitus etiam primogenituræ renunciare possit, vel verbis expressis, vel actu quodam approbante translationem in alium, non dubitatur; Exemplo Henrici, Ducis Brunsvicensis primogeniti, qui in favorem fratris secundogeniti, Ducis Wilhelmi 1569. suo juri renunciavit; favori enim pro se introducto unusquisque renunciare potest. *vid. Limn. ad A. B. t.* 7. §. 2. *obs.* 8.

58. An autem hæc renunciatio possit fieri in præjudicium alterius, scilicet filii sui primogeniti? communiter negant; quia nemo de jure tertii disponere potest, & filius filii primogeniti jus suum quæsitum habet a primo instituente. *Tiraquell. de primog. quæst.* 26. *n.* 4.

59. An primogenitus in favorem tertiogeniti, omisso secundogenito, juri primogenituræ renunciare possit? itidem hoc negat Tiraquell. *dict. tr. de jure primogenit. quæst.* 27. *vid. hic omnino Frid. Horn. dicto loco, ubi accuratiora, quam vulgo dicere solent, videbis.*

60. Interim nobis certum videtur, quod in Imperio nostro Romano-Germanico, primogenito jus suum a Patre auferri non possit;

poſſit; quia hæc non beneficio, ſeu ab Electione Patris habet, ſed ab approbatione Imperatoris, legis beneficio, & primo acquirente. Hinc putamus, 1. quod ab iis, quæ jure primogenituræ ipſi debentur, propter aliquam cauſam in N. 115, *cap.* 3. expreſſam exheredari a Patre regulariter non poſſit. Feuda enim Imperii majora, dignitatis ſcilicet & titulata ſunt ex pacto & providentia. 2. Quod ſi primogenitus Imperii Princeps ipſo feudo privari jure mereatur; filius tamen ejus, aut proximus agnatus legitimus, ad feudum nihilominus adſpirare, ac in eo ſucceſſionem legitimam obtinere poſſit: Licet nupera exempla Imperii Romano Germanici contrarium demonſtrare videantur. Et ſecundum jus feudale commune quoad filios etiam verius videatur.

61. Primogenito cedunt, una cum Ducatu, omnia provinciæ acceſſoria; veluti annui reditus fructus pendentes, feræ beſtiæ, equi generoſi, greges, debita activa & paſſiva; adeo, ut ea omnia ſolvere cogatur, quæ prædeceſſor contraxit, ſub nomine dignitatis: Id quod DD. etiam affirmant, ſi Princeps eſt Eccleſiaſticus, & in utilitatem aut neceſſitatem bonorum Eccleſiæ, aut ſub nomine dignitatis contraxit. *Vid. Myler. in nomolog. c.* 10. *&* 14. *& in appanalogia. c.* 27.

62. Item

62. Item Palatia ipsi cedunt, Bombardæ, Artollerey/ Kriegsrüstung / ac quæcunque ad publicam provinciæ utilitatem & familiæ splendorem destinata sunt, quo etiam referuntur, vasa aurea & argentea, thesauri & id genus alia.

63. Putamus & huc referri Dynastias, pagos, villas, quæ a Patre nuper sunt acquisitæ, modo Ducatui fuerint unitæ: wann sie der Cammer einverleibet seynd. *Myler. in appanalog. c.7. n.31. & 32.*

64. Secundogenitis certa portio assignatur; quæ hodie dicitur appanagium, a gallico vocabulo appanage, vel, ut alii volunt, a pane; unde interdum etiam aliis dicitur, panagium. Origo sine dubio eadem est, quæ est primogenituræ juris. Natura enim vult, ut primogenitus erga alios fratres & sorores, qui eodem cum ipso beneficio in nativitate fruuntur, se clementem & pium exhibeat, juxta datam sibi a Deo gratiam, & juxta suum beneplacitum; ut pie admodum constituit Carol. IV. in A. B. de filiis Electorum postgenitis *A. B. t.24.*

65. In Gallia hoc jus, sub finem secundæ familiæ cœpisse, quidam putant. Besoldus tamen illud refert ad Hugonem minorem, seu Capetum. *vid. Leiser. de appanagio. th.4. apud Fritsch.*

66. Isti, quibus datur hæc portio, dicun-

cuntur appanagiati, abgefundene Herrn/ abgetheilte Herrn. Olim solus primogenitus dicebatur Dominus: Postgeniti autem, Domicelli, Germanis Junckern/ quasi junge Herren: Ita legitur in antiquo epitaphio: Juncker Bernhard / edler Herr zu der Lippe. Item Graff Heinrich von Sternberg / Juncker Simon von Sternberg. Item filius Regis Daniæ aliquando ita subnotavit: Juncker Otto von Dennemarck. *vid. dict. disp. Leiser. de appanag. th.* 31.

Ita spec. Saxon. *lib.* 3. *art.* 19. dicit: daß die jenige/ so unter Brüdern das Fürstenthumb bekommen des Reichs Fürsten/die übrige Brüder aber schlecht hin Fürsten oder Fürsten-Genoß genant seynd worden. Hodie appanagiati dignitatem & titulum honoris plerumque retinent, de quo nos *supra diximus*.

67. Portio, quæ secundogenitis assignatur, consistit interdum in pecunia numerata, seu in certis reditibus annuis, da ein gewisses Einkommen von der Renth-Cammer jährlich geliefert wird. Quandoque certæ præfecturæ assignantur, quas possident, uti viduæ illstres sua dotalitia possident, ihren Widdumb. *Hottomann. in Francog. c.* 8. & 9.

68. Si bona domanialia non sufficiunt ad hanc portionem constituendam, ex patrimonialibus Principem eam constituere

tuere debere verius est: Ne fratres egentes & abjectos videat, inprimis cum alias, apud quem est commodum, etiam incommodum esse debeat; & cum ipse solus retineat commodum, si domanialia in infinitum exsuperent hanc portionem; merito etiam feret incommodum, si forte non sufficiant, & ille aliquid de suo conferre cogatur. Quamvis hoc casu ad alia media e. g. ad subditos collectandos, non sine ratione, pervenire poterit. *Springsf. dict. tr. c. 7.*

Quantitas appanagii determinanda est, secundum facultates & pro fructuum portione, nach Vermögen Vätterlicher Güther / & ut secundogeniti se honeste alere possint, ne tenuitate provisionis, vitæ inquinatæ & dissolutæ occasio præbeatur. *Dietr. ad 4. B. t. 24.*

70. Alii, hanc quantitatem portionis simpliciter secundum quantitatem legitimæ juris civilis determinandam putant; quia cum jure feudali nihil de hoc sit dispositum, stare debemus determinationi juris civilis. Nos priori opinioni accedimus, quia alias primo, & sic facile Principatus dimembrari possent, si scilicet plures sunt liberi. Secundo, quia legitima debetur, jure successionis; hæc autem portio non tam jure successionis, quam jure provisionis debetur, quæ provisio cum sit incerta,

ple-

plerumque & hæc quantitas incerta erit. Nisi definiatur vel pacto familiæ, vel testamenti Patris. Quo accedit tertio, quod dominium legitimæ semper transeat in accipientem; in appanagio autem dominium non semper transit in appanagiatum.

71. Alii distinguunt, an agnato succedatur, & tunc non esse legitimam; an Patri, & tunc esse legitimam juris civilis.

72. Quia datur in locum alimentorum, hinc, si filius secundogenitus aliunde habeat, unde vivat, ipso non debebitur hæc portio, secundum veriorem opinionem, quia cessante causa, cessat effectus. *Tiraquell. de primog. q.4. n.35. q 58. num. 11.*

73. Nec obstat, quod sic fortuna sua & virtus alicui possit esset damnosa; Nam fortuna & virtus sua faciunt, ut cum non amplius constituatur in necessitate, ipsius necessitati non amplius succurratur: Nisi forte alicui certa portio non præcise pro alimentis fuerit assignata; hoc enim in casu debebitur.

74. An bastardis sit constituendum appanagium? dist. an a Patre sint agniti, nec ne; si illud, illis omnino debetur; si hoc, non debetur quidem appanagium, interim tamen, secundum benigniorem opinionem, non sunt omnino derelin-

quen-

quendi. *Vid. Don. Garsia Mastrill. decis. 85. per tot.*

65. Si primogenitus sit natus ex plebeja, secundogenitus ex illustri, quis appanagiatus fieri debeat? non conveniunt. Decisio quæstionis dependet ab ea, an ita natus sit nobilis seu illustris, nec ne? *Vid. Myler. in Gamolog. c. 5. n. 12. & seqq.*

76. An appanagiati primogenito sint subjecti? quæstionem *supra proposuimus.*

77. An sint Status Imperii? alii negant, quia nec votum, nec sessionem in Comitiis habent. Alii affirmant, quia primogenitus omnes repræsentat, Er vertritt sie in omnibus actibus & congressibus publicis. *Limn. lib. 1. cap. 7. num. 9. & seqq.*

78. Nos priori opinioni adstipulamur; Falsum enim est, quod eos primogenitus in Comitiis repræsentet: sed penes ipsum solum tale jus residet, & proprio nomine & pro se comparet; id quod vel inde patet, quia eo mortuo, filii ejus non dicuntur, patruos suos repræsentare, quod tamen fieret, si hoc jus radicatum fuisset in ipso.

79. Hinc etiam Superioritatem territorialem appanagiati non habent; Ex quo fluit, quod non habeant Jus Episcopale & Patronatûs, Item, quod ipsis non præ-

stetur

ſtetur homagium, Item, quod pro elocanda filia non poſſint collectare ſubditos, forte in ea præfectura, quæ ipſis eſt aſſignata. Interdum tamen ipſe primogenitus cogitur dotare filias ſecundogenitorum, cujus rei exemplum habemus in domo Brandenburgica, in qua ita diſpoſitum eſt, daß derſelbe/ ſcilicet primogenitus, der anderen abgegangenen Töchter alle/ die ſie hinder ihnen verlaſſen werden/ berathen und beſteuren ſolle/ als ob ſie ſeine leibliche Töchter wären. Itidem hoc obſervatur in Ducatu Würtenbergico. Licet ergo ſecundogeniti non collectare propterea poſſint ſubditos, tamen primogenitus hoc ſæpe facit. De omnibus his quæſtionibus, ut & quibus modis appanagia finiantur? vid. dict. *diſp. Leiſeri*, *& alios autores indicatos.*

80. Pactis quoque inter perſonas illuſtres, hereditates, Principatus & Ducatus deferri poſſunt.

81. An autem hoc fiat jure militari, non conveniunt. Alii hoc affirmant, quia Domini confratres, in his pactis expreſſe provocant ad jus militare. Alii negant, quia jus militare, extra expeditionem, militibus non competit; & quamvis forte concedatur, Status Imperii, tanquam Vaſallos Imperii, dici milites, tamen, cum in expeditione non ſint conſtituti, jure communi

de

de suis bonis testari debent. Hinc statuunt, hoc ipsis competere jure communi, non quidem Justinianeo (quod nonnisi in certis casibus talia pacta approbat, quas vide *in l. ult*) *C. de pact.* quæ lex tamen a quibusdam in hoc nostro casu non recte videtur allegari, quia loquitur de hereditate tertii, non autem de hereditate ipsorum paciscentium, de qua tamen nos hic loquimur, & de qua jure justinianeo expresse *in l.* 19. (*eod. tit* dispositum est, quod inter non milites, seu paganos, hæc pacta sint prohibita) sed jure communi consuetudinario; sicut enim jus civile justinianeum hæc pacta improbavit, ita consuetudo hodierna ea approbat, jusque civile abrogat.

82. An hæc pacta familiarum Illustrium cum jure feudali conveniant? quærunt. Nos existimamus, quia solet accedere confirmatio Imperatoris in his pactis, & vero consentiente feudi Domino, etiam Vasallus in casum mortis de feudo disponere potest, hæc pacta etiam convenire cum jure feudali: Secundo, si considerentur extra hanc confirmationem Imperatoris, ea quidem non convenire cum jure feudali communi, nihilominus tamen valere; quia Principes de Principatibus suis in Imperio nostro testamento vel ultimâ voluntate disponere possunt, per ea, quæ

supra

supra dicta sunt. Quod tamen intelligendum putamus, quatenus in his pactis Electoratus non comprehenduntur; quia enim de his omnis testamenti factio prohibita est, & in casum deficientis lineæ Imperatori provisio conceditur, sine Imperatoris consensu & confirmatione valere non poterunt. vid de his quæstionibus aliter philosophantem *Myler. de Stat. Imp. part.* 1. *c.* 25.

83. Pacta hæc dicuntur, vel in specie pacta confraternitatum, Erb-Verbrüderung / Erb-Vereinigung / vel pacta Ganerbiatus, Gan-Erbschafft.

Pactum Ganerbinatus est conventio inter nobiles ac illustres familias, certis legibus, superioris confirmatione accedente, inita, ut se suasque facultates contra vim & hostiles incursiones defendant, & una familia extincta, ex alia superstites succedant. Erklärung des Land-Friedens / *de anno* 1500. *tit.* wie der Gan-Erben Schlöß.

84. Origo horum pactorum debetur istis temporibus, quibus Jus manuarium & diffidationes privatæ in usu fuerunt, de quibus vid. *A.B. t.* 15.

Pactum confraternitatis est pactum, quo id agitur, ut alterius stirpe extincta, Principatus certa successionis lege ad alteram superstitem familiam devolvatur,

tur, *Vid.Carpzov.de pact.confratern. Saxon. Hass.*

85. Hoc pactum secundum veriorem sententiam, inter Duces Saxoniæ & Landgravios Hassiæ cœpit, anno 1373. quibus postea anno 1587. accesseruut Marchiones Brandenburgenses. *Vid. Limn. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 172.

86. Quo anno etiam Domini confratres confirmationem petierunt ab Imperatore, sed primo dimissi sunt, sub ea conditione, ut confirmationem Friderici III. producerent; cum autem postea ista inveniri non posset, confirmatio Imperatoris his pactis non accessit. Hoc tamen non obstante, anno 1614. Naumburgi a Dominis confratribus hoc pactum repetitum, subscriptum & subsignatum est. Et quanquam hactenus destitueretur confirmatione Imperatoris, tamen hodie, in Capitulatione Leopoldi Imperatoris nostri expresse confirmatur. Et sic etiam controversiæ finis fit, quæ de hac quæstione intercessit, inter Limneum & Carpzovium, scilicet, an hoc pactum fuerit confirmatum ab Imperatoribus?

87. Quæsitum est etiam inter eosdem, an Electoratus comprehenderentur in hoc pacto? Limnæus aliquando negavit, postea tamen, cum admonitus fuisset a Consiliario quodam alicujus Principis, ut ipse lo-

qui-

quitur, in formula pacti expresse electoratum comprehendi, sententiam mutavit, & in eo Carpzovio concessit. Plura de hoc pacto, & alia pacta successoria, *vid. apud Limn. dicto loco. Myler. de Stat. Imp. part. 1. cap. 25.*

88. Modi amittendi Superioritatem territorialem varii sunt, quos videre licet, *supra, ubi de exemptione egimus.* Quibus enim modis Status eximitur ab immediata Imperii subjectione, iis etiam modis amittit Superioritatem territorialem.

TIT. XX.

De Juribus competentibus aliis Imperii Civibus, qui non sunt Status Imperii.

INter hos referimus primo loco Augustam, quæ jura quædam habet, jure communi ipsi competentia.

1. Primo, privilegia fisci. *§. ult. I. de usucap.* Secundo, donatio ab ea facta insinuatione non indiget *l. 34. C. de donat.* Tertio, donatio ejus in Augustum facta valet. *l. 26. C. de don. inter vir. & uxor.* Quarto, donatio ab ea filio familias facta est instar peculii quasi castrensis. *l. 17. C. de*

de bon. quæ liber. De hoc tamen ut capit: præcedenti diximus alii aliter sentiunt.

2. Jure publico ipsi competit. 1. ut consecretur, & coronetur Aquisgrani. *vid. Goldast. tom. un. Const. pag.* 344. 2. Suis Augustalibus amicta insigniis, post Regem & Imperatorem immediate procedat *A. B. cap.* 26. §. 1. 3. Cancellarium habeat Abbatem Fuldensem. *Goldast. tom un. Const. d. p.* 444. 4. habeat Archi-Capellanum, Abbatem S. Maximini apud Treviros. *Freher. ad lib.* 2. *cap.* 7. *Petr. de Andlo. de Rom. Imp.*

2. Nobiles Imperii immediatos, qui habent 1. jus Austregarum *O. C. part.* 2. *t.* 3. & 4. Secundo, gaudent beneficiis religionis. Hoc beneficium quoque ad Nobiles Imperii immediatos in Alsatia pertinet, qui & plurima alia privilegia habent, quæ vid. apud *Limn. lib.* 6. *tit.* 3. *pag.* 70. Hi enim etiam immediati sunt, licet alii eos in collegium, seu numerum, non recipiant. Tertio habent, secundum quosdam, Superioritatem territorialem, quod tamen *supra nos negavimus.* Quarto, secundum quosdam, fuerunt Imperii Status, & votum & sessionem in Comitiis habuerunt. De quo videbimus *in tit. de Comitiis.* Quinto, habent jus Archivi. Sexto, speciales diætas inter se indicunt. Septimo, fœdera cum aliis contrahere possunt. Quæ omnia

omnia latius deducta vid. *apud Limn. lib.6. cap.* 3. ut &, an præcedant Civitates Imperii? de qua quæstione etiam nos *supra diximus*: & privilegia, quæ nobilitati Rhenanæ, Suevicæ & Franconicæ singillatim competunt.

4. Tertio, Nobiles mediatos & Landsassios, qui habent Jus primo exigendi operas a rusticis suis, die Bauren müssen ihnen Fröhndienste leisten *Vid. Balthasar. de oper.* Secundo, Jus decimarum, Korn-Pacht / Geld-Pacht / die dritte oder vierdte Garbe / Silber-Zins / Abzug / Schatzung / Zins-Geld / Pfingst-Käse / Garten-Hüner / Rauch-Hüner / Faßnachts-Hüner / Pfingst-Hüner rc. prout cujusque loci consuetudo hæc talia ipsis vel concedit vel non concedit.

5. In nonnullis Germaniæ locis homines proprii non tantum solvunt dem Leib-Herren / respectu der Leibeigenschafft; verum etiam nobilibus suis emolumenta successoria præstant, das Erb-Recht / Haupt-Recht / Weidmahl. *Limn. dict. lib.6. cap.4. num.* 20.

6. Privilegia, jure communi & consuetudine, omnibus nobilibus communia sunt. Testi nobili magis creditur quam ignobili; pro nobilibus præsumitur, quod non mentiantur; Nobiles præ plebejis ad officia secularia assumuntur; Nobiles in

paritate suffragiorum ignobilibus sunt præferendi.

Nobiles Cameræ Imperiali dantur Assessores. Der Reichs-Feld-Marschall kan kein anderen / als einen erfahrnen Kriegsmann von Adel zu seinem Leutenant verordnen. In obeundis legationibus, Nobiles præferendi ignobilibus. Alimenta nobili debita ampliora delicatioraque constituenda. Nobiles a vectigalis præstatione immunes sunt. Mitius puniuntur. Torqueri non possunt. Propter debita civilia, in carcerem deduci non possunt. Non conveniuntur in solidum. Vinculis subterraneis non possunt detineri in delictis. Flagellis vel fustibus cædendi non sunt. Si plebejo injuriam dixerint, ad palinodiam cogi non possunt &c. vide de his omnibus *Limn. dict loc. n. 22. seqq. & Nolden. de Nobilibus*, qui etiam agit de modis, nobilitatem probandi, & de modis, quibus ea amittitur. *c.* 14. 17. *&* 18.

7. Patricii, non semper gaudent privilegiis nobilium, sed quidam privilegiis Nobilium gaudent, ut die Adeliche Geschlechter/ quidam iisdem non gaudent, ut die bürgerliche und erbare Geschlechter/ pro diversitate loci & consuetudinis.

Origo horum Patriciorum in Imperio Romano-Germanico est obscura. *Joh. Jacobus Draco, qui peculiarem librum de Patri-*

ciis

ciis scripsit, eam deducit a temporibus, Henrici Aucupis, sed ea quæ dicit, non satis probat. Eorum in Recessibus Imperii nunquam fit mentio. Vid. *Bæcler. in Not. Imp. lib. 23. c. 3.*

8. Quarto, referuntur huc, die freye Reichs-Dörffer / und die freye Leuth auff der Landkircher-Heyd: qui plurima jura Principum habent, Superioritatis tamen jura non habent, de quibus vide *Goldast.* in den Reichs-Händeln. & *Ludolph. Hug. de Statu region. germ.*

9. Quinto & ultimo loco, huc referuntur omnes subditi mediati, qui 1. omnes habent libertatem religionis, 2. ad Judicia extra Imperium evocari non possunt, 3. in casu protractæ vel denegatæ justitiæ semper appellare possunt ad summa Imperii dicasteria &c.

LIBER IV.

TIT. I.

De Comitiis Imperii.

ABſolutis etiam iis, quæ concernunt res Imperii incorporales, tranſeundum eſt ad media, quibus hæc pleraque conſtituuntur, vel quibus omnia, quæ nobis ex jure publico debentur, conſequimur, vel quæ hæc omnia adjuvare ſolent.

1. Media, quibus pleraque in Imperio conſtituuntur, ſunt Comitia ſeu Curiæ regni.

2. Comitia Imperii in genere ſunt conventus civium Imperii, vel propter publicam Imperii, vel propter propriam utilitatem inſtituti.

3. Conventus Imperii ſunt vel generales vel ſpeciales.

4. Conventus generales ſimpliciter dicuntur Comitia ſeu Diætæ; Curiæ ſolennes, Curiæ regales, germanice Höffe/ hochzierliche Höffe / Königliche Höffe / hodie Reichs-Täge/ Verſamlungen des Reichs.

5. Comitia Imperii generalia ſunt conventus Imperatoris atque Ordinum Impe-

Imperii, ad ipsius Imperii utilitatem instituti.

6. Originem horum Comitiorum videre licet ex iis, quæ *supra de Receßibus Imperii diximus*.

7. Indicit hæc Comitia Imperator. Olim solus & per edictum generale; hodie cogitur exquirere per literas consensum singulorum Electorum, cumque iis etiam convenire de loco, ubi Camitia indicenda sunt; & si singulorum vota non conveniant, majora sufficiunt. *Capit. Ferd. III. art. 7. ibi:* Ihren Willen sambtlichen oder den mehrentheil auß ihnen. *vide de hoc ea, quæ diximus de Imperatoris reservatis.*

8. Interdum ipsi E.E. hoc suadent Imperatori, etiam non requisiti. *Vid. R. I. de anno* 1641. *non procul a principio.*

9. An autem vel EE. soli possint indicere Comitia, vel durante interregno Imperii Vicarii? in Recessibus Imperii definitum non est; & quidem, quod hæc potestas Electoribus solis interdum competat ex Recessu Imperii de anno 1654. §. Wann aber bey erstgemelter/ 192. nunquam probari potest.

10. Causa indicendorum Comitiorum est necessitas & utilitas Imperii, R. A. zu Speyer *de anno* 1529. *in pr.*

11. Olim Imperii Status convocabantur edicto generali, sed a temporibus

Friderici III. ad singnlos Imperii Status literæ mittuntur, quibus ad Comitia vocantur.

12. Olim Imperator verbis imperativis in iis literis usus est, scilicet, gebieten/ heissen/ befehlen/ *vide Reform. Frid. III. de anno* 1442. Et hinc quidam existimarunt literas istas vim citationis in se habuisse.

13. Hodierni Imperatores hanc suam ad Comitia Imperii invitationem, blandiori alloquio temperant; & propterea cum an. 1608. Commissarius Imperatoris has literas, citationem ad Comitia, vocasset, Palatinus in Senatu Principum dixit: Citationem in Judiciis, non vero in Comitiis locum invenire, & voluit, ut istæ literæ vocarentur, Beschreibung,

14. Comitia olim singulis annis habebantur, *vid.* R. A. zu Trier und Cöllen *de anno* 1512. §. Item haben wir und die Stände des Reichs.

15. In quorum Comitiorum annuorum locum, institutum fuit Regimentum Imperii, *ut infra videbimus.* Cum autem postea Comitia admodum raro haberentur a Ferdinando II. & ille fere omnia ex solo Electorum consensu disponeret, reliqui Imperii Status hoc contra formam Imperii nostri, & contra instituta aristocratica esse judicarunt, & anno 1646. in

Con

Conventu Osnabrugico Monasteriensi deeo conquesti sunt. Inde *in articulo* 8. *Instrumenti Pacis* constitutum, ut statim Imperator sex Mensibus, post publicatam pacem elapsis, Comitia indiceret, & postea toties, quoties Imperii utilitas & necessitas hoc exigeret.

16. Locus, ubi Comitia celebrantur in Imperio nostro varius est &c. in A. B. constituitur a Carolo IV. Norimberga, ubi Imperator noviter electus prima sua Comitia celebrare debet. Carolus V. tamen hoc non ita præcise observavit, propter pestem, tunc temporis ibi grassantem. *Vid.* R. A. zu Wormbs wegen des Regiments *de anno* 1521. *in pr.*

17. Quando in Capitulationibus Caroli V. & Ferdinandi I. constitutum erat, ne Imperator Comitia indiceret extra Germaniam, quærebatur, quid per fines Germaniæ intelligeretur? Quidam hoc circulariter intelligendum esse judicarunt. *Vid. Spreng. in jurisp. publ. de Comitiis.* Et sic sine dubio non potuit Comitia indicere Pragam. Hodie hæc quæstio est sopita; quia & Electorum consensus requiritur circa electionem loci.

18. Non autem putamus, hunc locum esse necessario Civitatem Imperii, neque si de antiquis temporibus, neque si de nostro

tempore loquamur, licet experientia testetur; ea non celebrari, nisi in Civitatibus Imperii.

19. Ad Comitia vocantur, primo Ecclesiastici Status, Archi-Episcopi, Episcopi &c. etiam a Pontifice nondum infulati atque confirmati, quia vocantur non ut Ecclesiastici simpliciter, sed ut Ecclesiastici, qui sunt Principes Imperii.

20. Hinc immerito Ecclesiastici Augustanæ confessionis, ideo, quod non sint vel infulati vel confirmati a Pontifice, omittebantur in Comitiis; quare etiam in Inst. Pac. *art.5. §.6.* hoc est correctum; & licet reliqui Ecclesiastici, in suo scamno, ipsis non voluerint concedere locum, tamen scamnum inter Seculares & Ecclesiasticos intermedium & transversum, Querbanck / constitutum est, in quo sedeant. Hujus scamni hodie fere nullus est usus, cum plerique sint secularisati.

21. Sede vacante, ad Comitia vocatur capitulum ita, Dechant und Capitul zu Minden anno 1555. ita Probst / Dechant und Capitul des Domb-Stiffts Freysingen anno 1559. &c. sede vacante, Comitiis interfuisse, ex eorum subscriptionibus patescit. Et hoc confirmatum est in Inst. P. *art.5. §.4.*

22. Secundo, Principes seculares, Majorennes, etiam ante petitam intra annum

num investituram ad Comitia vocari, benignius est; licet valde fuerit disputatum, & superiori & hoc seculo. Si enim hoc obtinet in Electoribus, nulla videtur esse diversitatis ratio, cur non debeat obtinere in aliis Principibus, *vid. A. B. cap.* 7. Et hic etiam est usus & consuetudo Imperii. *Vid. Buxtorff. ad A. B th.* 85. *lit.* 3.

23. Inter quos Principes jus primogenituræ viget, inter eos primogenitus, qui Ducatum solus habet, ad Comitia vocatur.

25. Inter cæteros, ubi divisioni locus datus, si quilibet ab Imperatore de portione sua est investitus, quilibet ad Comitia vocatur. Idque favorabile est, damit das Reich an seinen Gliedern und Stimmen gestärcket werde. R. A. zu Speyer de anno 1570. §. Nach dem auch noch 163. Si nec divisio fiat, nec juri primogenituræ locus sit, sed bona pro indiviso possideantur, cum plures unam personam sustineant, non tanquam singuli, sed tanquam universi ad Comitia vocandi sunt, indeque non singuli sessionem votumque ibi habebunt, sed unus nomine omnium.

25. Principum minorennium loco, Tutores & Curatores, quos habent, vocantur. Ita anno 1594. Fridericus Wilhelmus subscripsit in hunc modum: Fri-

dericus Wilhelmus, Hertzog zu Sachsen/ Vormunder/ und der Chur-Sachsen Administrator.

26. Præter Principes Imperii, III. vocantur Civitates Imperii.

27. An Civitates Imperii statim ab eo tempore, quo vocatæ sunt ad Comitia, habuerint votum in Comitiis, & si votum habuerint, an hoc votum fuerit decisivum, an vero deliberativum? vehementissime disputatum est.

Alii negant, ipsis competiisse votum decisivum in Comitiis, ante Instrumeutum Pacis. *vid. autor.* der Grundfeste.

Alii, hoc jus ipsis competiisse jam ab antiquis seculis, asserunt, *vid. A.B. in proœm. & fin. Cothman. vol. 3. respons.* 29. *& inprimis Notitiam Imperii Bæcleri*, ubi pro declaratione hujus juris, etiam ante Instrumentum Pacis, apponit magni cujusdam JCti, & in Comitiis bene versati, annotata *lib. 11. c. 3.*

28. Alii dubitant, an possit firmiter probari, ante tempora Sigismundi Cæsaris Urbibus liberis Imperialibus locum fuisse, in suffragiis ferendis in Comitiis Imperii.

Quicquid vero sit, ab ætate Sigismundi locum ipsis in Comitiis fuisse certum est: constat enim ex actis Comitiorum, suffragia urbes tulisse in sua Curia, non minus

nus atque alii Principes. *vid. Conr. de Civit. Imp.*

29. Hodie hæc controversia omnino finita est, *per I. P. art.* 8. §. *gaudeant*, tantummodo lis adhuc superest, an in re- & correlationibus cum Electoribus & Prinipibus una admitti debeant? Valde hæc quæstio agitata est in Comitiis Imperii de an. 1654. *vid. hic omnino Autorem* der Grundvest / *Civitatibus vehementer contrarium. p.* 132. *seqq.*

30. An Nobiles Imperi immediati olim etiam ad Comitia fuerint vocati, & ibi votum & sessionem habuerint? DD. non conveniunt. Alii affirmant ex pr. A. B. ubi dicitur, quod A. B. in præsentia omnium Statuum fuerit facta, & inter cæteros etiam Nobilium fit mentio. Alii hoc negant, quia ex nullo historico constat, ab eo tempore, quo Nobilitas immediata cœpit, eam ad Comitia fuisse vocatam, ut ibi haberet votum & sessionem.

31. Nos, argumentum illud, quod desumitur ex A. B. infirmum esse putamus. Non enim sequitur, hic vel iste Recessus est factus, præsente hoc vel isto; ergo statim factus est, ejus autoritate & consilio; Exemplum suppeditat ipsa A. B. *in tit.* 24. *in inscriptione*, ubi dicitur, priora capita fuisse facta, præsentibus etiam Del-

phino

phino Galliæ & Episcopo Albanensi & tamen certum est, hos non fuisse Status Imperii.

32. Quicquid autem horum sit, admodum probabile videtur, eos fuisse Status imperii, si enim Civitates Imperii, quæ sunt inferioris ordinis, tanquam Status Imperii ad Comitia fuerunt vocatæ, cur non & Nobiles, qui sunt ex ordine superiore. *Vid. Conring. ad Lampad. part. 3. c. 3. §. 1.*

33. Hippolitus von Treßbach scripsit das unvorgreiffliche Bedencken über etliche Fragen / der freyen Reichs-Ritterschafft zu Schwaben / Francken und Rheinstrom / Standt und session betreffend / ubi multis fundamentis nititur probare, Nobiles immediatos adhuc hodie esse Status Imperii. Primo ex Rescripto Rudolphi II. ad immediatos Sueviæ, Franconiæ & Rheni Nobiles de anno 1610 ubi ipsis injungit, tanquam gehorsamen Ständen des Reichs sich ruhig und friedsam zu verhalten. Secundo, ex literis Electorum de anno 1610. datis *ibi.* Dieweil uns nicht verborgen / wie vielfältig man sich etlicher Orten bemühet / noch mehrere Stände / bevorab des H. Reichs-Ritterschafft Mitglieder / in dieses Böhmische Wesen einzuflechten. Tertio, ex Cap. Ferd. II. *art.* 13. Cap. Ferd. III. *art.* 17. *ibi.* die Churfürsten / Fürsten /

Præ-

Prælaten, Grafen / Herren von Adel / und andere Ständte und Unterthanen des Reichs.

34. *Limn.lib.6.c.3.* recte contrarium statuit,& ad argumenta adducta reponit. Primo replicam Ferdinandi I. in Comitiis Augustanis apud Lehmannum de pace religionis *l. 1. c. 16. p* 72. ubi expresse dicit, hos Nobiles non esse Status Imperii.

Secundo, declarationem Electorum & Statuum Catholicorum, factam in conventu compositionis Francofurti an. 1631. ubi ita legitur: Dieweil die Fränckische Ritterschafft weder ein Stand des Reichs ist / noch in völligen Reichs-Deputationen, oder andern conventibus sessionem & votum hergebracht 2c. Ad rescriptum Rudolphi respondet tertio, eos non dici Status Imperii, sed ipsis injungi, ut ad exemplum Statuum Imperii obedientium, quiete & pacifice vivant. Quarto, ad literas Electorum dicit, nec ibi Nobiles immediatos Status appellari,sed hunc esse sensum,quod plures sint, qui operam dant, ut plures Imperii Status motibus Bohemicis implicent, & imprimis nobilitatem. Quinto, ad Capitulationem Imperii, quod ibi fiat mentio & Statuum & subditorum, & quod Nobiles Imperii immediati sub subditis, non autem Statibus comprehendantur.

35. No-

35. Nobis certum est, quod non sint Status Imperii ex instrumento Pacis *artic.* 5. & passim, ubi Statibus Imperii expresse opponuntur. Putat tamen Conringius, e re Imperii esse, ut iterum recipiantur, & justum; qui *ad Lampad. part.* 3. *cap.* 7. §. 2. inter cætera hæc verba habet.

Sub Regibus Germaniæ, ipsis Comitiis interfuisse, vel ex sola A. B. constat, postea vero ad evitanda Imperii onera, videntur culpa sua hoc jus neglexisse, neque a tempore Friderici III. Imperatoris, ad Comitia amplius vocati. Redeat tandem Germania in mores priscos! magna sane ratione, Nobiles isti immediati rursus cooptari in numerum Statuum possunt, utpote, cum olim membra Comitiorum fuerint. Cæterum, Catholici hoc illibenter concedunt, dum hac ratione, juxta tria scamna, tria Evangelicis suffragia accederent.

36. Præter Status Imperii, ad Comitia 4. vocatur Mareschallus Imperii hereditarius, seu Vice-Marschallus, *ut loquitur A. B. cap.* 26. §. *item dabit.* Munus ejus est, 1. Diversoria Statibus, eorumque Legatis assignare, 2. Agere curam rei annonariæ, ut & adventantibus omnia sufficiant, & ut justo pretio emere possint, 3. Ut Curiam, in qua Comitia celebrantur,

tur, lustret. In Comitiis Ratisbonensibus de Anno 1640. metator Imperialis Cameræ, der Käyserliche Cammer-Furirer / Curiæ Imperialis locum subterraneum, more hactenus inaudito, perlustravit. *Limn. tom.* 4. *addit. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 81. 4. Curare, ut Status Imperii secure ibi vivant, & ut nocturnæ vigilum excubiæ bene sint constitutæ, 5. Indicit Statibus, qua die horaque ad propositionem Cæsaream, atque Consultationes debeant comparere, 6. Jurisdictionem exercet, in Legatos & Legatorum familiam, atque advenas. Propter hoc jus, interdum controversiæ oriuntur, inter ipsum & Civitatem, ubi Comitia celebrantur. Vocantur 5. etiam extranei interdum ad Comitia, non ut ibi votum habeant, sed aliis de causis. *vid. Goldast. in præfat. tom.* 3. *const.*

37. Interdum etiam personæ privatæ, subditæ Imperio nostro; exemplum habemus in Luthero, in Comitiis Wormatiensibus.

38. Statibus Imperii ita convocatis incumbit, necessitas parendi. *vid. R. I.* 1545. §. dem allem nach.

39. A necessitate comparendi excusantur, qui privilegio muniti sunt. Horum alii simpliciter muniti sunt, ita, ut ubicunque Comitia celebrentur, non cogantur comparere, ut Archi-Duces Austriæ, Sta-

Status Circuli Burgundici. *vid.* Burgundischen Vertrag *Anno* 1584. zu Augspurg auffgericht.

40. Alii saltem hactenus muniti sunt, ut, si Comitia celebrentur, extra certa loca; ibi comparere non cogantur; sic Reges Bohemiæ non coguntur Comitiis interesse, nisi illa celebrentur Norimbergæ, Bambergæ aut Mersenburgi. *vid. Gold. de Regn. Boh. l.* 4. *cap.* 5. *num.* 14.

41. Reliqui, qui coguntur comparere, regulariter 1. comparere debent in persona, ut loquuntur. *vid. dict.* R. A. *de anno* 1545. §. dem allem nach / *ibi*: selbst in eigener Person. 2. Si Legatos mittunt, coguntur allegare causas absentiæ. R. A. zu Cöllen *de anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten.

42. Hinc, qui per Legatos comparere volunt, debent esse impediti, quo minus comparere possint in persona. Sic Civitates necessario per suos Legatos comparent. Abbatissæ etiam; prohibentur enim hæ propter sexus pudorem. Aliquando tamen quasdam in persona comparuisse, verius est. *vid. Lehm. Chr. Spir. l.* 5. *c.* 14. *n.* 411. *Goldast. lib.* 6. *de Regn. Boh. cap.* 5. *num.* 4. *p.* 629.

43. Legati mandato pleno instructi debent esse, cui interdum clausula substituendi annectitur; ne si Legatus ex quavis causa

causa in Comitiis consultationibus interesse non possit, tota legatio inanis & frustratoria sit.

44. Legati mandatum suum Cancellariæ Moguntinæ insinuare debent. *Vid.* Grundfeste des H. Römischen Reichs *p.* 58. Id quod & in Civitatum Deputatis obtinere experientia docet. *Knipſ. lib.* 2. *de jur. civit. Imp. c.*2. *n.*227.

45. Imperatore & omnibus Statibus congregatis, statuto die, Status Imperii Imperatorem comitantur in templum, ad audiendam missam.

46. Missa celebrata, in curiam ipsum deducunt; hic Cæsar, aut ejus Comissarius, locum obtinet eminentiorem. Hunc F.E. loco paululum depressiori circumsident; a dextro latere Moguntinus, Bohemus, Bavarus, Brandenburgicus, a sinistro Coloniensis, Saxo, Palatinus; a pedibus Trevirensis.

Principes reliqui & Civitatum Deputati, alia subsellia, uno gradu Electorum, duobus vero Cæsaris sede inferiora, stragula pretiosissima cooperta, habent.

Alatere dextro ad longitudinem sedent Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Archi-Episcopi, Abbates, duo Prælatorum directoria: A sinistro Principes politici, eorumque Legati, & quatuor Comi-

Comitum directoria; Et si alii Comites adsunt, sedent scamno separato, auff der adjuncten Banck. Scamno vero transverso, sedent postulati Episcopi. Civitates prope portam, intercluso quodam spatio sedent. *Vid. Spreng. jurispr. publ. p.* 99.

47. Sedibus occupatis, ex Principibus unus ex Imperatoris Consiliariis consurgit, & nomine ejus gratias agit Statibus, quod vocationi obedientes esse voluerint, & postea propositionem prælegit: cujus capitula Cancellarius Moguntinus, ut & Secretarius, ad mensam in medio auditorio positam sedentes, notant, & protocollum tenent.

48. Finita hac lectione EE. Principes atque Statuum Legati consurgunt, & paululum collocuti, vel per Electorem Moguntinum ejusque Cancellarium, vel per alium Electorem Imperatori in hanc fere sententiam respondent: cognovisse se ex recitata propositione, quam gravissimas ob causas Imperatori conventum indicere visum fuerit: & quod a tempore suscepti Imperii tanta fide ac diligentia publica Imperii negotia sibi commendata habuerit, habeatque, ipsi se gratias agere maximas, Seque in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem Imperii pertinere videbuntur, studia sua, & officia, uti debita, ita promptissi-

ptiſſima offerre. Ut vero de rebus propoſitis rectius deliberare poſſint, exempla ſeu copias recitatæ propoſitionis petere, ſuamque denique fortunam Cæſari officioſiſſime commendare.

49. At hæc Cæſar pro delata opera & ſtudiis iterum gratias reponit, propoſitionemque communicari mandat, ac ut de ſingulis ejusdem capitibus primo quoque die conſultent, atque ſententias ſuas proferant, denuo hortatur, cunctisque ordinibus gratiam & benevolentiam clementiſſime pollicetur.

50. Atque his ita peractis, de ſolio ſurgens Imperator, eadem, qua ingreſſus eſt, pompa, ad palatium ſuum revertitur, & Principes eorumque Legati, quiſque in ſua diverſoria diſcedunt.

51. Propoſitionem & hanc, de qua diximus, communicationem ſubſequitur conſultatio. Certa die præſtituta, a Cancellaria Moguntina ſchedula quædam concipitur, cujus tenor eſt: Vice-Mareſchallum ſive hereditarium Imperii Mareſchallum, debere denunciare Electoribus, Principibus, adque Imperii cæteris Statibus eorumve Legatis, ut ad diem craſtinum hora e. g. ſeptima antemeridiana in Curia compareant.

Hanc ſchedulam convocationis, vulgo den Anſag-Zettul / ſi Elector Saxoniæ

niæ in Comitiis præsens sit Saxonico Cancellario aut Secretario transmittere tenetur, qui postmodum nomine sui Electoris Mareschallo convocationem instituendam, exhibita etiam schedula, imponit: quod si vero Elector non sit præsens, sed solum Legatus ejus, Cancellaria Moguntinensis directo schedulam, cum jussione convocandi, transmittit Mareschallo. *Spreng. jurispr. publ. p.*98.

53. Congregatis stata die Statibus, unusquisq; in suam classem secedit. Classes hodie sunt tres, prima est Classis Electorum, secunda Principum, tertia, Civitatum.

54. Quando hæ tres Classes cœperint, seu hæc tria Collegia, Principes non conveniunt cum Electoribus. Principes dicunt, has tres classes tempore Friderici III. in Comitiis Francofurtensibus 1489. & tempore Maximiliani I. cœpisse, cum antea tantum duæ classes, nimirum Principum & Civitatum fuerint. *Lehm. lib.* 7 *c.* 120.

Electores, hanc classium divisionem ab antiquis seculis in usu fuisse, contendunt. Bœcler. *in Not. Imp. lib* 21. *cap.* 1. hanc opinionem contra authorem der Grundfeste *part.* 2 *c.* 3. & contra Lehmannum amplectitur, & evidentissima argumenta separatæ consultationis Electorum a Principibus hinc inde ex A.B. sumi posse, contendit.

55. Ele-

55. Electores in suo conclavi ita sedent: Moguntinus primum locum occupat, a latere ejus dextro Trevirensis, prima die, altera Coloniensis, & sic semper alternando, & Bavarus sedent; a sinistro vero prima die Coloniensis, altera die Trevirensis, ut dictum, Saxo, Brandenburgicus & Palatinus conspiciuntur. Quomodo sedeant, si quidam per Legatos comparent, *supra dictum est.*

56. Moguntinus vota exquirit in hoc Senatu. Primo, a Trevirensi. Secundo, a Coloniensi. Tertio, a Bavaro. Quarto, Saxone. Quinto, a Brandenburgico. Sexto, a Palatino, & ipse tandem a Saxone interrogatur; votis non concordantibus, secunda, tertia &c. vice exquiritur, usque dum vel omnia vel majora conveniant: & si quis se profitetur indifferentem, is majori parti reputatur consentiens.

57. In hoc consilio olim solus Moguntinus Secretarium habuit, qui protocollum scripsit: hodie vero quilibet Elector suum Secretarium & suum protocollum habet. In dubio tamen semper recurritur ad Moguntinum protocollum, tanquam ad authenticum; & si quis Electorum protestetur de aliquo, hanc protestationem huic protocollo inseri petit.

58. Principum Senatus dividitur in

duo ſcamna, in quorum primo, latere dextro, ſedent Eccleſiaſtici, a ſiniſtro Seculares.

59. Proponendi atque dirigendi hoc in Senatu jus habent alternative, Archi-Dux Auſtriæ & Archi-Epiſcopus Salisburgenſis.

60. Vota exquirit Vice-Mareſchallus Pappenheimius, incipiendo a Scamno Eccleſiaſtico ſine ulla præfatione, ſimpliciter interrogando. e. g. Oeſterreich / & tranſeundo ad ſcamnum Seculare, e. g. Sachſen / atque redeundo ad Eccleſiaſticum, & ſic conſequenter.

61. Principes Eccleſiaſtici omnes, etiam Magiſter Ordinis Teutonici, Abbates & Abbatiſſæ, viritim ſententias dicunt; Prælati autem omnes, duo tantum vota habent, unum Suevici, alterum Rhenani. Principes ſeculares itidem viritim ſua vota dicunt; Comites vero & Barones olim duo tantum vota habuerunt, nimirum Suevici & Wetteravici; in Comitiis de An. 1640. & 41. Franconici iterum jus ſuum recuperarunt, quibus omnibus tandem 1653. in Comitiis, Comites Weſtphaliæ & inferioris Saxoniæ, acceſſerunt, quales ſunt: Naſſau-Dillenburg / Schaumburg / Oldenburg / Delmenhorſt / Sage / Lippe / Bentheimb / Steinfurth / Tecklenburg / Höge / Dipholt / Blanckenberg / Riedberg / Oſtfriesland / Bar=

Barby/ Gronsfeld/ Reckum/ Manterscheid/ Blanckenheim/Reifferscheid/Anholt/ Wiedt/ Schwartzberg/ Marck/ Rantzau/ Virnenburg/ Beilstein/ Pirmut. Ut itaque hodie quatuor Comitum scamna & vota numerentur.

62. Atque hi Prælati, ut dictum, atque Comites, vel ipsi omnes, vel aliqui in persona consiliis interesse possunt, vota tamen non alia habent, quam, *ut dictum*, quæ non ipsi propria voce, sed per Syndicos, Commissarios, aut Mandatarios explicare atque proferre solent.

63. Civitates in suo Senatu dividuntur in duo scamna, vulgo die Rheinische und Schwäbische Banck.

64. Directorium hoc in Senatu competit isti Civitati, in qua Comitia celebrantur, quæ muneris sui explendi causa adhibere solet Senatorum suorum, ut & Advocatorum vel Syndicorum aliquos, quibus Secretarium adjungit. Mensa fere in medio buleuterii posita est, cui Directores & duo Registratores, quorum unus nomine Civitatum Rhenensium, alter Suevicarum protocolli curam agit, assident.

65. In votis colligendis, Director incipit a Civitate Coloniensi in Rhenano scamno. Secundo, ad Suevicum deflectit, deinde redit ad Rhenanum, & sic consequen-

ter: Director denique ultimo loco suum subjungit calculum.

66. Quidam statuunt, quod, quamvis Civitatum singulæ in suo collegio votum suum dicant, tamen respectu totius Imperii corporis, quod in Comitiis præsens est, jus duorum suffragiorum tantum obtineant, de quo *Lamp. part.* 3. *cap.* 8. *de Rep. Rom. Germ.* ita loquitur. Quod præterea de jure duplicis voti tradunt nonnulli, non intelligo. Anne in Curiis Electorum vel Principum? at illic nec sessionem quidem habent, in propriam sunt classem separatæ. An in propria classe? At ibi necessario plura vota desiderantur, quia inter duos non potest esse jus suffragii, sed tantum conventionis. Alii, hoc putant exponendum esse, ratione des Außschusses.

67. In negotiis, quæ veniunt in consultationem, quis ordo servari debeat, an is præcise, quem Imperator tenuit in sua propositione, an vero graviora præferri & ordo inverti possit? vehementer disputatum est in Comitiis. Graviora præfert author der Grundvest: hoc etiam Imperii postulat salus, daß man den wichtigsten Punct zuforderst zu berathschlagen fürnehme. R. A. zu Regenspurg. *de anno* 1576. §. Darauff sie dann den ersten. Ita in Comitiis Augustanis anno 1530. Elector Saxoniæ,

xoniæ, cum reliquis Protestantibus obtinuit, ut causa religionis, tanquam gravior & ponderosior, primo definienda susciperetur, licet eidem, in propositione Cæsarea, negotium de apparatu bellico contra Turcas firmando, fuisset prælatum, *Vid. R. dictorum Comitiorum* §. Demnach haben wir.

68. Postquam negotii unius vel alterius conclusio in Electorum Senatu secuta est, eandem Senatui secundo Principum aperiunt. Eam si hic approbat, res bene se habet; si non, inter se deliberant, & referunt sibi invicem & correferunt, usque dum conveniunt inter se; vel si inter se convenire plane non possunt, tamen Civitatum Deputati in communem Cameram Curiæ vocantur, quibus in præsentia utriusque Senatus aperitur, in quo consentiant, vel in quo dissentiant EE. & PP. roganturque, ut & ipsi suam sententiam dicant; huic rogationi morem gerunt, atque per directorii Syndicum, quid sibi videatur, aperiunt, & vel Electoribus vel Principibus accedunt, vel ab utrisque in aliam abeunt sententiam.

69. Sic itaque vota omnia desinunt in tria curiata suffragia; si aut omnes in qualibet classe, aut major saltem cujusque classis votorum numerus conspiret.

70. Quæ tria curiata suffragia, si secum

vel prorsus, vel bina tantum consentiunt, a Statuum parte negotium confectum est; sin vero Status convenire nequeant, solet anniti Cæsar, ut ad concordiam eos redigat. Si hoc fieri non possit, a parte Statuum nihil conficitur, & ad Imperii conclusum universale perveniri nequit. *Vid. Lamp. de Rep. Rom. Germ part.* 3. *c*.8.

71. Quando EE Principibus suam opinionem aperiunt, Civitates quidem non admittuntur, quando sibi invicem referunt & correferunt, ut dictum; nihilominus tamen in Comitiis de anno 1653. hoc ipsum prætenderunt Civitates Imperii, & existimarunt, quod votum decisivum, quod ipsis confirmatum erat, in Instrumento Pacis nullum effectum haberet, si tum demum admitterentur, quando EE. & PP. inter se convenissent, quia sic semper pluralitate votorum vincerentur: Principes Imperii in hoc consentire non voluerunt, & putarunt, cum Civitatibus Imperii demum concessum sit votum decisivum in Instrumento Pacis, quod jus correferendi in præjudicium prærogativæ & dignitatis Principum, non prætendere, sed quod acquiescere deberent, eo quod votum decisivum ipsis esset concessum. *Vide controversiam, & utriusque partis argumenta, apud author.* der Grundveste.

72. Nos putamus, ipsarum votum decisi-

cisivum non omnino esse frustraneum, quamvis ad correlationem cum Principibus non admittantur; contingere enim potest, 1. quod EE. & PP. inter se non conveniant, & quod sic alterutri parti accedentes, majora facere possint. 2. In caussis, ubi majora non valent, ipsarum votum eum habet valorem, quem habet votum Electorum. 3. In conventibus Deputationum idem esse non dubito.

73. Hæc Statuum sive concors, sive discors sententia per Deputatos Imperatori refertur. Et ab Electorum Collegio duo deputantur, unus a Moguntino, alter a Palatino, hodie a Bavaro. A Senatu Principum adduntur unus ab Austriacis aut Salisburgensi, unus a Prælatis, a Principibus securalibus unus, & a Comitibus unus, a Civitatibus duo deputantur.

74. Imperator, si Statuum accedat sententiæ, res confecta est; si secus, tam diu replicando, duplicando, & ita deinceps disceptatio instituitur, donec, si possibile sit, unanimis conclusio fiat.

75. Si Imperator & Status inter se convenire non possint, nec Imperator aliquid pro plenitudine Cæsareæ potestatis statuere, neque Status Imperii aliquid sine Imperatoris consensu concludere possunt; Recessus enim Imperii, respectu

Imperatoris & Statuum sunt instar conventionis, in qua una pars alteri invitæ obtrudere nihil potest, & hinc Recessibus Imperii semper hæc clausula est adjecta: haben wir uns vereiniget/ verglichen / und deßhalben mit und gegen einander in Contracts-Weise verpflichtet. *vide Limn lib 9. cap. 1. num. 174. & Instr. Pac. art. 8. §. gaudeant.*

76. Unde recte dicitur, quod Imperator semissem Comitiorum habeat, & Status etiam semissem, h. e. quod Imperator tantum possit solus in Comitiis, quantum possunt omnes Status Imperii simul sumpti.

77. Alii rem ita componunt: Ordinum semissis in tres sextantes dividitur, juxta triplex Imperii Consilium, scil. Electorum, Principum & Civitatum, in die Reichs-Räthe. EE. universi die gantze Churfürsten-Banck unum habent sextantem seu duo vota: alterum sextantem, i. e. duo vota occupat consilium Principum, der Fürstenbanck: ultimum sextantem habet consilium Civitatum Imperialium, der Städte Banck. *vid. Myler. de Stat. Imper. part. 1. c. 15.*

78. An bene ita exponatur? dubitamus: ad minimum, licet forte hæc conveniant re ipsa cum nostra expositione, illud quodammodo inconveniens est, quod dicitur de duobus votis.

79. Hæc

79. Hæc itaque, si ita sint conclusa, vel unanimiter, vel per majora, sequitur Imperii conclusum universale, quod nos dicimus Recessum Imperii.

80. De Recessibus Imperii antequam plura dicamus, hoc breviter notandum est; quod dentur quædam causæ, in quibus unanimis Statuum consensus requiritur & Imperatoris.

81. Huc primo refertur religio *artic. 5. I. P. §. 19.* Secundo, Collectæ, de quibus tamen in Comitiis de Anno 1653. vehementer disputatum est inter PP. & Imperii Civitates: Tertio, Majora non valere volunt in detrimentum aliorum, in tollenda lege fundamentali, tollendove jure privilegii vel contractus, quod singulis quæsitum est. Quarto, Majora in genere non valere contra utilitatem publicam. Quinto, in causis, quæ ad omnes, tanquam ad singulos pertinent. Sexto, in causis, ubi inter Catholicos & Reform. tanquam inter partes litigantes disceptatur, etiamsi religionis negotium non directo sed indirecto intervenit, aut, ubi occasione diversæ religionis, conscientiæ ratio præponderare potest æquitati. Hæc sunt, quæ Limn. recenset *dict. l. 9. c. 1. confer. hic I. P. art. 5. §. 22. Capit. Leop. art. 21.* Specialia *vid. R. I. de anno* 1544. §. Wiewohl auch auff diesem.

82. Ea vero, quæ definita sunt, referuntur a Moguntino in Recessum vel omnia vel quædam; accidit enim interdum quod, propter certas rationes Imperator & Status non omnia velint referri in Recessum generalem, sed volunt, ut quædam referantur in Recessum secundarium, in Neben-Abschied / *de quo vid. supr. l. 1.*

83. Recessus conscriptio ad munus Electoris Moguntini pertinet, cujus Cancellarius vel Secretarius eum concipit. Initium Recessus plerumque ex verbis literarum Imperialium, quibus convocantur Comitia; narratio ex propositione; expeditio, ex ralationibus & resolutionibus Imperatoris & Statuum peti consuevit.

84. Formula Recessus prius in Senatu Electorum examinatur antequam Deputatis Imperatoris & Statuum prælegatur. Ita observatum est anno 1641. in Comitiis Ratisbonensibus, sed tamen Principes die 27. Sept. contradixerunt, & hoc examen non competere Electoribus præ reliquis Statibus, existimarunt. *vid. Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 1. n. 195.*

85. Hoc examine expedito, petit Moguntinus, ut quidam deputentur ex Statibus, quibus plælegatur Recessus, quomodo ab ipso conscriptus est, & si necessum sit, desti-

corrigatur & emendetur. Nominatur Deputatis dies in loco conventui Electorum destinato, atque etiam Imperatori indicatur ut ex suis Consiliariis unum vel alterum interesse prælectioni jubeat. Electorum singuli unum vel duos, qui tamen unum duntaxat obtinent votum, constituunt. Principes Ecclesiastici tres, Seculares totidem; Civitates duo eo mittunt. Qui si vel omnes, vel majoribus votis aliquid mutandum existimaverint, id mutatur; si differant vota, votum decisivum Imperatoris Commissariis tribuit author Comitiologiæ: Bertramus vero negativam sequitur, *de Comitiis th.* 87.

86. Recessus deinde in Cancellaria Moguntina bis in membrana describitur, & unum exemplar deponitur apud Cancellariam Imperii, des Reichs Cantzeley; alterum in des Reichs Hoff-Cantzeley: Copia tantum Cameræ Imperiali transmittitur, ut habeat, quod in sententiis sequatur.

87. Lingua hodie germanica est, olim conscribebatur latina.

88. Prima Recessus, germanice scripti, mentio est apud Gothfridum Monacum *in Annal. ad Annum* 1236. extat Recessus apud Goldast. *tom.* 2. der Reichs-Satzung. *pag.* 17. Est id omnium Instrumentorum primum, de quo quidem constat, quod lin-

lingua germanica scriptum super est. *vid. Limn. ad Cap. Car. V. a. 14. verb.* die Teutsche. Maximilianus I. sua ætate magnum ei statuit præmium, qui ostenderet posset Instrumentum, ante 50. ann. germanice scriptum ut memorat Beatus Rhenanus *lib. 2. Rerum. germ.* Rudolphus I. ut dicunt. primus decreto præcepit, ut posthac, ob inscitiam Nobilitatis, Principum & Pontificum edicta & privilegia Teutonum lingua ederentur. *Avent. lib. 7. Crusius Annal. Suevic. lib. 3. p. 3. cap. 1. Lehm. lib. 2. c. 45. Goldast. Const. tom. 2. p.* 311. ubi summam decreti exhibet.

89. Sed hoc decretum nihil authentici habet: 1. quia nullus Historicus authenticus extat, qui illud exhibeat, & ipse Aventinus nullum allegat. 2. Quia A. B. latino sermone composita est, & multa extant Instrumenta, eadem lingua, Rudolphi ævo, & postea conscripta. 3. Quia authores in narranda re non conveniunt. Aventinus & Lehmannus loquuntur tantum de Principum & Pontificum edictis & privilegiis: Crusius etiam Notariis prohibitum scribit, ne contractus latine scriberent, quod tamen non usus illorum temporum solum, sed & Constit. Coloniens. 1512. inscripta: Ordnung der *Notarien*, &. Item der *Notarien*, permittit. 4. Quia in omnibus Capitulationibus Imperatorum usus dua-

duarum linguarum, latinæ ſcilicet & germanicæ, permittitur. 5. Quia Inſtrumentum Pacis, quod facit partem Receſſus de anno 1654. latine ſcriptum eſt. Interim tamen Receſſus duobus proximis fere ſeculis omnes lingua germanica ſcripti ſunt.

90. Subſcripto varia eſt, olim Receſſibus Imperii Germanici etiam Reges exteri ſubſcripſerunt. *Goldaſt. in præf. tom.* 3. An verum hoc ſit? dubitat Dn. Mauritius *de Receſſibus th.* 24. Interdum omnis ſubſcriptio deeſt. e. g. in Receſſu Auguſtano de Anno 1518. Item in declaratione Norimbergenſi pac. publ. de Anno 1532. Interdum ſolus Imperator ſubſcribit; *vid.* Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *de anno* 1546. Interdum Imperator & Elector Moguntinus, ut in der Policey-Ordnung zu Augſpurg / de anno 1548. interdum cum Imperatore & Cancellario Vice-Cancellarius vel Conſiliariorum vel Secretariorum aliquis. Policey-Ordnung zu Franckfurt / *de anno* 1577. Plerumque tamen Electorum & Statuum, qui aderant, nomina etiam acceſſiſſe, controverſia caret.

91. Rex Bohemiæ tamen, jam inde a ducentis annis, non legitur ſubſcripſiſſe Comitialibus decretis. *Goldaſt. de Regn. Bohem. lib.* 4. *cap.* 5. Cujus rei ratio-

nes has reddit: 1. ne videatur a Germanis legem accipere. 2. Quod iidem fuerint & Imperatores & Reges Bohemorum. Hanc ultimam rationem *Carpzov. de Leg. Reg. c. 5. Sect. 9. n. 29.* ideo refutat, quia duplici subscriptione uti potuissent.

92. Olim & isti Satus non subscripserunt, qui contra unam vel alteram Recessus partem protestati erant; postea tamen hoc aliter obtinuit. *vid. Recess. de anno* 1545. 1555.

93. Hodie Status Imperii subscribunt, non ipsi tamen propria manu, sed Secretarius Moguntinus. Unde est, quod in Recessibus aliquando hæc nomina mendose legantur.

94. Præterea in ordine aliquando peccatum est, ut inde certum argumentum deduci non possit ad præcedentiæ jus. Et hinc, si omissum in subscriptione Recessus reperiatur alicujus nomen, qui alioquin idonee se Statuum esse probare possit, non obest.

95. Ut varia semper fuit subscriptionis ratio, ita etiam sigillationis varia est. Modo enim solus Imperator sigillum suum apposuit, exemplum est in A. B. Recessibus Imperii de Anno 1442. & 1495. interdum solus Moguntinus.

96. Hodie sigillandi mos, ut *Beckerus in Synopsi juris publici notat, l. 4. cap. 1. p. 313.*

talis

talis est: Funiculum duplicem infimæ parti pergamenti transfixum in superiori parte sigillum Cæsaris conjungit post cujus sigillum funiculus in duos divisus manet; & in illo, qui a dextro latere sigilli Cæsarei est, Ecclesiastici sigillum suum annectunt: ac primo quidem nomine Electorum Ecclesiasticorum, Moguntinus, vel in ejus absentia, ejus Consiliarius, aut alius Elector Ecclesiasticus, qui in sessione prior est, sigillum appendit: secundum in latere dextro sigillum applicat Ecclesiasticus Princeps in sessione præcedens in secunda Statuum classe, vel eo absente, in sessione proximus: tertio loco unus ex Prælatis sigillum apponit. A latere sinistro Sigilli Cæsarei, e regione Moguntini, in altero funiculo Elector Bavariæ, vel eo absente, ejus Consiliarius, aut alius Elector secularis ejus nomine: secundo loco, sigillum nomine secularium Principum appendit secularis aliquis Princeps, qui in sessione prior est: tertio loco unus ex ordine Comitum Wetteravicorum & Suevicorum (addendi videntur reliqui Comites, de quibus supra dictum est) alternis vicibus sigillum subjungit: ultimo, sigillum Civitatis Imperialis illius, in qua Comitia habentur, funiculos ambos conjungit.

97. Quomodo obsignationis ratio se habue-

habuerit in ultimo Recessu de Anno 1654. videri potest *ex §. fin. ipsius Recessus.*

98. Sequitur publicatio. Eam Imperatori competere, extra controversiam est. R. Abschied *de Anno* 1521. *I. P. artic.* 16. *vers. inprimis &c. ibi: per universum Imperium Edictum promulget.*

99. An ipsi soli hoc jus competat, & an illud inter reservata numerari debeat? non conveniunt. *vid. Stamler de Reservat.* §. 33.

100. Fieri solet publicatio hac ratione: omnibus Statibus, ut conveniant, indicitur in Curia, ubi Imperator, vel Commissarius ejus, paucis repetit, quod, quæ post maturas deliberationes conclusa fuerunt, in scripturam redacta, ac modo prælegenda sint. Moguntinus deinde Cancellarius in consessu Imperatoris, Statuum atque populi, publice Recessum prælegit, quam lectionem excipit admonitio Imperatoris ad Status, ut singula Recessus capita sarta tecta servare velint.

101. Publicati Recessus duo fiunt exemplaria, *ut supra dictum*, & copia a Moguntino transmittitur Cameræ Imperiali: ante hanc insinuationem, Camera Imperialis non obligatur, ad servandum Recessum. Sic ultimus Recessus publicatus jam mense Majo, insinuatus autem Cameræ die 7. Septembris ejusdem anni.

102. Ad

102. Ad Receſſus hos obſervandos omnes Imperii Cives obligantur.

103. An autem Imperator & Status Imperii per modum legis obligentur? vehementer diſſentiunt inter ſe DD. Nos Imperatorem per modum contractus obligari *ſupra docuimus*; Status autem per modum legis. Et hinc, quandó legitur in Receſſibus Imperii, vereiniget/ verpflichtet/ vertragen/verglichen/ hæc ſe referunt ad Status Imperii & Imperatorem, quando ferunt legem: quando autem lex lata eſt, obligatur Imperator tantum per modum contractus, reliqui autem omnes Status univerſi & ſinguli per modum legis, ut patet ex formula publicationis, und befehlen wir darauff euch allen und jeden unſern und des H. Reichs Churfürſten und Ständen ꝛc. *vid. quæ ſupra diximus.*

104. Prima collectio Receſſuum Imperii typis Spiræ expreſſa exſtat de Anno 1527. Inſcriptio libri hæc eſt: Alle und jede des Reichs Ordnungen / ſambt der güldenen Bull und Abſchieden ꝛc. auß Befehl Käyſerlicher Majeſtät/ Stadthalters und Regiments / im H. Reich zuſammen geleſſen / durch Peter Trachen/ Schultheiſſen zu Speyer/ inſecutæ editiones Moguntinæ, anni 1548. 1552. 1559. 1567. 1599. 1603. 1614. 1615. 1622. 1642. qnam excepit demum ultima anni 1660. omnes vero imperfectæ ſunt, tum, quod

quod non omnes Imperii Recessus ibi contineantur; incipiunt enim tantum ab anno 1356. & iste Recessus, qui post hoc tempus facti sunt, ne quidem omnes ibi habentur; tum quod vitiis typographicis scateant: Ita in Recessu 1542. §. Wo dann also/ legitur, durch die ungeordnete Einnehmer: pro, durch die Untergeordnete. In der Käyserlichen Erklärung / wegen der Religion zu Augspurg / *tit.* 21. §. *pen. legitur:* Hiermit wollen wir den Ungehorsam nichts abziehen/den die Kinder ihren Eltern schuldig: pro, Gehorsamb. Quæ omnia adeo in ultima editione non corriguntur, ut ea plurimis locis augeat; imo interdum integros versiculos omittit: ut in der Cammergerichts Ordnung zu Augspurg Anno 1500. auffgericht / *sub tit.* 14. *in pr.* omittitur integer versiculus, quatuor lineis constans.

105. Ultima tamen editio omnes reliquas in eo superat: primo, quod Recessus quinq; de Anno 1510. 1535. 1543. 1559. 1560. desideratos in prioribus, adjecerit: & quod secundo præterea in paragraphos numeris distinctos Recessus singulos dividat: tertio, quod summã rerum Recessibus definitarum & capita circa singulorum initia observet; ac demum quarto, indices tres, generalem, multo locupletiorẽ, quam reliquæ editiones; speciales vero, Bullæ Aureæ & ordinationis

tionis Criminalis locupletissimos, habeat.

106. Recessus hi Imperii a Pontificibus & Paulo IV. inter libros prohibitos quidem relati sunt, & ea de re non semel conquestus est Ferdinandus I. *vid. vol.* 2. *Colleg. jur. publ. Schützii disp.* 4. *th.* 1. *lit. C.* sed hæc prohibitio non concernit omnes Recessus, verum eos tantum, qui continent pacem religiosam, aliaque religionem, aut disciplinam ecclesiasticam concernentia. Et quamvis forte ad omnes pertineret, tamen hujusmodi protestationes & contestationes Pontificis summi non erunt majoris momenti, quam illæ, quas opposuit Bulla edita anno 1651. Paci Monasteriensi & Osnabrugensi Innocentius.

TIT. II.

De Comitiis Civium Imperii specialibus.

COmitia Civium Imperii specialia sunt Conventus, authoritate legis publice instituti, a quibusdam Imperii civibus, vel in Imperii vel in propriam suam utilitatem.

1. Referimus huc 1. Conventus Electorum, qui inter se conveniunt, vel eo fine, ut eligant Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, & dicuntur celebrare,

brare, einen Wahl-Tag: vel conveniunt, deliberatum de variis Imperii negotiis, prout tempus & necessitas suggerit, & dicuntur celebrare, einen Churfürsten-Tag. *vid. A. B. c.* 12.

2. Tales Conventus habuimus Fuldæ, Anno 1608. Norimbergæ, 1611. & 1619. Mülhusii, 1620. Ratisbonæ, 1621. iterum Mulhusii, 1627. Ratisbonæ 1630. & 36. & Norimbergæ, 1640.

3. Ad hos conventus Ferdin. II. fere omnia magna negotia transtulerat. Et si hoc sequenti tempore factum fuisset, facile nostra Resp. transiisset in Monarchiam, oligarchia mixtam. *vid. Conr. ad Lampad. part.* 3. *c.* 8. §. 22. Vel etiam eos instituunt, in propriam utilitatem, ut factum in unione Electorum.

4. Secundo Conventus deputationum, deputations-Täge. Hi conventus cœperunt Anno 1555. in Comitiis Augustanis, *quorum Recessum vid:* §. So sich dann abermahls etc. instituuntur eam ob causam, ut mole negotiorum ingruente, ea quæ in publicis Imperii Comitiis explicari non possunt, a Cæsare & ordinibus delectis, quos vulgo Deputatos vocant, tractentur.

5. Indicuntur ab Electore Moguntino, vice vel nomine Imperatoris, quando motus Imperii se exserunt, atque tumultus oriun-

oriuntur, quibus sedandis; unius, trium vel quinque etiam circulorum vires non sufficiunt, aut quando alia id flagitat Imperii necessitas; vel etiam, quando in Comitiis universalibus non omnia, quæ proposita erant, expedita fuerunt. *vid.* R. A zu Regensp. *de anno* 1594. .§ Als wir dann für den vierdten 100. §. Was und so viel aber.

6. Locus ab initio certus, Francofurtum videlicet ad Mœnum, datus fuerat, qui tamen aliquando ex certa causa mutatus est; & Spiræ habiti sunt tales Conventus. *vid.* R. A. 1594. §. Was und so viel aber etc.

7. Locus & dies Cæsari, justo tempore & citra moram, significari debet, ut eo Commissarios suos tempestive ablegare possit. Præterea Ordines sive Status certi eo vocandi sunt, quibus cum deliberatio conficiatur.

8. Qui Status primo fuerint deputati, & quid novissime hic sit mutatum. *Vid.* *I. P. art.* 5. §. 18. *R. I. de anno* 1654. *&c.* Und dieweil.

9. Status autem comparentes in duas dividuntur classes, Electorum & Principum.

10. Hac de re magna fuit contentio inter Senatum Electorum & Principum in Comitiis Ratisbonensibus anno 1654. & Principes existimarunt, inter cætera, daß die

E.E.

E.E. in dem Reichs ordinari Deputation nicht Ursach hetten/ein sonderbahr Collegium zu machen / res nondum sopita est. *Vid. Limn. lib. 9 cap. 1. & inprimis authorem* der Grundveste / *qui omnium optime materiam Comitiorum exhibuit.*

11. Commissarii Cæsaris in his Conventibus proponunt, deinde in singulis Classibus singuli viritim sententiam dicunt; jus tamen omne suffragiorum inter eosdem hoc deinceps modo dividitur, ut EE. unam, cæteri PP. & Status alteram constituant partem. Qui si inter se convenerunt, conveniunt postea cum Imperatoris Commissario.

12. Et cum deputati isti, quasi per compendium totum Statuum ordinem repræsentent, quod ab iisdem in formam Recessus relatum est, æqualem cum Imperii Decretis illis, quibus in Comitiis universalibus omnes interfuerunt Status, obtinent vigorem, wird als ein gemeiner des H. Reichs Beschluß geachtet. *d.* R. A. *de anno* 1594. §. Was und so viel aber.

13. Quidam, has deputationes non esse e re Imperii existimant, quia quod universos tangit, ab omnibus approbandum est.

14. His non immerito alii contradicunt, naturalis enim est hominum ad dissentiendum libido, & longe difficilius

con-

concluditur, ubi omnes, quam ubi pauci jus votandi habent. *Vid. Bæcl. Not. Imp. lib. 24, cap. 1. num. 4.* ubi refert hanc quæstionem, an satius sit, aliquando per deputationes, quam per Comitia Imperii negotia publica expediri? inter bona Imperii nostri.

15. An mortuo Imperatore deputatio finiatur? videbatur quidem dicendum, quod non, quia Vicarii post mortem Imperatoris eum repræsentant: tamen Ferdinando III. anno 1658. mortuo, dissolutus fuit Deputationis Conventus Francofurti institutus. *Spreng. in jurispr. publ. pag.* 88.

16. Tertio, Conventus Visitatorum Cameræ, *de quibus infra dicemus.*

17. Quarto, Conventus circulares, die Craiß-Täge. Hi triplicis generis sunt: Aut enim omnium circulorum conveniunt Duces, alle des H. Reichs Craiß-Obriste / ut factum Erfordiæ anno 1567. aut aliquot duntaxat conveniunt Circuli, aut unius membra tantum. R. A zu Augspurg. *de anno* 1555. Im fall aber berührter.

18. Sunt vel ordinarii, qui ordinariam causam habent; sic quilibet circulus singulis annis bis convenire debet, ad probandas monetas, primo Maji & primo Octobris; Soll zween probations-Täg halten / vel ad minimum, unum tantum. Käysers *Ferdi-*

Ferdinandi neue Münß-Ordnung / in quo suscipi debet Rechtfertigung der gemeinen Reichs-Münßen. Vel non ordinarii, qui habent causam necessitatis & utilitatis publicæ, e. g. contributionis, præsentationis Assessorum Cameræ, executionis contra contumaces &c.

19. Circuli, vicinitate se attingentes, quotannis monetæ probandæ causa convenire, vel alias invicem de eodem negotio correspondere solebant, unde nomen der correspondirenden Craiß ortum est; & in tres Classes distributi sunt: in una sunt, Electoralis Rhenensis, Rhenensis superior & Westphalicus: in altera, superioris & inferioris Saxoniæ: in tertia, Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ & Austriæ Circuli.

20. Non ordinarii, seu non Statarii, iterum sunt, vel omnium Circuli Statuum, vel non omnium. Non omnium sunt vel Ecclesiasticorum tantum, vel Secularium tantum, vel nonnullorum ex utroque.

21. Ad Conventum vel omnium Statuum Circuli, vel non omnium, seu ad eos Conventus, qui contractiores, die engere/ dicuntur, convocare solent Principes seu Directores Circuli, die außschreibende Fürsten/ *de quibus supra*.

22. Jus indicendi conventum circularem,

rem, hi duces habent, etiamsi hoc non impetrent ab Imperatore, vel etiamsi hoc fiat inscio Imperator.

23. Commissarii Cæsaris anno 1610. Norimbergæ in conventu Circuli Franconici, contrarium quidem statuerunt, sed Status circulares merito contradixerunt. Id quod etiam Status circuli inferioris Saxoniæ fecerunt. *Vid. theatr Europ. ad Ann:* 1652. *p.* 303. hodie res omni dubio caret. *Vid. I. P. art.* 8. §. *gaudeant. inf.*

24. Terminus comparendi non est determinatus legibus, & hinc etiam idem non est in omnibus circulis, in aliquibus vocati comparere debent intra 6. septimanas a die convocationis; in aliis intra 4. septimanas a die convocationis. &c.

25. Locus, ubi conventus circuli haberi debent, a voluntate Principum convocantium, qui tamen commoditatis rationem habere solent, dependet.

26. Literæ convocationis non solum terminum & locum, sed etiam regulariter caussam, propter quam conveniendum exprimunt, & Statum, ad quem scribuntur, ut eo mandatarios suos ablegare velit, amice, vel benigne, vel clementer hortantur.

27. Ipsi, qui convocant, non alio modo vocantur, quam ea obligatione, qua circulo devincti sunt.

28. Id quod in Conventu conclusum est, redigitur in Recessum, in einen Craiß-Abschied.

29. Ubi fere in correctione & reliquis eadem obtinent, quæ in Recessibus Imperii universalibus.

30. In subscriptione aliquid differentiæ intercedit; in Recessibus enim Imperii universalibus Cancellaria subscribit nomine Statuum, hic vero unusquisque ipse. *Vid. Limn. tom. 1. addit. ad libr. 9 cap. 1. num. 241.*

31. Quinto, Conventus Civitatum, die Städ-Täge. Singulis annis, die Bartholomæi, ordinarie certo in loco conveniunt, vel omnes civitates, vel duodecim deputati Legati, secundum negotii qualitatem. *Limn. I.P. lib. 7. c. 1. n. 55.*

32. Civitates Imperiales hoc jus ab antiquo habent. *Vid. Lehm. in Chron. Spir. lib. 7. c. 67.*

33. Quamvis autem dies Bartholomæi sit ordinarius horum Comitiorum terminus, tamen anno 1522. Eslingæ Civitates convenerunt, daß allwegen in einem oder zweyen Jahren / oder so offt den jenigen / so solche Städt-Täge außzuschreiben / Befehl haben werden / für noth und gut angesehen wird / ein Stadt-Tag gehalten werden solle. *Vid. Recessum Comitiorum istorum* §. Neben dem allem 2c.

Olim

34. Olim isti, qui hæc Comitia convocarunt, non fuerunt certi, sed variatum est; Hodie werden außschreibende Reichs-Städte genennet Straßburg / Nürnberg / Franckfurth und Ulm. Et ita, quod adhuc temporarium anno 1523. in Conventu Norimbergæ placuit esse, postea perpetuum factum est. *Knipschild. de jure civit. Imp. lib.2. c.11.*

35. Sexto, huc referuntur Comitia Nobilium immediatorum, die Ritter-Täge.

TIT. III.

De Magistratibus Imperii.

POstquam originem juris & progressum cognitum habemus, consequens est, ut de Magistratuum nominibus & origine cognoscamus, quia per eos, qui juri dicundo præsunt, effectus rei accipitur; quantum enim est, jus in Civitate esse, nisi sint, qui jura regere possunt? *l.2. §.13. ff. d.O.I.*

1. Quod ad Magistratus attinet, aliter se habuerunt, tempore Ottonum & sequentium Imperatorum, aliter tempore Maximiliani I. usque ad nostra tempora.

2. Omnem judiciorum materiam peculiari & memorabili dissertatione pertractavit Conringius de judiciis Reipubl. Germani-

manicæ, unde pauca transferemus in Compendium nostrum.

3. Caroli M. ævo, judicia fuerunt partim penes Concilium omnium Ordinum, partim penes Regem solum; partim penes Duces & Graviones, cum Scabinis & Assessoribus; partim penes Episcopos, partim denique penes Regis legatos, vel, utrum loquebantur, Missos Regios.

4. Ad Concilium referebantur negotia majora, quæ nunc Status vocantur. Procerum lites per Reges aut ipsius Missos, quos hodie Commissarios vel Delegatos extraordinarios appellare posses, dirimebantur.

5. Judicium Regis in palatio Regis erat, ipseque Rex singulis septimanis semel cognitioni causarum vacavit, reliquo vero tempore Comes Palatii causas judicavit. Deferebantur ad illud judicium causæ non tantum per appellationem, sed & omnes minores inter Episcopos, Abbates, Comites & aliorum Ordinum in prima instantia.

6. Ita tamen causæ minores deferebantur ad Regem, si prius apud Comitem Palatii expositæ, ab eodem finiri nequibant. *Vid. hic Strauch dissert.* 13. *thes.* 2.

7. Extra hæc judicia, de reliquis causis minoribus judicia erant, vel profana vel

sacra.

ſacra. De rebus profanis, extra Aulam, in ſingulis pagis ſeu diſtrictibus, conſtituti erant Graviones ſeu judices, ſtipati Scabinis ſive Aſſeſſoribus, ex nobilitate aut honeſta plebe delectis, qui ſuper civilibus aut criminalibus cauſis cognoſcebant. Graviones porro, propter pagorum amplitudinem, paſſim, per vicos ſibi commiſſos habuerunt Vicarios, ſive Schulteſios, Schultz/ a quibus ad Comites dabatur provocatio.

8. Judicia ſacra ita comparata erant: primo, Sacerdotibus licuit in vitioſos Chriſtianorum mores pœnis canonicis & excommunicatione animadvertere: ſecundo conceſſa quoque erat Epiſcopis omnis in Clericos & Monachos jurisdictio: Epiſcoporum cauſæ in ſynodo vel apud Metropolitanum agebantur, & a Metropolitano ad Papam provocare licebat: tertio, ſacri judicii fuit deciſio quarumvis litium, ad id a Laicis perlatarum.

9. Et hoc judicium, tum multitudine negotiorum, tum authoritate & dignitate, multum præſtitit judicio Comitum.

10. Poſt ſacra illa, eadem tempeſtate fuere judicia de bonis ſacris, quorum judicium non erat penes ipſos Clericos aut Monachos, ſed alios, ſingillatim a Regibus ad id conſtitutos Magiſtratus, qui Vice-Domini ſeu Advocati, Kaſten-Vögte

audiebant; adeoque Clericorum personæ judicio Episcoporum, bona eorundem judicio Advocatorum Laicorum suberant.

11. Ab hisce judicibus provocabatur tum ad Missos aut legatos Regios, qui certis temporibus provincias circumibant; tum ad ipsum Regis palatium.

12. Provocare tamen non temere concessum erat, nisi ubi Comites, Episcopi, Abbates & alii officio suo minus recte fungerentur, Missorum istorum officium fuit, visitare Comites singulorum pagorum, Gauen/ nunquid officium facerent; utrum Episcopi & Comites inter se, & cum cæteris fideliter & concorditer viverent. *vid. Lehm. l. 2. Chron. c. 10.*

13. An judicia etiam ita fuerint ætate Nepotum Caroli M. & Ludovici Pii? Conringius in dict. Diss. affirmare non audet.

14. Quomodo judicia Germaniæ post Francorum tempora sese habuerint? de eo difficulter constat. Nam historici fere omnes, qui horum temporum acta consignarunt, fuere rerum civilium imperiti, adeoque paucissima de judiciis Germaniæ tradiderunt.

15. Horum autem temporum judicia pertinent 1. ad Regum causas, 2. Principum, 3. Episcoporum. Regum causæ, pertinentes ad Reipubl. administrationem, ut

ut olim, ita & poſt, agitatæ ſunt in Comitiis Regni.

16. Principum Laicorum cauſæ ſolius Regis judicio an fuerint permiſſæ? An vero jus Principum locum habuerit? *ſupra quæſivimus.*

17. Interim hoc certum eſt, quod plura circa has cauſas fuerint immutata. Primo enim, cum judicia non bene eſſent conſtituta in Imperio noſtro, poſt tempora Friderici II. *ut dicemus ſuo loco*, Auſtregæ introductæ ſunt. Secundo etiam adhuc magis in eo receſſum eſt ab ætatis Carolinæ moribus, quod etiam plurimæ cauſæ Principum armis & bellis fuerint agitatæ, ab iis, quibus potentia magis ſua, quam cauſa placuit: & eo deventum eſt in Imperio noſtro, ut tandem hæ diffidationes legibus Imperii fuerint approbatæ. *Vid. A. B. tit.* 15. Tertio, omnes etiam cauſæ, quæ olim ad Epiſcopos vel Metropolitanos pertinebant, Romam ſunt pertractæ, neglecta Metropolitanorum ac Synodorum provincialium authoritate, cum ſummo totius Reip. noſtræ damno. Imo quarto, ſummi Pontifices, variis artibus, cauſas ipſorum Principum ad ſuum forum ſumma injuria traxerunt.

TIT. IV.

De judicio Westphalico & Imperii Regimento.

OMnia itaque Germaniæ judicia varie habuerunt, usq; dum tempore Maximiliani I. Imperatoris, alia & certior eorum forma est constituta.

1. Hic jura quædam antiqua vel omnino sustulit, vel reformavit, vel nova introduxit.

2. In Ordinatione Camerali omne jus manuarium, das Faust-Recht/ & diffidationes privatorum sustulit, atque voluit, ut si inposterum unus vel alter ab alio aliquid peteret, jure experiretur, sub pœnafractæ Pacis Publicæ.

3. Judicium Westphalicum varie reformavit. Vocatur hoc judicium in Recessibus Imperii, das heimliche Gericht/ aliis das Vehem-Gericht/ item der Frey-Stuhl.

4. Origo hujus judicii communiter refertur ad Carolum Magnum. *Paulus Æmilius lib.* 2. & 3. *Histor. Franc. Cranzius lib.* 2. *hist. Sax. cap.* 21. *Lindenb. in Chron. Caroli Magni p.* 219.

Gryphiander *in Weichbildis Saxonicis cap.* 54. *num.* 5. & *seqq.* tempore Friderici III. circa Annum 1458. hoc judicium irrepsis-

repsisse autumat, & ut Scabini dignitatem sui judicii ex antiquitate commendarent, eoque prætextu crudelitatem palliarent, originis Carolinæ opinionem credulo vulgo impressisse; cum ea sit falsissima Primo, quia Carolus M. ab omni crudelitate alienus fuit, & vero hoc judicium habet speciem crudelitatis summæ. Secundo, quia Carolus M. ex singulari favore totam Saxoniam libertate donavit, quod pugnat cum singulari odio, quod hoc judicium continet.

5. Nos priorem opinionem hactenus præferimus, quia certum omnino est, hoc judicium jam diu ante Fridericum III. fuisse. Quia jam tum a Sigismundo & Friderico III. reformatum est, *vid. Reform.* Käyser Friederichs des dritten zu Franckfurt am Mayn/ *anno* 1442. auffgerichtet. *tit.* von den heimlichen Gerichten §. 1. *Reformat.* König *Maximilians*, die Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend/ zu Wormbs *anno* 1495. auffgerichtet §. item von dem heimlichen Gericht.

6. An autem ideo debeamus constanter asserere, hoc judicium a Carolo M. fuisse constitutum, quia in dictis Constitutionibus Imperatores originem ejus expresse ad Carolum M. referunt? dubitamus. Hoc enim non a legis vel a Legumlatoris voluntate & authoritate, sed historiarum

tiarum fide dependet. Si histoaiæ coævæ tacent, etiamsi Legislator junior hoc asserat, ei fides non habebitur.

7. Constituebant hoc judicium, judex der Freye-Graff/ & Assessores, appellati die Schöffen/ item Stulherren.

8. Assessores primis temporibus erant vitæ & morum probitate insignes: sed deinceps sordidæ conditionis vitæque in album hujusmodi Scabinorum inscribebantur, qui, quoniam sua potestate pessime abutebantur, sæpius reformati sunt; Atque jactatum tunc temporis hominum sermonibus, in illo judicio reos primum ad furcam condemnari, postea demum de illorum delictis & innocentia inquiri solere.

9. Jurisdictio hujus judicii per universum Imperium se extendebat,& hinc Lampadius *de Rep. Rom. Germ. c.17. §.2. dicit.* Ex privilegio eos judices quamlibet orbis arborem pro territorio habere: Inprimis tamen territorium, quod Visurgi & Rheno includitur, eorum jurisdictionem sensit. Goldast. im Reichs-Satz. *tom. 1. fol. 163.* breviter causas eo pertinentes ita recenset: si Laicus Christianus masculus a fide Christiana deficeret; si quis consecrata templa & cœmiteria combureret aut spoliaret; si quis manifestæ proditionis reus esset; si quis puerperis stuprum aut vim

infer-

inferret; si quis furto, rapinæ, homicidiis, seditionibus & incendio operam daret; si quis contra Magistratum graviter delinqueret, judicio autem se sistere detrectaret.

10. Modus procedendi antiquus in hoc judicio, *ex Æneæ Sylvii Europa capite* 49. talis erat: Secretos ritus habent, & arcana quædam instituta, quibus malefactores judicent, & nondum repertus est, qui vel pretio vel metu revelaverit. Ipsorum quoq; Scabinorum major pars occulta est, qui per provincias discurrentes, criminosos notant, & inferentes judicio accusant, probantque, ut eis mos est: damnati libro inscribuntur, & junioribus Scabinis committitur executio.

11. Hæc omnia, cum essent crudelitatis plena, & contra omnem rationem, inauditum condemnare, variis Imperatorum Constituttonibus, *quas supra allegavimus*, varie sunt reformata. Sed cum contra has Constitutiones judex & Assessores ad pristinos mores redirent, omnino abolitum est Maximiliani I. tempore Anno 1512. & cœpit ab eo tempore vocari, das verbottene Westphälische Gericht. *Vid. Werlich. in Chronic. Augustano. part.* 2. *c.* 1. *fol.* 16.

12. Post hanc abolitionem tamen adhuc hos judices interdum suum jus sibi

vindicasse, constat ex Ordinatione Camerali *de anno 1555. part. 2. art. 20.* & ab hoc tempore non amplius hujus judicii fit mentio in Recessibus Imperii; hodieque adeo ejus memoria deleta est, ut ne in ipsa quidem Westphalia luculenta vestigia supersint.

13. Alii putant, nobis non constare, quo tempore, & quomodo hoc judicium fuerit abolitum.

14. Regimentum Imperii erat Senatus Imperii, Maximiliani I. tempore in locum annuorum Comitiorum constitutus. Membris 20. constabat, eique præerat vel Imperator ipse, vel Comes aut Baro Imperii, tanquam Vicarius. Imperatori aut Vicario accedebat Electorum aliquis, cujus erat, decreta Regimenti subscribere. Reliqui ex aliis Imperii Statibus lecti erant, *quos vide* **in der Ordnung des Regimens** *tit.* **von den Zwantzigen.**

13. Potestas & facultas ei erat amplissima, es hatte vollkommene Gewalt.

16. An autem etiam in causis civilibus & privatis, præter causas publicas, judicare potuerit? non consentiunt DD. alii dicunt, habuisse concurrentem jurisdictionem cum Aulico Imperatoris Consilio. *Vid. Leipold. de concurr. jurisdict. quæst.* 8. *circa fin.*

17. Alii

17. Alii hoc negant, quia quotiescunque se miscere voluit litibus Ordines contradixere. *Vid. Limn. lib. 9. cap. 4. num. 19.*

18. Hæc posterior opinio magis videtur convenire & fini, propter quem fuit constitutum, & verbis Ordinationis Regimenti *tit.* von den Zwantzigen. Sane in Comitiis Norimbergensibus Senatui huic impositum, ut judiciales causas ad ordinaria alia judicia transmitteret. R. A. zu Nürnberg *de anno* 1529. §. Fürter soll unser Stadthalter.

19. Anno 1531. hoc Regimentum Imperii jam in usu esse desierat, *ut patet ex Reformatione* des Käyserlichen Cammer-Gerichts. *de anno* 1531. §. item dieweil das Regiment gefallen/ 50. & hinc quidam falso statuunt, hoc Imperii Regimentum fuisse abrogatum a Carolo V. ut eo facilius Monarchiam absolutiorem in Imperium indroduceret. *vid. dict. Recessum dict.* §. *ibi.* gefallen.

TIT. V.

De Austregis.

OLim, trubulento Imperii Statu, cum judicia non bene essent constituta, & is potior esset jure, qui erat potentior;

Principes soliti sunt, inter se invicem arbitraria sive compromissria judicia instituere, quæ a Germanico außtragen/ Austregæ dicta sunt.

1. Contigit id, circa medium seculi decimi tertii, in diuturno illo interregno: & postea, cum Maximilianus I. judicia Germaniæ reformaret, quia videbatur niti æquitate, ut Statibus Imperii immediatis jus quoque duarum instantiarum tribueretur, sicuti cuilibet privato; eas in Ordinatione Camerali confirmavit, & certam formam iis præscripsit. *Conring. dict. disp. de jud. germ. th. 53.*

2. Austregæ sunt judices certorum Imrii Statuum in prima instantia, legis authoritate concessi.

3. Austregæ vel sunt conventionales, quas nonnullæ Familiæ & Universitates sibi ipsis peculiares constituerunt, quas Stamm-Außträge/ gewillkührte/auch besondere Außträge vocare solent; quales habent familia Hassica, Saxonica & alii quidam Status; vel legales, quæ ex generali dispositione Imperialium Decretorum dependent.

4. Cum hæ legales constitutæ sint a Maximiliano I. ad quæstionem, an judicia Austregarum sint a Maximiliano I. instituta? Respondent DD. distinguendo inter Austregas conventionales, quas

ab

ab antiquo competere Statibus dicunt, & legales, quæ instituta sunt a Maximiliano I.

5. In Austregis legalibus novem modi præscripti sunt, quibus inter se convenire possunt isti, qui habent jus Austregarum; inter quos duo potissimum sunt in usu *Blum. Proc. Cam. de Austr. n. 57. seqq.*

6. Primo a reo tres denominantur Principes, e quibus actor unum eligere potest, ut coram ipso causa agatur. Secundo, impetrare solent Cæsareum Comissarium: reliqui modi non ita sunt in usu. *Vid. latius Ordin. Cam. de anno 1555. part. 2.*

7. Jus Austregarum non competit Statibus Imperii omnibus, sed regulariter istis, qui Principum nomine generali intelliguntur; & Civitates Imperii hoc jus non habent, nisi istæ, quæ hoc vel jure præscriptionis, vel singulari privilegio acquisiverunt: hinc Austregas conventionales tantum habent: Straßburg / quæ judices primæ instantiæ habet, Basel / Wormbs und Ulm. Nürnberg habet Windesheim und Weisenburg im Nordgau. Regenspurg habet Augspurg / Nürnberg und Ulm. Eßlingen judices habet Consules & Senatum civitatum Ulm / Reutling und Heylbrunn: Ita ut sit in actoris arbitrio locum commodiorem ex his tribus Civitatibus eligere, ubi judi-

judicium habeatur. &c. *Vid. Limn. lib. 9. c. 5. num.* 16.

8. Quæ causæ pertineant ad judicium Austregarum? vehementer controvertitur.

9. Alii dicunt, omnes causas eo pertinere, nisi expresse quædam reperiantur exceptæ.

10. Alii putant, eas tantum ad Austregas pertinere, a quibus potest appellari ad judicium Camerale: & sic dicunt, causas Principum criminales eo non pertinere, & matrimoniales, quia in his Cameræ jurisdictio non est fundata.

11. Prior opinio nititur duobus fundamentis, ex ipsa Ordinatione Camerali desumptis. Primo, quod sub vocabulo Spruch und Forderung / continentur etiam causæ matrimoniales & criminales. *arg. l. 20. ff. de accus. & l. 5. C. de jurisdict.* Secundo, quod in Ordinatione Camerali *part. 2. tit. 2.* §. Darauff appellatio ad Cameram ab Austregarum judicio concedatur, sed in iis tamen causis, de quibus alibi Ordinatio Cameralis provocationem concedit. Quod certissimo argumento est, Austregas etiam de iis judicare causis, quæ non sunt appellabiles; inter quas vel præcipue sunt causæ criminales: ex quibus simul videtur responderi posse ad argumentum dissentientium.

12. Nos remittimus lectorem ad lectionem ipsius textus, & judicio ejus decisionem relinquimus. *vid. Blum. de Austreg. supr. alleg. n.163. seqq.*

13. Inter eas causas, quæ excipiuntur a judicio Austregarum, referuntur etiam causæ feudorum regalium, causæ religionis, causæ pacis publicæ profanæ, pignorationes, arresta &c. *Vid. Ord. Cam. part. 2. tit. 5.7.9.21.22.* &c.

14. An Austregarum jurisdictio sit ordinaria an delegata? mire inter se contendunt. Nos putamus, incommode applicari leges Justinianeas in quæstionibus Magistratuum Imperii nostri, quia plane sunt diversi a Magistratibus antiquis Romanorum. Et si legibus civilibus in hæreamus, plane nullam habent Jurisdictionem: sunt enim instar arbitrorum compromissariorum, qui jurisdictionem nullam habent; imo nec appellatio ab ipsarum sententia esse deberet, secundum jus civile *l. 1. C. de recept. arbitr.*

15. Austregæ etiam obtinent, quando peregrinus litem intendit Principi Imperii: extranei enim & peregrini non debent violare leges patriæ vel mores civitatis, nec illorum causa, stylus & consuetudo judicandi invertendus est. *Rumelm. ad A. B. part.2. disp. 1. Coroll.* 4. privilegium hoc primæ instantiæ observari æque debet

a judicio Aulico, ac Camerali *vid. I. P. art. 5. §. 20. verf. vifitatio &c.*

TIT. VI.

De Judicio Camerali

CUm Maximiliani I. Imperatoris tempore, quotidie novæ caufæ deferrentur ad judicium Aulicum, ita ut his omnibus decidendis illud non fufficeret, & infuper hoc judicium Aulicum femper fequeretur Imperatorem, neque certo aliquo loco confifteret, ita ut partes litigantes magnis fumptibus atque difpendiis hoc fequi cogerentur: tandem Maximilianus I. optima ratione, communi Statuum confilio & authoritate, Anno 1495. ultimo Octobris Cameram Imperii inftituit, ut effet fupremum juftitiæ domicilium, atq; extremum juris afylum: das obrifte und lezte Gericht.

1. Si Barthio *tom. 1. fentent. Camer. in præf. verf. ne autem & Notatori ad Roding. Pandect. Cameral. tit. 2. num. 2.* credimus, jam antiquiori tempore exercebatur quandoque judicium Imperii, fub nomine des Cammer-Gerichts / quamvis non femper nec continue, fed certis tandummodo temporibus, & quidem in Comitiis plerumque celebraretur.

2. Ad

2. Ad minimum dubio caret, jam ante annum 1495. occasione imprimis pacis publicæ conservandæ, fuisse deliberatum de judicio Cameræ instituendo. *vid. D. Maurit de judic. Rothwil. th.9.*

3. Judicium Cameræ est Collegium Judicis & Assessorum, ab Imperatore & Statibus Imperii institutum, ut per universum Imperium, nomine ipsorum, jus dicat.

4. Quidam dividunt hoc judicium in judicium Senatus & Audientiæ.

5. Judicium Audientiæ est solennis Præsidis & Assessorum consessus, in quo jurati Cameræ Procuratores audiuntur.

6. Judicium Senatus est præsidis, nec non Assessorum consessus, in quo de rebus in Audientia propsitis deliberatur, & cui vel Judex Cameræ primarius, vel judicis loco, alius Comes vel Baro, secundarius dictus, præsidet. *vid. Beckmanni dissert. de Judic. Cam. divi. & personis in eo versant.*

7. Huic judicio primo Francofurtum ad Mœnum assignatum est, atque ibi dicto Anno 1495. 3. Novembris prima judicialis audientia celebrata fuit. Verum Statuum conventione non perpetuo hanc sedem acceperat, hinc variis in locis Germaniæ postea celebratum fuit; usque dum tandem in Comitiis Augustanis Statuum consensu

sensu conclusum, ut Camera statoria esset & perpetua Spiræ. R. A. Augspurg *de anno* 1530. §. Darzu meynen und wollen wir ꝛc. Cammer-Gerichts Ordnung/ *de anno* 1555. *part.* 2. *tit.* 34.

8. Cum autem hic locus admodum incommodus esset Statibus Imperii, in ultimis Germaniæ finibus sitis, *in I. P. art.* 5. §. 20. constitutum est, ut proximis in Comitiis deliberaretur de hoc judicio in commodiorem locum transferendo. Cum postea Anno 1654 in Comitiis Ratisb. hoc in deliberationem veniret, hat man umb vieler Ursachen willen solches noch nicht thunlich befunden. *vid. R I. de anno* 1654. §. Als auch bey den allgemeinen. 167.

9. Personæ hujus judicii sunt, Judex, Præsides & Assessores.

10. Judex debet esse Germanus, & Illustri sanguine legitime natus, Princeps, Comes, vel ad minimum Baro, Religionis Catholicæ Romanæ aut Reformatæ. *Vid. Ord. Camer. part.* 1. *tit.* 3. §. *f.*

11. In diæta Monasteriensi conclusum novissime, ut præter Judicem & 4. Præsides, quorum duo debent esse Augustanæ Confessionis, præsentati ab ipso Imperatore, numerus Assessorum Cameralium ad quinquaginta augeri deberet; ast adhuc nondum ultra 17. simul

mul vidimus. *Blum. ad Proc. Camer. tit. 4. num. 15.*

12. Qui & quot Assessores hodie præsentent Status Imperii? *vid. I.P. articul. 5. §. 20. & R. I. Anno 1654. §.* Demnach in dem Friedenschluß.

13. Omnes circuli hodie habent jus præsentandi, excepto Rhenano inferiori, seu Circulo Electorum: ratio, quia in hoc circulo fere EE. tantum sunt, qui jam habent jus præsentandi.

14. Præsentari debent intra 6. Menses ab eo tempore computandos, quo quis locum vacare scivit: aut si quis in præsentando moram nectat, Cameræ Judex & Assessores jus præsentandi habent. *vid. O.C. part. 1. t. 4. §.* Wo auch ꝛc. & *novissime Recessum Imperii de anno 1654. §.* Dieweil aber die Ersetzung.

15. Qualitates generales sunt, 1. ut honestorum sint morum & inculpatæ vitæ. 2. Ut ex legitimo thoro. 3. Ut in Germania nati sint. 4. Ut juris scientia sufficienti sint instructi. 5. Ut Religioni Pontificiæ vel reformatæ sint addicti. 6. Olim requirebatur, ut DD & JCti, in Academia ab Imperatore vel Rege Romanorum approbata legerint, aut ad minimum quinque annis juri dederint operam. *dict. Ord. Cam. part 1. t. 3.* hodie per R. I. de anno 1654. §. Sintemahl aber / non ad quin-

quinquennium illud respicitur, sed magis qualitas attenditur.

16. Privilegia Assessorum sunt; ipsi, tota cum familia, eorumque post mortem viduæ immunes sunt von Ungeld/Daß/Zoll und aller Beschwerung / auch anderen Gerichtszwängen. *dict. part.* 1. *t.* 49. *in pr.* degunt sub speciali Imperatoris protectione. *dict. tit.* 49. *in f. &c.*

17. Salarium Assessorum exiguum fuit, sicut & salarium Judicis & Præsidum. Hodie in R. J. de Anno. 1654. auctum est, & judici assignantur 4400. Imperiales; unicuique ex Præsidibus 1371. Imperiales; unicuique ex Assessoribus 1000. Imperiales. *d. R. I.* §. dieweil auch. *II.*

18. Sunt adhuc aliæ hujus judicii personæ; 1. Fiscalis Cæsareus, hic iisdem privilegiis fruitur, quibus Assessores; & hodie salarium ipsius itidem sunt 1000. Imperiales. *dict. R. I.* §. dieweil. Huic Fiscali 2. additur Advocatus Fisci, & hic iisdem immunitatibus fruitur, quibus Assessores; Salarium ejus hodie est 571½. Imperiales. 3. Sunt Advocati & Procuratores Cameræ, quorum sunt viginti quatuor, *Secundum Ord. Cam. de anno* 1555. *P. I. tit.* 18. *in R. I. de anno* 1570. §. wiewohl auch leichtsamb ꝛc. 62. sex super addit sunt.

19. Constituuntur a Prætore & Assessoribus

ribus Cameræ; debent ex legitimis nuptiis esse prognati, juri, scientissimi, honestæ vitæ, religionis aut Catholicæ aut Reformatæ; R. A. *de anno* 1654. §. Doch soll darbey 23. Debent jurare secundum formulam O. C. de anno 1555. *part.* 1. *tit.* 63. & *seqq.* expressum. Salarium certum non habent, sondern müssen sich mit dem/ was ihnen durch Cammer-Richter und Beysitzer taxiret wird / zur Belohnung begnügen lassen / und die Partheyen nichts weiter darüber beschweren / noch einige sondere Geding mit ihnen deßhalben machen. *tit.* 46. immunitates cum Assessoribus æquales obtinent *tit.* 49.

20. Sunt præterea complures personæ, quæ Cameræ inserviunt, ut Administrator Cancellariæ, Protonotarii, Notarii, Lectores, Registratores, Scribæ, Ministri, Pedelli, Nuncii, atque eorum Magister, der Bottenmeister / *vid. de his omnibus dict. O. C. de anno* 1555. *P. I.* variis titulis. Quo etiam refertur Medicus Cameræ, qui hodie pro salario accipit 285. Imperiales. Administrator Cancellariæ 152½. Imperiales. Duo Pedelli, unusquisque 90. Imp. Duodecim tabellarii Equestres, unusquisque 32.½ Imp.

21. A quo Judex & Cameræ Assessores suam jurisdictionem accipiant? *supra late a nobis actum est.*

22. An

22. An eorum jurisdictio sit ordinaria an delegata? quanquam plures ex Doctoribus pro ordinaria, plures vero pro delegata pugnent; nos eorum jurisdictionem putamus nec ordinariam nec delegatam esse, prout ordinaria & delegata jurisdictio definitur jure civili justinianeo: sed esse jurisdictionem simpliciter dependentem & Magistralem.

23. An Camera habeat concurrentem jurisdictionem cum judicio Aulico? expeditum non est: *Quæstionem videbimus infra.*

24. Interim ponimus regulam: Cameræ jurisdictio se extendit ad omnes personas & res Imperii, nisi quatenus excipiuntur.

25. Personæ aut mediate subsunt Imperatori & Imperio, & hæ conveniuntur in Camera in secunda instantia; excipiuntur Lotharingici & Burgundici Ducatus incolæ, nec non subditi Archi-Ducis Austriæ. *Vid.* die Lotharingische und Brandenburgische Vorträge.

26. In prima autem instantia regulariter conveniri non possunt. *O. C. part.* 2. *tit.* 1. *in pr. t* 5. §. Und soll sonst *t.* 8. §. Wo sich aber zwischer. Et privatus cum privato litigaturus in prima instantia adit Prætorem aut uris aut vici, ubi degit. Si quis per sententiam ab hisce judicibus inferioribus

bus est gravatus in omnibus Germaniæ Provinciis est superius aliquod Tribunal, toti Provinciæ commune, ad quod singulis provocare est licitum. *Vid. Ludolph. Hug. de Stat. Imp. Germ. c.* 4. §. 36. *& seq.* & tunc si quis se gravatum putet, & Status non habeat privilegium de non appellando, liberum ipsi est, aut appellare Spiram aut Viennam.

27. Sunt etiam causæ, ubi mediate subjectæ personæ in prima instantia in judiciis summis conveniri possunt. Primo, in den Fällen, so nach Laut der Cammergerichts-Ordnung, an das Cammer-Gericht ohne Mittel gehören. *O. C. part.* 2. *tit.* 1. Secundo, in casu denegatæ aut protractæ justitiæ. *dict. tit* 1. Tertio, si Status Imperii subditum convenire velit. *Gail.* 1. *obs.* 1. *num.* 18. Quarto, si conveniatur persona Cameralis *O. C. part.* 1. *tit.* 49. Quinto, si conveniatur is, qui habet domicilium sub jurisdictione litigiosa. *Gail. dict.* 1.

28. Immediate, qui subsunt Imperatori & Imperio, in Camera conveniendi sunt in prima instantia.

29. Excipe primo, qui habent jus primæ instantiæ. *O. C. part.* 2. *tit.* 2. *&* 27. Secundo, qui exempti sunt a jurisdictione Cameræ, uti Duces Lotharingiæ, Duces Burgundiæ, Archi Dux Austriæ, de quo

 tamen

tamen nondum certo constat, sic Carolus V. tanquam Archi-Dux Austriæ fuit citatus &c. Wir Carl/ Römischer Käyser / entbieten dir Carl von Oesterreich. *Vid. Bux-Buxtorff ad Aur. B. c.5. concl.64. in f.*

30. Causæ ad Cameram pertinentes in prima instantia plures sunt.

31. Primo, omnes causæ fiscales. Secundo, causa fractæ pacis religiosæ. Tertio, causa fractæ pacis profanæ &c. *Vid. O. C. part.2. tit.9. & pluribus seqq.*

32. In secunda instantia eo deferuntur causæ, vel mediate subjectorum vel etiam immediate subjectorum, qui habent beneficium Austregarum.

33. Excipiuntur primo causæ concernentes feuda majora. *O. C. part. 2. tit. 7.* Secundo, Causæ Italicæ, *secundum quosdam* vid. *Paurmeistr. lib. 2. de jurisdiction. cap. 5. n. 60. Arumæus discurs.3. ad A. B. th. 32. p. 155.* Tertio, causæ criminales, peinliche Sachen / die Leibstraff nach sich ziehen. *O.C. part.2. tit.28.* quia autem dictus textus loquitur de appellatione, DD. quærunt, an ergo causæ criminales Statuum eo pertineant in prima instantia? Alii negant, quia Camera non habet merum Imperium, nisi in certis casibus, e. g. crimine fractæ pacis, in casu nullitatis, in quæstione, ubi non de crimine puniendo, sed ubi de eo quæritur, quis judicare debeat. Si

Ordi-

Ordinarius negligat justitiam in criminalibus; tunc enim mandata sine clausula decernuntur contra Magistratum sub pœna aliquot marcarum auri. *Ruland. d. Commiss. part.* 1. *l.* 2. *c.* 3.

In Criminalibus, ubi non ad sanguinis pœnam, sed mulctam atq; pecuniariam pœnam agitur. *Frider. lib.* 1. *de process. extrah. c.* 9. ergo in casibus non exceptis cognitionem in Criminalibus non habet. Alii affirmant, quia textus Ordinationis Cameralis loquitur tantum de appellationibus. Prior opinio nobis videtur verior; si enim per appellationem eo devolvi non possunt, multo minus in prima instantia; quia Cameræ jurisdictio, ratione appellationis latior est, quam ratione primæ instantiæ. Quis autem hic judicare debeat? An Austregæ? An Consiliarii Principum? An Imperator? *vide ex iis, quæ supra diximus,* von dem Fürsten-Recht / & *de Austregis.* Quarto, causæ matrimoniales, si de jure & viribus matrimonii quæratur: si enim quæstio facti incidat, puta, si Cajus neget, Semproniam suam uxorem esse, ubi quæritur, quatenus matrimonium contractum, vel verba aut actus tales intervenerint, ex quibus matrimonium contractum fuisse, arguendum sit, nec ne, Camera quæstionem determinat. *Steph. de jurisd. pag.* 1. *cap.* 3. *num.* 158. Quinto, omnes causæ

spirituales & Ecclesiasticæ, nisi quatenus de possessorio agitur. *Mynsing. 2. obs. 67. n. 2.* Sextо, Causæ appellationum, quantitatis minoris. Quantitas hæc olim fuit 50. flor. *O. C. part. 2. tit.* 28. §. Und sonderlich. Postea extensa est ad 150. flor. R. A. zu Speyer. *de anno* 1570. §. Als wir dann. anno 1600. ad 300. flor. *R. I. dict. anno* §. Wie wohl dan auch. Tandem novissime ad 400. Imperiales *R. I. de anno* 1654. §. Vierdtens solle die. Si tamen civis Imperio immediate sit subjectus, & immediate in Camera conveniatur in prima instantia, quantitas determinata non est.

Si summa non sit appellabilis, & tamen se gravatum quis putet, aliud remedium ipsi conceditur, quam remedium appellationis. *Vid. ult. R. I. de an.* 1655. §. 113. 114. Septimo, summa non debet esse infra quantitatem eam, infra quam ab hoc vel illo Statu, ex privilegii tenore, ad Cameram appellare non licet. *O. C. part. 2. tit.* 28. §. Und sonderlich *in f.*

34. Causæ in hoc judicio pendentes, sive in prima sive in secunda instantia, avocari non possunt, vel ab ipsis partibus transferri ad judicium Aulicum sub pœna 10. marcarum auri. *Vid. R. I. de anno* 1654 §. Ebenmässig sollen 166. *Capit. Leopold. art.* 42. *Mauritius de jud. Aul. th.* 14. *Blum. de Proc. Cam. tit.* 25. *n.* 18. *& seqq.*

35. Lite

35. Lite per ſententiam Cameralium finita non datur appellatio ulterior: ne tamen litigantibus, qui ſe gravatos putant, deſit remedium, ipſis datur beneficium reviſionis *O. C. part.* 3. *tit.* 53. *I. P. art.* 5. §. 20.

36. Reviſio eſt remedium extraordinarium, quo reviſores ad ſententiam, a Camera latam, in melius formandam & corrigendam implorantur.

37. Qui reviſionem petere volebat, hoc olim debebat facere eodem anno, quo ſententia lata erat, tribus menſibus ante primum Maji; vel ſi tantum temporis non ſupererat, rejiciebatur in proximum annum. *O. C. part.* 3. *tit.* 53. noviſſime tempus quadrimeſtre præſtitutum eſt a die latæ ſententiæ. *R. I. de anno* 1654. §. In Fällen 125. & ſi obtinuerit, eam reproducere debet in Camera ſub pœna deſertionis *dict. text.*

38. Reviſio peti debet ab Electore Moguntino, vel ſi Moguntinus conſtituat partem litigantium ab Electore Trevirenſi *Vid. dict. tit.* 53. & R. A. zu Regenſpurg *de anno* 1594. §. Als uns auch bey währenden.

39. Peti poteſt in omnibus cauſis, in quibus ſententia a Camera lata eſt, ſed ne temere petatur reviſio, juramentum calumniæ petens præſtare tenetur. *Deputa-*

tions-Abschied zu Speyer *de Anno* 1600. §. Und obwohl hierbey. & summam pecuniæ, quam visitatores, considerata persona & causa determinant deponere, aut de eadem fidejussores dare cogitur, quæ Fisco Imperiali, si succumbit, cedit *Q.C. part* 3. *tit.* 53. §. Und damit &c. vel si pauper est, tunc juratoria cautio sufficit, & si in revisione succumbat, pecuniaria pœna convertitur in corporalem, & provocationis injuria carcere vindicatur. *Gail.* 2. *O. ult. num.* 4. Hodie summa revisibilis est 2000. Imper. non computatis usuris & interesse. *R. I. de anno* 1654. §. Zu Abkürtzung. 127.

40. An Revisionis detur revisio? Negativa videtur fundamentum habere *in dict. tit.* 53. §. Darauff sollen *in f. ibi.* und mit der *Execution* solcher *reformirte* Urtheil an dem Cammer-Gericht vollfahren werden.

41. Beniguior tamen est sententia distinguentium, an sententia a Camera lata sit confirmata, an reformata a Visitatoribus, si confirmata est, tunc revisionis revisio concedi non debet, ne lites fiant immortales, si est reformata, non debet esse deterioris conditionis is, pro quo Camera pronunciavit, quam contra quem pronunciavit. Et hoc videtur fundari in dicto textu, ubi in casu confirmatæ sententiæ ulterior revisio

visio prohibetur; Ergo in casu reformatæ sententiæ permittitur.

42. Revisione legitime impetrata, Archi-Episcopus Moguntinus fide bona refert ad eos, qui Cameræ Visitatores sunt constituti, ut una cum Cæsaris Commissario causas & acta diligenter recognoscant atque revideant. *vid. dict tit.* 53. §. Erstlich *& seq.*

43. Revisionis effectus olim erat suspensivus, hodie est tantum devolutivus. *R. I. de anno* 1654. §. Nach Berathschlagung. 124.

44. An hæ revisiones sint e re Imperii *vid: Conring. ad Lampad. p.* 3. *c.* 17.

45. Præterquam, quod visitatores Cameræ ad litigantium instantiam acta sic revident, ipsis injunctum est, ut singulis annis in Camerales personas inquirant, corruptelasque atque defectus judicii cæterosc ognoscant atque corrigant. *O. C. part* 1. *tit* 58. *& part.* 2. *tit. ult.*

46. Sed cum Archi-Episcopus Magdeburgensis, Germaniæ primas ad Protestantium religionem transiret, & Catholici Status, ut votum & sessionem in Comitiis, ita Revisoris quoque munus eidem denegarent: Revisiones plurimis annis non susceptæ sunt, & plurimæ sententiæ, per petitam revisionem manserunt omnis executionis vacuæ, solis gaudentibus iniquis

possessoribus, pluresque corruptelæ, cum summo totius Germaniæ malo in Judicium Camerale irrepserunt.

47. Status Imperii huic malo mederi cupientes in Pace Monasteriensi constituerunt, ut justitia reformaretur in Imperio nostro. *I.P. art.* 5. §. 20. *art* 8. §. 3.

48. Et cum in proximis Comitiis de anno 1654. hic articulus in deliberationem veniret, multa in judicio Camerali, & in specie etiam circa visitatores constituta sunt, quæ *vid. in R. I.* dicti Anni §. 130. *& seqq.* uti & quinque classes deputationum extraordinariarum pro visitatione Cameræ Imperialis & Revisionibus ibidem expediendis *inf. dict. Recess.*

49. Ex iis, quæ dicta sunt de revisione, sponte sequitur, quod quamvis Camera Imperialis sit summum & ultimum Judicium Germaniæ nostræ, tamen summa jurisdictio penes ipsum simpliciter non sit.

50. Ordinatio Cameralis prima lata est Anno 1495. *quæ etiam extat in volumine Recessuum.* Secunda est An. 1496. *quæ reperitur apud Goldast.* in den Reichs-Satzungen / *p.* 209. *& seqq.* Secutæ aliæ, donec Carolus V. Anno 1548. novam Ordinationem componi jussit. R. A. zu Augspurg 1548. §. Und nachdem wir / quæ Anno 1555. promulgata est, & qua in Imperio hactenus utimur. Et cum per Recessus Imperii

perii subsequentes circa negotia Cameralia multa murata atque correcta essent, ut per communia decreta, gemeine Bescheid / & Cameræ consulta, Rudolphus II. ne ea dispersa extra corpus Cameralis Ordinationis perderentur, judici Cameræ & Assessoribus id negotii dedit, ut omnia in unum, novæ Ordinationis titulo colligerent, quæ deinceps Imperatoris & Statuum consensu approbata, typis imprimerentur. R. A. *de Anno* 1598. §. Wir sind auch. Hoc ab illis præstitum est, & talis Ordinatio conscripta, quæ hodie extat, nomine eines concepts der Käyserlichen Cammer-Gerichts-Ordnung / quæ tempore Mathiæ Imperatoris Anno 1613. etiam eidem & Ordinibus Imperii oblata, nondum tamen hactenus confirmata est. Interim brevi additis, quæ deinceps accesserunt, expectamus novam & perfectiorem Cameræ Ordinationem, prout dispositum hoc est in ultimo Recessu Imperii de Anno 1654. §. 134.

51. Præstitit hic bono publico egregiam operam Jacobus Blumius, editione nova des Concepts der Cammer-Gerichts-Ordnung / cui illa fere omnia, quæ requirit Imperator & Status. adjecit, irrepta in priora exemplaria errata typographica emendavit, loco parallea, textus ex Recessibus memoratis visitationum, ut & Cameræ consultis singulis locis congrue adjecit, &

quicquid per recentiores Recessus & decreta Cameralia ab anno 1613. ad hunc usque diem mutatum est: hocque opus, Electoris Moguntini consensu & privilegio publici juris fecit.

TIT. VII.
De Judicio Aulico.

ALterum summum in Imperio nostro judicium est judicium Aulicum, alias etiam dicitur Aula Cæsarea. *Capit. Leop. art.* 18. Käyserlicher Reichs-Hoff-Rath/ Ihrer Majestät höchstes Gericht.

1. Judicium Aulicum est Collegium Præsidis & Assessorum, nomine Imperatoris in Imperii causis in Aula jus dicens.

2. Judicium Aulicum duplex est, der Käyserliche Reichs-Hoff-Rath und der Käyserliche geheime Rath.

3. Origo hujus judicii eadem est cum origine Imperii Romani, licet judicium ipsum pro varietate temporum varie se habuerit. Antiquis Imperatoribus dicebatur Consilium Principis. *l.* 10. *ff. de excus. tut.* Consistorium sacrum *l.* 8. *C. de LL.* Germanis dicebatur, das Hoff-Gericht. Sic ap. Goldast. legitur Ordinatio Friderici II. de anno 1236. per quam constituitur, daß der Hoffrichter alle Tag solle zu Gericht sitzen.

Imo

Imo usque ad Maximiliani Primi tempora, Camerali judicio nondum constituto, ita in usu fuit, ut ad hoc solum fere causæ Imperii devolverentur.

4. Alii existimant, cœpisse tantum tempore Ferdinandi I. & Caroli V. *vid. Hippolitum a Lapide, de Ratione Status part. 2. c. 5. sect. 5.* Cum autem hoc judicium omnibus litibus definiendis non sufficeret, Camera Imperialis instituta est, *ut dictum supra*; ita tamen, ut judicii Aulici potestas salva atque integra manserit, ut hoc omnium clarissime patet ex R. I. zu Cöllen de an. 1512. §. Zum dritten &c. *ibi.* Nachdem täglich der Partheyen Händel und Sachen aus dem Reich an unsern Käyserlichen Hoff wachsen.

5. Dicitur Reichs-Hoff-Rath / non ratione causæ efficientis, ac si dependeret ab Imperatore & Statibus simul, sed ratione objecti: Quia causæ Imperii vel in prima vel in secunda instantia eo deferuntur, *vide hanc quæstionem supra agitatam.*

6. Judicii hujus supremum & summum caput est ipse Imperator. R. H. O. *tit.* 1. *in pr. ibi.* Dessen obristes Haubt und Richter wir allein / und ein jeder Römischer Käyser selbst ist.

7. Præses est aliquis e Principum, Comitum, aut Baronum Imperii Ordine. Hujus dignitas est proxima ab Imperatore in hoc judicio.

8. Hunc sequitur Vice-Cancellarius, si contingat & Præsidem & Vice-Cancellarium abesse, ejus munus explet Senior ex ordine Assessorum, ita ut initium fiat ab eo, qui in ordine equestri primum locum obtinet. R.H.O. *tit.* 1. §. Da aber solcher.

9. Assessorum numerus, in Ordinatione Ferdinandi I. & Matthiæ definitus non est. In Ordinatione Ferdinandi III. Anni 1645. numerus restrictus est ad 17.

10. Assessores, non computato Præside anno 1663. quamvis jam 18. essent Consiliarii Aulici, tres adhuc equestris Ordinis & JCtus unus additi sunt. Olim erant omnes Pontificiæ religionis: sed quoniam protestantes putaverunt, se odio religionis iniquis sententiis gravari, jam tum Cæsar Pace Pragensi promisit, se ea de re annon assumendi sint aliqui Protestantium religioni addicti, deliberaturum cum Statibus Imperii.

Unde quidam concludunt, jam ante Instrumentum Pacis Protestantium religioni addictos in hoc judicium fuisse assumendos. Potissimum etiam, quia processus Cameræ etiam in hoc judicio Aulico observari debuit. *O. C. part.* 1. *tit.* 1. quantum fieri potuit, nisi in expresse exceptis.

12. Jam autem in Cameræ judicio Pontificiæ & Protestantium religioni addicti Assessores fuerunt. Quo accedit, quod Do-

minus

minus Bidenbachius, Professor antea Tubingensis, Evangelicæ Religionis, jam ante Instrumentum Pacis in numerum Assessorum Aulici judicii fuerit allectus.

13. In Instrumento Pacis postea constitutum, tot reformatos in hoc judicio esse admittendos, ut casu eveniente paritas judicantium ex utraque religione Assessorum observari posset. *I. P. art.* 5. §. 20. atque ut his pactis staret Imperator, in Ordinatione judicii Aulici de anno 1654. §. Wir wollen/ promittit sex Assessores Augustanæ confessionis.

14. Augustanæ confessionis Assessores non quidem sunt eodem numero in hoc Consilio, nihilominus tamen casu eveniente pares finguntur esse aliis.

15. Quomodo hoc fiat, vid. Instr. Pac. *art.* 5. §. 20. & judicium de hoc authoris der Grundfest. *p.* 270.

16. Consiliarii Aulici vel sunt equestris ordinis vel literati: illi sedent ad latus dextrum, auff der Ritter-Banck/ Hi ad sinistrum, auff der Gelährten Banck. R.H.O. *t.* 1. §. Die *Session* der Reichs-Hoff-Räth belangend.

17. In causis Status primus ex equestris ordinis Consiliariis primum votum dicit: in causis autem ad justitiam spectantibus primæ sunt partes ejus, qui primum in ordine eruditorum tenet locum.

18. Omnes debent esse Germani *Cap. Leop.*

Leop. I. art. 41. bonæ famæ, & bona in Imperio possidentes pro ratione Status eorum. R.H. *O. in pr. Cap. Leop. dict. art.* 41. ea rerum Germanicarum & juris peritia, ut referre ex actis idonei sint (ita ut hodie ex Ord. *Ferd. III. tit.* 1. §. Alle diese 18. Personen, nulla sit differentia inter Nobiles & Juris Consultos Imo, nisi antea industriam suam probaverint gestis apud EE. vel alios Imperii Status officiis examen subeunt, ac processus alicujus, in quo definitiva sententia ferenda est, acta ipsis exhibentur, e quibus suo marte, quod sancte promittunt, referant, *dict.* §. Alle diese 18. Personen. Eliguntur ab ipso Imperatore. *Cap. Leop. art.* 40.

18. De salario ipsorum olim varie deliberatum fuit: hodie ex *Cap. Leopld. art.* 41. Imperator iis illud solvit, so wohl auß der Hoff-Cammer/ als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln.

20. Causæ, quæ agitantur in hoc judicio eædem sunt, quæ agitari possunt in judicio Camerali.

21. An autem hæc duo judicia inter se habeant concurrentem jurisdictionem? olim valde fuit dubitatum. Nos putamus, judicium Aulicum habere concurrentem jurisdictionem cum judicio Camerali. R. H. O. *tit.* 2. §. So wollen wir auch / daß unser Reichs-Hoff-Rath sonsten und in denen

Fällen/

Fällen / darinnen Wir und unsere Vorfahren am Reich unserm Cammer-Gericht *concurrentem jurisdictionem &c.* id quod confirmatum est in *I. P. art.*5. §. 20.

Excipiendæ tamen erunt personæ Camerales, easque concernentia negotia; eæ enim immediate sub Camerali jurisdictione ita esse videntur, ut concurrentiæ locus non sit. *O. C. part.*1. *tit.*63. *in pr. R. I. de anno* 1654. §. 141. *vid. Blum. in Proc. Cam. tit.*26. *n.* 12. *& seq.*

22. Quamvis autem judicium Aulicum concurrat cum Camera, non tamen Camera in omnibus concurrit cum judicio Aulico. Sunt enim causæ quædam, quæ pertinent tantum ad judicium Aulicum: ut causæ feudorum regalium, causæ Italicæ, confirmationes privilegiorum, veniæ ætatis concessio, restitutio famæ, causæ criminales Statuum Imperii &c. *D. Maurit. de jud. Aul. th.* 14. Quædam tamen in his sunt, de quibus vehementer controvertitur.

23. In iis, in quibus concurrentia obtinet, præventioni locus est, adeo ut lis, in uno ex his judiciis pendens, inde avocari non possit. *R. I. de anno* 1654. §. Ebenmässig sollen. *Cap. Leop. art.* 42.

24. Reges Sueciæ, ratione eorum, quæ possident in Germania, ut & Duces Brunsvicenses & Luneburgenses habent beneficium electionis fori, & ipsis liberum est

vel

vel in Aula Cæsaris vel Imperiali Camera intentatam actionem excipere; ita tamen, ut intra tres menses a die denunciatæ litis declarare debeant, coram quo judicio se sistere velint. *vid. I.P. art.* 10 §. 5. *vers. econtra vero Roding. augment. lib.* 1. *t.* 20. *p.* 322. & 328.

25. In omnibus causis, quæ hic agitantur, non minus debent observari privilegia Austregarum & de non appellando, ac in judicio Camerali *vid. I. P. art.* 5. §. 20.

26. Locus judicii Aulici nec olim certus erat, nec hodie certus est; sed semper sequitur Aulam Imperatoris R.H.O. *tit.* 1. §. Alle diese. etc. unde leguntur in citationibus hæc verba, An unserm Käyserlichen Hoff/ was Enden derselbe alsdran seyn wird.

27. Interim tamen hoc præcise necessarium non est; sed in arbitrio Cæsaris, an Senatum Aulicum secum ducere velit, an in alio loco illum relinquere. Sic, cum anno 1645. Ferdinandus III. ex superiore Austria in Bohemiam discederet, Aulamque suam Pragæ constitueret; Consilium Imperiale Aulicum Lincii permansit, ibique processus omnes expediti, ac Pragam Cæsari ad subscribendum missi sunt. Sic, cum idem Imperator cum Filio Ferdinando IV. 1654. Ratisbona Augustam Vindelicorum ad actum electionis Regis Romanorum proficisceretur, Senatus tamen Aulicus

licus Ratisbonæ ſubſtitit, ibique ſeſſiones & expeditiones continuavit.

28. In quocunque autem loco conſilium Aulicum conſiſtat, nihilominus in citationibus Cæſareis, quæ inde procedunt, locus iſte non apponitur, ſed omnes citationes ad Aulam fiunt Imperatoris, ut dictum: atque in hoc differunt a citationibus cameralibus; in quibus, quemadmodum in omnibus judiciis, locus judicii apponendus & denominandus eſt.

29. Ordinationes judicii Aulici tres hactenus vidimus: Prima eſt Ferdinandi I. 1559. Auguſtæ Vindelicorum promulgata, quæque temporibus Maximiliani & Rudolphi II. ſemper in uſu fuit. *vid. Limn. in addit. ad lib. 9. cap. 4. n. 34.* Secunda eſt Matthiæ Imperatoris, quæ communicata eſt Statibus menſe Auguſto 1614. & 1615. menſe Febr. in conventu Norimbergenſi, auff dem Correſpondenß-Tag reviſa quidem & correcta. *Limn. dict. lib 9. cap. 4.* uſu tamen nunquam recepta adeo, ut Ordinatio Ferdinandi I. obtinuerit adhuc ſubſequenti tempore, uſque dum Ferdinandus III. aliam conſcribi curaret. Tertia ergo eſt Ferdinandi III.

30. Cum enim in noviſſimo Receſſu *de anno* 1654. §. Es ſollen auch 137. ſancitum eſſet, ut non tantum norma Cameralis Ordinationis per totum Imperium in omnibus

bus Judiciis inferioribus, in quantum cujusque loci consuetudo id permitteret, institueretur; sed & *per I. P. art.* 5. *n* 54. constitutum esset, ut in ipso quoque Aulico judicio per omnia Ordinatio Cameralis servaretur, Ferdinandus III. quia Ordinationem Aulicam separatam ab Ordinatione Camerali retinere voluit, Anno 1654. eam renovari & publici juris Ratisbonæ fieri curavit. Cumque hujus communicationem Status Imperii zu gehöriger Durchsehung und Beybringung ihrer Erinnerung a Cæsarea Majestate peterent, ea communicatio cum aliis materiis gravissimis ad prorogata Comitia ab ipsa remissa est, & Imperator declaravit, eam non solum secundum Ordinationem Cameræ, Constitutiones Imperii & Instrumentum Pacis esse compositam, sed & omnia illa, quæ in Comitiis Anno 1654. ratione justitiæ promptius administrandæ constituta essent, in eam esse relata. Verum Status istam pro legitima agnoscere non voluerunt, & propterea contra competentiam judicii Aulici protestati sunt. *Author* der Grundfeste *part.* 3. *cap.* 5. *pa.* 171. 172.

31. Non obstante tamen hac protestatione, EE. Leopoldum Imperatorem ad observandam hanc renovatam Ordinationem juramento obstrinxerunt. *Capit. Leopold. art.* 41.

32. Hinc

32. Hinc etiam Consiliarii Cæsarei hanc Ordinationem constanter sequuntur, seque eam observaturos juramento promittunt.

33. Lingua in hoc judicio adhiberi solita est vel germanica vel latina. Vid. R. H. O. *tit. 6. in pr. & Capit. Leop. art* 41.

34. Quando causæ erant graviores, & ubi politicæ considerationes interveniebant, postquam ad sententiam usque in judicio Aulico agitatæ essent, cum voto, mit einem Gutachten referebantur ad Cæsarem: Cæsar causam in Consilio secreto, im geheimen Rath/ proponebat, & in eo, non justitiæ solum & juris, sed & Status ratio habebatur, an nimirum utile esset, talem sententiam ferri, & an, & quam commode executio fieri posset? sed cum grave hoc videretur Statibus Imperii, monita sua propterea ad EE. Anno 1658. ad Leopoldi Capit. miserunt, quæ etiam in hoc puncto observata sunt, & expresse constitutum, ne imposterum secretum consilium rebus in consilio Aulico agitatis se immisceret, *Capit. Leop. art.* 42.

35. Si quis sententia judicii Aulici se gravatum putet, sicut in judicio Camerali datur beneficium Revisionis, ita in hoc judicio datur beneficium Supplicationis. *Vid. I.P. art. 5. §. 20.*

36. An hæc Supplicatio post Instrumentum Pacis habeat effectum suspensivum.

vum an devolutivum? DD. non conveniunt. *Vid. Maurit. de jud. Aul. th.* 25.

37. Si Imperator fatis concedat, Cameræ quidem Imperialis Judicium, quod Spiræ est, nihilominus processus decernit, ac audientias celebrat: Processus tamen isti non obsignantur nec expediuntur, sed ad Cancellariam, quæ a Moguntino dependet, remittuntur, ubi tamdiu asservantur, donec sigillum Vicariorum, quorum nomine deinde expediantur, transmittatur. *Rading. Pandect. Cam. tit* 3. §. 3.

At in judicio Aulico, defuncto Cæsare, mox acta omnia obsignantur, & interea Vicariorum acta novo Imperatori electo postea transmittuntur. *Dn. Maurit. de judic. Aul. th* 27.

38. De visitatione hujus judicii Aulici, ut & pluribus aliis, quæ in eo mutata sunt, vid. sæpe allegatum *I.P. art.* 5. §. 20. De judicio Aulico Secretiori, & quomodo olim causæ, in illud remissæ fuerint tractatæ, vid. *Limn. in not. ad Capit. Matth. art.* 40. *Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 19. *n.* 50. *& seqq.*

TIT. VIII.

De Judicio Rothwilensi.

DUO Judicia, de quibus hactenus egimus, concernunt omnes causas Imperii.

1. Sunt

1. Sunt vero alia adhuc judicia in Germania, quæ concernunt saltem causas vel unius vel plurium Provinciarum. Vid. *I.P. art.5. §.20. inf. Bl. Proc. Cam. t.45. §. 15. seqq.*

2. Ad hæc, quæ concernunt causas plurium Provinciarum, refertur judicium Rotwilense, alias das Rothweillische Hoff-Gericht. Interdum des Käysers und des H. Römischen Reichs Hoff-Gericht zu Rothweil.

3. Judicium Rotwilense est Collegium Judicis & Assessorum, qui Rotwilæ, loco Cæsaris, per certas Germaniæ Provincias jurisdictionem exercent.

4. Institutum est hoc judicium Anno 1146. a Conrado III. cum enim hic a Lothario Saxone, qui contra ipsum Imperator electus erat, in urbe Rothwilensi obsideretur, & Rotwilenses ultra annum obsidionem strenue tolerarent, eumque contra Lotharium defenderent: Eo Imperium quiete possidente, in signum gratitudinis, inter reliqua privilegia, Civitati etiam hoc concessit, ut hoc judicium perpetuo penes ipsam maneret.

5. Imperator itaque, citra omnem controversiam consensu omnium hujus Judicii solus author & causa existit. *Wehn. in voc.* Rothweilische Hoff-Gericht.

6. Judex vel Præses Judicii Rothwilensis perpetuus est Comes Sulzensis, ein Graff

von

von Sulß. Cui hodie etiam ista dignitas in feudum conceditur, & eo nomine aliquid solvit in publicos Imperii usus.

7. Assessores ejus olim duodecim Nobiles militaris & equestris dignitatis creabantur. Deinde tredecim ex ordine Senatus, ejus arbitrio legendi, sunt constituti. Hi per reformationem Maximiliani II. antequam recipiantur, à Judice & Assessoribus examinantur.

8. Jurisdictio hujus judicii non per totam Germaniam, sed tantum per Circulos quosdam se extendit. Qui circuli continentur, videri potest in confirmatione privilegii Rotwilensium *Maximil. I. & II.* von Rothweil biß an die Försst und an das Gebürge innerhalb Ober-Elsaß 2c.

9. Unde non difficulter colligitur jurisdictionem ejus se extendere ad Circulos, Austriacum, Suevicum, Franconicum & Rhenanum.

10. In his circulis concurrit cum Magistratibus ordinariis, ita ut si speciali privilegio tuti non sint, vel se justo tempore ad Jus administrandum non offerant, aut exemptiones aut privilegia non legitime allegent, judicium hoc prævenire ordinarios Magistratus loci, vel in subsidium etiam cumulative, ut dicunt, jurisdictionem exercere possit. *Wehn. Comment. ad Reform. jud. Rotvil. part. 2. t. 1. f. 71. & seq.*

11. Quam-

11. Quamvis autem ab omnibus curiis inferioribus districtus Rothwilensis ad judicium Aulicum & Camerale appellari possit, tamen Judicium Rothwilense non habet concurrentem jurisdictionem cum Judicio Aulico aut Camerali, ut quidam falso arbitrati sunt. *vid. Leypold. de concurrentia quæst.* 8. Nam vel ideo non est concurrens jurisdictio, quia reliqua duo Judicia sunt superiora, & eo appellatio a Judicio Rothwilensi fieri potest. Quo accedit, quod judicium Aulicum causas Rotwilæ pendentes avocare possit. *vid. Wehn. in not. ad Reform. d. part.* 2. *tit.* 4. *fol.* 87. *vid. Gylm. Symph. tom.* 2. *part.* 8. *tit.* 15.

12. Exercetur jurisdictio hujus judicii in personas, ejus districtu comprehensas; nullo Status vel conditionis discrimine, sive Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates sive rustici fuerint, habito: nisi quis speciale privilegium vel consuetudinem, præscriptionem, ordinationem, pactum vel transactionem, qua eximatur, ostendat.

13. Eximuntur autem EE. *A.B. tit.* 11. Domus Austriaca, Episcopus Argentinensis, Episcopus Bambergensis, Dux Juliacensis, Dux Lotharingiæ, Comites Palatini, Bipontini, ac Comites Veldentiæ, Duces Würtembergenses, Ordo equitum S. Johannis,

hannis, Ordo Teutonicus; Abbas S. Blasii im Schwartzwald/ & multi alii, quos vide apud *Maurit. de judic. Rotwil. th.* 9.

14. Atque hinc, propter tantam exemptorum multitudinem, quorum tamen alii aliis magis sunt exempti, videtur factum, quod in Comitiis Anni 1653. in memoriali suo Rottwilenses dicant, daß alle und jede Stände des außgezeichneten Bezürck mit exemptions-Freyheiten versehen.

15. Exemptionis privilegium non spectat ad omnes causas, sed excipiuntur nonnullæ, quæ vocantur Ehehafften.

16. Ehehafften autem hic sunt casus reservati Rothwilensibus in suo judicio ventilandi, quos ad avocationem Statuum privilegiatorum non remittunt.

17. An autem etiam privilegia possint concedi contra istiusmodi Ehehafften? Rothwilenses negant: quia privilegia ipsorum ab Imperatoribus sunt firmata clausulis cassatoriis derogatoriis & irritantibus, quarum nullus esset effectus, si aliquis plane ab hoc judicio eximi posset. Alii affirmant, quia Imperator ex legitima causa, non suo solum, sed & aliorum privilegio derogare potest: Id quod vel in hoc judicio & hac ipsa quæstione experientia docet. EE. enim, Domus Austriaca, Episcopus Argentinensis, Dux Würtembergensis, etiam contra die Ehehafften privilegiati

sunt,

ſunt, excepto caſu denegatæ juſtitiæ. *Vid. Wehn. in not. ad Reformat. part. 2. tit. 1.*

18. Iſti, qui ſe exemptos contendunt, ut avocare ad ſe cauſam poſſint, debent privilegium exemptionis judicio Rothwilenſi exhibere vel authenticum, vel ejus exemplar, quod, fidem meretur: niſi jam ante notum ſit ipſi judicio, ut privilegium Electorum.

19. Inſuper avocatio debet fieri juſto tempore, ante non poſt litem conteſtatam, & Dominus avocans non tantum juſtitiam offerre & adminiſtrare, ſed etiam actori ſalvum conductum præſtare debet.

20. Privilegium, quamvis inſerta habeat verba: Umb was Sachen das wäre / non comprehendit caſus reſervatos, die Ehehafften.

21. Propter Ehehafften quocunque tempore inter Judicium Rothwilenſe & exemptos ab hoc judicio controverſiæ maximæ ortæ ſunt: Rothwilenſibus extendentibus caſus reſervatos, & aliis eos reſtringentibus.

22. Camerales decreverunt, nullas cauſas debere haberi pro Ehehafften / niſi quæ in Reformatione Ordinationis hujus Judicii expreſſe continentur. *Gylmann. Symph. tom. 3. verb.* Ehehafften.

23. In dicta Reformatione recenſentur 28. inter quas referuntur, ſi quis in ban-

num declaratus sit; si quis ratione litis, cujus ergo in judicium vocatus est, beneficio exemptionis, quo gaudere alioquin poterat, literis sigillo suo probatis, renunciaverit &c.

24. Ordinationes duæ fuerunt in hoc judicio, una antiqua, Rothweilisch alte Hoffgerichts-Ordnung: altera reformatio Rothwilensis, quæ hodie est in usu, tempore Maximiliani II. per Commissarios ejus ex antiqua ordinatione, additis iis, quæ deesse, & explicatis iis, quæ obscura esse videbantur, Facta.

25. Extant in hanc reformationem Commentarii Wehneri.

26. Appellatur ab hoc Judicio ad Cameram Imperialem. R. A. *de anno* 1570. §. Und nachdem uns fürkommen/ *Capit. Leop. art.* 18.

27. Appellatione interposita ad executionem hoc Judicium procedere non potest *Blum. Processf. Camer. tit.* 45. *n.* 15. *&* *num.* 22. ubi hoc propter concurrentiam jurisdictionem extendit ad judicium Aulicum. *vid. omnino Cap. Leop. art.* 18.

28. Frequentissimæ, & quidem semper fuerunt querelæ Statuum contra hoc Judicium, & imprimis propter Ehehafften/ ut dictum: hinc licet Maximil. II. per reformationem Ordinationis huic malo mederi voluerit, in conventu tamen Monasteriensi

Status eas repetierunt, & hujus Judicii abolitionem postulaverunt. *In I.P. art. 5. §. 20. circa fin. ita constitutum est:* Denique cum etiam de abolendis curia Imperiali Rothwilæ judiciis provincialibus Sueviæ, & aliis hinc inde per Imperium hactenus usitatis mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris visa sit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad Comitia proxima remissa esto.

29. Cum in Comitiis de Anno 1654. ante electionem Regis Romanorum hoc urgeretur a Statibus, Comes Sultzensis & Senatus Rothwilensis vehementer se opposuerunt, & per Deputatos peculiari Libello, ipsi memoriale vocant, Ordinibus exposuerunt: in Instrumento Pacis liberis Imperii Civitatibus non minus quam cæteris Statibus privilegia manere intacta &c. quid tunc fuerit constitutum, vid. *in Cap. Ferd. IV. art. 15. in electione Leopoldi.*

30. Status in monitis suis ad Capitulat. ejus petitionem suam repetierunt, illudque aboleri voluerunt, quid obtinuerint, & quid constitutum sit, *vid. in dict. Cap.* 18.

31. In ultimis Comitiis de ejus abolitione hactenus nondum actum est.

32. Olim Rothwilenses fœdus habuerunt cum Helvetiis, qui ipsis promiserunt, si aliquis, nisi in casu denegatæ justitiæ, &

si alias privilegio suo indignos se facerent, ipsis hoc judicium auferre vellet, quod contra ipsum Rothwilenses defendere vellent. Vid. *Wehn. in pr. comment. ad Ord. Rothwil. Dominum Mauritium in dicta disp. th. ult.*

TIT. IX.

De Actionibus Juribus Publici.

ID quod nobis debetur, apud Magistratum actione prosequi in judiciones oportet. §. 1. *I. de Act.*

1. Actiones, quibus propter id, quod in causis publicis nobis debetur, coram Judice experiamur, peculiares non habemus, sed illas ex jure privato mutuamur, & utiliter applicamus in jure publico.

2. Egregiam omnino hic præstitit operam sæpe jam citatus *Ludolphus Hugo in tr. de Statu Regn. germ.* ubi integro capite sexto late agit de usu & authoritate juris civilis privati, in jure territorii; & tria juris objecta percurrit; sc. de personis, rebus & actionibus: monstratque, quomodo omnes actiones juris privati utiliter possint applicari in jure publico. In tractatu rerum incedit per quatuor Jura in re; & in specie, quando ad servitutem pervenit, instituit quæstionem, an dentur servitutes juris

juris

juris publici? quales sint? an reales an personales, an mixti generis.

3. De actionibus inter cætera dict: *Capit.6. th.29.* ita dicit: nunc igitur actiones, quibus imitatione & exemplo juris privati de jure territorii disceptatur, breviter nobis enarrandæ sunt: sufficere autem possunt usu præcipue; quales sine dubio sunt actiones in rem petitoriæ, & interdicta possessoria.

4. Et quia Principes seculares iure successionis ditiones consequuntur, de petitione hæreditatis agit, & quærit, an illa in Principatibus obtineat? Quoniam Proceres Imperii regiones suas utilis cujusdam dominii jure possident, de utili rei vindicatione agit. th.30.

5. Quoniam jurisdictio & regalia non tantum jure territorii, sed sæpe ex speciali concessione aut præscriptione in alieno etiam territorio competunt, pro hujusmodi juribus vindicandis, vel libertate contra in justos talium jurium usurpatores tuenda, de actionibus utilibus confessoriis & negatoriis dicit. th. 31.

6. Ut itaque nulla fere sit actio juris civilis privati, quæ usum suum non præstet in jure publico nostro; ita tamen, ut verissimum sit, jus publicum nostrum non desumi debere ex jure privato justinianeo, *de quo vide supra.*

TIT. X.

De Academiis.

UT aliquando Respublica in partibus nobis concreditis optime gubernari possit, sine dubio opus est Scholis, ubi ea, quæ in vita applicari debent, discamus. In aula enim jus publicum addiscere velle, nimis serum foret, & Principibus perniciosum; adeo, ut Academiæ non incommode referantur ad media, quæ utrosque adjuvant, & eos, qui leges ferre, & eos, qui eas applicare debent, vel qui jus suum in judicio petere volunt.

Quamvis etiam non incommode referantur ad caput, de jure summæ potestatis circa sacra.

1. Academia est Collegium, a summo Principe privilegiatum, docentium & discentium, artes liberales, in supremi numinis honorem & publicam utilitatem.

2. Olim in Germania studia Academica in Canonicorum Collegiis tractari solebant, quæ collegia cathedris Episcopalibus annexa erant, vel in monasteriis; ita ut olim Scholæ in Germania duplices fuerint, aliæ monasticæ, inter quas celeberrima fuit Corbejensis & Fuldensis: aliæ Canonicæ, quales olim Carolus M. illustres instituit Osnabrugæ, Hildesiæ & alibi.

3. Præ-

3. Præter hæc scholarum genera, accessit seculo IX. tertium genus in magnis civitatibus, & hæ Scholæ fuerunt Academiæ dictæ: talis fuit in Gallia Parisiensis. A seculo X. usque ad XIII. tamen nullam habemus scholam, quæ per omnia cum hodiernis comparari possit.

4. Academiæ enim ante sec. XIII. non habuerunt alios Professores, nisi literarum & artium. Ita ut in priscis illis nulla fuerit Theologiæ Professio, nulla juris, nulla medicinæ; imo ipsa Philosophia intra angustos terminos constituebatur, & constabat hoc trivio, Grammatica sc. Rhethorica & Dialectica: undæ Scholæ Triviales dictæ sunt. Interdum tamen fuit Quadrivium, & academica eruditio quatuor disciplinis absolvebatur.

5. Deinde ante sec. XIII. nulla Academiarum fuit jurisdictio in Studiosos, nulla graduum solennis collatio, nulla Studiosorum privilegia.

6. Ineunte seculo XIII. omnium primo floruerunt quatuor facultates Parisiis, docente Richardo, qui Chronicon Parisiorum conscripsit. Præter hanc Parisiensem, nulla tunc temporis fuit per Europam Academia, in qua omnes quatuor Facultates fuerint publice prælectæ; ut proinde Academiarum origo, quales hodie sunt, in seculum XIII. referri debeat. Postea tamen

Anno 1220. Honorius Papa, sub excommunicationis pœna, Academiæ Parisiensi jus civile profiteri interdixit.

7. In Italia antiquissimæ Academiæ feruntur, Bononiensis & Salernitana. In illa, auspice Irnerio, studium juris civilis primo effloruit. Huic rei ansam dedit unica vocula, As, cum enim illi contentio esset orta cum cæteris Professoribus, quid illa vox denotaret? Recurrit is ad jus civile, & inde verum vocis sensum petiit; indeque postea primus Bononiæ Professor juris extitit: Verum in hac Bononiensi Academia, quæ jam sec. XII. floruit, nulla fuit Medicinæ professio, & Theologica professio ibidem. Anno 1362. demum cœpit.

8. In Germania nostra Academiæ demum sec. XIV. cœperunt, & prima quidem fuit Pragensis, quam Anno 1360. Carolus IV. fundavit. Vid. *Conring. de antiq. Acad.*

9. Academiæ vel sunt solenniores, vel minus solennes.

10. Illæ sunt collegium docentium & discentium artes liberales, privilegio summi Principis certis juribus gaudens, & in quo præmia & tituli, gradusque literarii merentibus, honore & jure ubique valituro, decernuntur.

11. Minus solennes, sunt collegium docentium & discentium artes liberales, privilegio summi Principis certis juribus gaudens,

dens, absque collatione titulorum honoris, cujusmodi fuerunt antiquæ istæ & primæ Academiæ, *de quibus dictum.* Vide etiam, quæ traduntur a nonnullis, quando agunt de differentia inter Academias & Universitates. *Limn. lib. 8. c. 1. n. 37. Joh. Gisenium de vita Academica disp. 4. §. 26. Lansium in commentatione de Academ.*

12. Jus erigendi Academias habet is, qui habet majestatem, est enim jus annexum juri circa sacra. *alleg. auth.*

13. An Vicarii Imperii hoc jus habeant? ex iis, quæ supra a nobis dicta sunt, decidi potest. *Vid. etiam Limn. in addit. ad lib. 8. c. 1.*

14. Item, an Status alii in Imperio hoc possint? item personas & res ad Academias pertinentes, omniaque jura ipsis concessa, vide apud eundem.

TIT. XI.

De Bonis & Malis Imperii.

TAndem ergo videndum, quid faciat imprimis ad Reip. nostræ conservationem, famam & dignitatem, & quid his omnibus obstet. De bonis primo dicendum.

1. I. Insigne est, Imperatoriæ dignitatis, quæ in nostram Remp. translata est, axioma. *De quo supra egimus.*

2. II. Fama potentiæ ad ipsius conservationem & dignitatem plurimum con-

 fert.

fert. Vid. *Thuan lib. 2. historiar.* ubi elegantem Germaniæ descriptionem exhibet, & inter cætera de Imperio nostro, ita loquitur: Mirum vero, tot potentes populos, non vicinorum metu aut ulla necessitate adductos, in hanc Status formam consensisse, & semel acceptam per tota sæcula tam constanter retinuisse: ut nullum robustius corpus, licet ex debilibus membris plerumque conflatum, si singulos spectes, aut hodie sit, aut olim fuisse homines meminerint.

3. III. Quod Nationibus, libertatem amantibus, ea moderatæ & optimis rationibus temperatæ Monarchiæ forma contigit, quæ libertatis fructus conservat: Membraque Imperii singula juribus eminentibus donat. *Vide ea, quæ supra de Capitulat.* de forma Imperii nostri diximus. Item *Bæckleri Not. Imp. lib. 22. c. 3.* ubi quatuor istas opiniones, an sit Monarchia? an Aristocratia? an mixta ex Monarchia & Aristocratia? an Resp. fœderata sit? examinat.

4. IV. Quod legibus forma Reip. sit descripta, & Imperatori & Statibus id, quod suum est, adjudicetur.

5. V. Quod electio ad pauciores sit redacta.

6. VI. An e re Imperii sit, per deputationes quædam in Comitiis Imperii deliberari, an vero melius sit, negotia in communi publico expediri? an utile sit, regimen-

mentum Imperii denuo institui? Dominus Bœclerus in Notit. *l.* 24. *cap.* 1. non definit. Deputationes tamen interdum e re Imperii esse, dubio caret, si consideremus ea, propter quæ introductas fuisse *supra diximus*.

7. VII. Vel maxime huc referendum est, quod multis gravaminibus, quæ vel Imperator contra Status habuit, vel Status contra Imperatorem, vel Status contra se invicem, in Instrumento Pacis sit satisfactum. *Vid I. P. art.* 5.

8. Mala Imperii plurima sunt: Inter quæ referuntur avulsio membrorum Imperii, fines non satis muniti, defectus ærarii perpetui, defectus impensarum, quibus Cæsar sustentari possit; defectus perpetui militis, prætensiones Papæ, & concordata Nationis Germanicæ. Item quod pro mixto Statu vincula concordiæ non satis adstricta aut laxata sint: quod in Collegiis Statuum perpetuæ sint æmulationes & disputationes. Item quod consultationes Imperii sint tardæ, & propterea in ludibrium exterarum nationum trahantur; secundum illud vulgatum;

In protestando convenimus,
Conveniendo competimus,
Competendo consulimus,
In confusione concludimus,
Conclusa rejicimus,

Et salutem patriæ consideramus,
Per Consilia lenta, violenta, vinolenta.
Et quod nullæ sint executiones Imperii; quod Comitiorum defectus nondum sint sublati: quod ea, de quibus Instrumentum Pacis *art.* 8. in proximis Comitiis deliberari voluit, sc. de electione Romanorum Regis, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipienda; de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu Imperii in bannum, præter istum, qui hactenus receptus est; de redintegrandis circulis, renovanda matricula &c. nondum sint emendata.

Item, quod vel primum erat, quod Imperatoris authoritas sit collapsa &c. vid. *Bæcl. de Notit. Imp. lib.* 24. *c.* 2.

Hic finem imponimus Institutionibus nostris juris publici. Deus & nostris & legentium Studiis benedicat, ut in sui nominis gloriam, & studentium utilitatem cedant; pro concesso Spiritus Sancti auxilio gratias ei ex corde agimus, ejusque ductui studia nostra imposterum humilime commendamus.

FINIS.

DE



DE

SCRIPTORIBUS
JURIS PUBLICI
Præcipuis.

CONSIGNATIO,

Ante pluresAnnos a Viro Clarissimo, p. m. cum suis Auditoribus, Juris publici Studiosis, privatim communicata.

Et hic impressa, ut habetur in exemplari Spirensi sine omnicorrectione.

PRimam classem constituemus eorum, qui per epitomen & in brevi compendio JUS PUBLICUM tradere aggressi sunt. Inter hos *Jacobus Lampadius* de Rep. Romano-Germanica extat, libellus *Lampadius.*

bellus eruditus sane, ut gaudet vulgares sententias examinare, refutare & deserere; adjunxit enim solidioris Philosophiæ subsidium, qua qui imbutus fuerit, rectissime fecerit, si hinc potissimum Juris publici studium auspicetur: Nondum tamen in omnibus exactiora tradidit, sicut fere fieri solet in illis, quæ inchoantur, neq; eadem opera perficiuntur. *Conringius* ergo animadversiones quasdam in illud opusculum dictavit, quæ jam in plurium manibus versantur. Est ergo hic Lampadii libellus, qui a nemine contemni potest qui intelligit.

Conringius.

Otto. Danielis *Ottonis* dissertatio de de J P. qualis sit, per partes ostensum est Est & Joh. Theodori *Sprengeri* Synopsis J P. edita, quæ multorum applausu suscepta est: neq: sane spernenda est hujus viri opera, in hoc conciso scribendi genere: a vulgi tamen erroribus vix abit, neque tam accurate res examinat, quam diligenter colligit.

Sprengerus.

Beckerus. InterCatholicos, quos vocant, *Beckerus*, Coloniæ epitomen J.P. haud ita pridem edidit, quæ jam nacta est laudatores. Sed primo constare debet, a nemine istorum (qui & negligentius tractant J.P.) sinceram sperari aut haberi posse hanc doctrinam. Quod in

hoc

hoc quoq; libello passim observare licet in iis,ubi partibus studet, & hypotheses non ferendas sequitur. Præfert de cætero aliquam scribendi gravitatem. Nicolai *Myleri* Consiliarii Würtembergiaci libellus de Statib. Imp. Rom. non fraudandus est sua laude; sed totius J.P. argumentum non exhaurit. Ante annos complures,hoc seculo tamen Dn. Joachim: *Clutenius*, Professor Academiæ Argent. edidit syllogen rerum quotidianarum, quo titulo J.P. epitomen signare voluit: qui liber magno applausu per Germaniam ubique exceptus est, & Nucleo J.P. insertus. *Brautlachtii* etiam libellus hoc argumento multis in usu & deliciis esse cœpit, sed studio partium non vacat.

Mylerus. *Clutenius.* *Brautlachtii.*

Illi, qui systemata Juris Publici majuscula scripserunt.

INter hos nemo præferendus est *Tobiæ Paurmeistero*, cujus extat opus,libris 11. distinctum,de Jurisdictione Rom.Imp.hunc enim titulum magis ex consuetudine imposuit. Laudatur in hoc viro experientia re-

Paurmeisterus.

rum

rum Imperii, nec frustra gravitas quoq; Judicii non deest, sed Philosophiæ accuratioris rationes non sequitur. Itaq; subinde cum vulgo loquitur, etiam, ubi periculum non abest: Neque errores vulgares ubique subterfugere potuit. In systematibus tamen non est quo malis uti. Quanquam plerique Theod. *Reinkingium* malunt versare, qui sub titulo Regiminis secularis & Ecclesiastici Jus Publicum exsequitur. Placuit vulgo, ostentatione quadam multæ lectionis, præsertim Juridicæ & novitate quadam methodi. Sed modi sunt operis non ferendi: (1) nimirum studium partium, & manifesta assentatio ad A.V. accõmodata, in magnum veritatis, rerum & libertatis Germanicæ præjudicium. (2) Philosophiæ imperitiam nimis quam aperte ubique prodit, & non ferendos in tyrone Philosophiæ errores subinde admittit. (3) Reipubl. veteris & novæ faciem ubique confundere, sive inter artes, sive ignorantiæ ei fuit. (4) Historiam etiam non ita tractasse animadvertitur, sicut debebat tractaveis, qui Remp. suam nosse, & scribendo juvare, non ornare possit, &c.

Rein-king.

Ii,

Ii, qui ad systematis scriptionem putantur accedere.

DUos hic cumprimis nominare debemus, qui Studiosis Juris publici, tanquam Principes, commendantur. Primus est *Petrus* de *Andlo*, Alsaticæ Nobilitatis Decus, Canonicus Columbariensis, & Decretorum Doctor: Cujus extant libri duo de Imperio Romano, Regis, & Augusti creatione, inauguratione, administratione, & officio, Juribus, ritibus & ceremoniis Electorum, aliisque Imperii partibus. Sæpius editum est hoc opusculum, cum probatissimis notis *Marquardi Freheri* illustratum, magnamque apud omnes habet autoritatem, quantum quidem illi seculo convenire potest: Vixit enim renascentibus literis, seculo XV. alter est *Lupoldus* de *Bebenburg*, etiam Decretorum Doctor, tandem Episcopus Bambergensis. Seculo antiquior est Petro de Andlo. In tractatu de Juribus Regni & Imperii Romanorum non aliam magis Juris publici partem exsequitur, quam quæ de translatione Imperii & Juribus Impe-

Petrus de Andlo. *Freherus.* *Lupoldus de Bebenburg.*

rato-

tatoris agit. Auctoritas ejus itidem pro conditione temporis magna est. Extant & in hunc Marquardi Freheri notæ posthumæ a Berneggero edictæ, cum ipso Lupoldo, Anno 1624.

Qui per modum collectionis Historicæ auctoritatem aliquam in I. P. nacti sunt.

Franc. Irenicus. HIC memoranda est Francisci Irenici Exegesis rerum Germanicarum, quæ multa auctoritate in argumentis J. P. valuit. Claruit Maximiliano imperante. Opus ejus 12. in libris comprehensum prodiit primum Haganoæ. vid. Gerh Joan. Vossium de Hist. lat. lib. 3. cap. 10. pag. 651. *Marsilius Patavinus.* Hujus loci est etiam *Marsilii Patavini* defensor Pacis, qui tamen Jura Imperatoris potissimum asserit. Editio sæpe repetita. *Christoph. Lehmannus.* *Lehmanni* Chronicon Spirense inter ea est monumenta, quæ J. P. studium feliciter auspicaturo commendari debent. Plus enim, quam Titulus promittit, præstat, & res Imperii ab alto repetit, atque memorabilibus excerptis illustrat; Oratio quoque Ger-

Germanica elegans est, & quæ multùm prosit rerum necessariarum Studioso.

Illi, qui jus publicum majoribus operibus excoluerunt.

NEminem hic ante *Limnæum* *Limnæ-*
jure laudaveris. Ille enim in *us.*
tomis J. P. diligentissime collegit pleraque, & in tomis additis supplevit. Libertas ejus, studio partium vacua, magnopere commendari meretur. In Philosophia, quando disputatio subtilior occurrit, non semper adeo accuratus est. Interim, sicut dictum est, nemo ei in hoc genere anteponi potest. Proxima sunt volumina Juris Publici V. Dominici *A-* *Aru-*
rumæi, ubi multa reperies de plano *mæus.*
arrepta, aut partium studio imbuta, aut confuse tradita. Juverit propterea ea cum Limnæo conferre, & ex illa collatione rei ipsius genium dijudicare. Tertium in præcipuis operibus est, Collegium J. P. de rei Romanæ Statu, Justi Simold *Schüzen*, duobus voluminibus comprehensum. Multa insunt egregie collecta, partim etiam observata & disquisita.

Quo-

Quoniam tamen ipsi respondentes interdum manum admoverunt operi, videtur, non eodem judicio æstimandum, simulque aliqua ejus generis, qualia in Scriptoribus J. P. notari solent.

De Aurea Bulla.

De hac scripserunt, præter authores systematum & operum, J. P. integrorum, Gerlacus Buxtorfius in cap. 16. priora: quæ commendatio mirum, quantum obtinuit vulgo. Extat etiam Dominici Arumæi Comment. in A. B. & Rumelini. Nunc etiam editus & Limnæi Comment. In A. B. Ita Marquardus Freherus & Christoph. Gewoldus illud Cap. A. B. de Tutela legitima, curaque Electorali, contrariis scriptis disceptarunt. Repetita est editio Anno 1657. Norimbergæ in repræsentatione S. R. Imperii. Quo etiam retuleris disputationem de successione in Electoratibus ex Jure primogenituræ, Arnoldi Engelbrechti in Nucl. I. P. disp. 18. pag. 679. De lege Regia Germanorum extat etiam Commentario

Hort-

Hortlederi, & Oratio Saxoniæ Ducis ap. Goldaſtum in Polit. Imperiat. part. 12.

Capitulatio Imperatoria.

RUrſus ſyſtematum & majorum operum Auctores hoc Cap. Juris Publ. exſequuntur. Sed vicerunt omnium induſtriam, Bened. *Carpzovius*, Comment. in Legem Regiam Germanorum ſeu Capitulationem Imperatoriam (ubi multa inſunt pro libertate & Juribus ordinum cordate & graviter dicta) & præſertim Limnæus, tum in prolegomenis ad Capitul. Cæſareas, tum in annotamentis libro ſingulari. *Carpzovius.* *Limnæus.*

De Pace Religionis.

IN Nucleo Juris Publ. (nam Syſtematum & operum majorum Scriptores ſemper intelligimus, quamvis non nominemus) Diſputatio ultima de Pace Religionis Authore Petro Syringio id eſt *Juſto Sprengero*; quæ ſæpius edita valde probatur. Acta ipſius publica & originalia de Pace Religionis (ubi multa *Juſtus Sprengerus.*

multa ad explicationem ejus Pacis, seu interpretationem facientia habentur) singulari opere consignavit *Christoph. Lehmannus.* Pacem Religionis acerbissime oppugnarunt Jesuitæ Dilingenses in libro, cui titulus est, Compositio Pacis. Imprimis etiam violentus est liber qui sub nomine *Francisci Burckhardi* prodiit, Autonomia, oder von Frey-stellung in der Religion; sed itidem Jesuitas Colonienses autores habere creditur.

Leh-mannus

Franciscus Burckhardus.

De Pace Publica & Profana.

PRæter Scriptores Systematum, primarius extat tractatus 2. libb. comprehensus, Andr. *Gailii*, qui plerumque subjungi solet observationibus practicis, germ. vom Land-Friede.

Gailius

De Instrumento Pacis.

HOC quoque inter sanctiones pragmaticas, & LL. Imperii fundamentales haberi oportet. Et ab initio quidem, antequam pax coiret, multa sunt disputata a di-

versæ religionis Consortibus, præsertim *Ernesti* cujusdam de *Eusebiis*, (ita enim finxit nomen) cujus judicium Theologicum pluribus oppugnavit scriptis D. Dorscheus, rursus oppugnatus a fideli quodam Christiano, ut se nominavit. Extat etiam Johann. Caramuel Lobkowitz Pax liberta, & oppositum scriptum Anti-Caramuel, & plura hujus generis. Sed factam semel pacem, ejusque Instrumentum interpretari, non est privatæ authoritatis. Et quædam hactenus in Comitiis aliisque Conventibus ventilata, nec definita sunt. Bullam Pontificiam Innocentii X. Instrumento Pacis oppositam, refutavit JCtus quidam, qui sibi induit titulum Ludovici de Monte Sperato, & Johan. Hornbek, Theologus Belga, in examine Bullæ Papalis. *Ernestus de Eusebiis.*

Acta Publica.

PRoxima sunt, quæ Actorum publicorum authoritatem habent: in iis leges & consuetudines Imperii: ita extant tomi constitutionum, collectarum à *Melchiore Goldasto*, ut & tomi derer Reichs-Satzun- *Goldastus.*

Satzungen. Quod si a temporibus Caroli M. & ultra repetere velis, multum huc faceret codex antiquorum LL. Lindebrogii. Prodest enim in Germanica Rep. viventibus scire, quid quoque tempore de unaquaque re Gentes Germanicæ statuerint. Pertinet huc etiam rationale consuetudinum Goldasti, die Reichs-Handelungen. Cujus generis magna pars continetur in Politicis Imperialibus Goldasti. Superioris seculi Acta publica collegit *Hortlederus*, Norimbergæ recusa, anno hujus seculi 45. Hujus seculi acta publica *Lundorpius* collegit, & post eum varie varii, diversis titulis. Huc etiam *Theatrum Europæum* adspiravit, & nuper *Diarium Europæum*; Cæterum & multa & magna volumina de singulis causis seorsim edita sunt, præsertim in rebus controversis inter principes.

Hortlederus

Lundorpius

Theatrum Europ.

Diarium Europ.

De Imperatore.

DE Imperio & Imperatore Rom. quæ ad vetustiora tempora pertinent, nihil attinet hic referre; Inter eos, quos in transitu nominamus, est Julius Cæsar Bulengerus,

rus, qui opere hujus argumenti famam adeptus præ cæteris. At recentior in Nucleo Juris Publici, de ſacro-Romano nationis Germanorum Imperio, diſputatio II. Juſti Gebhardi. De Imperatoris poteſtate, Richardi Diterici diſputatio III. De Poteſtate & Jurisdictione Imperatoria, Georgii Chriſtophori Meiſiſch diſp. IV. De magnitudine, antiquitate, & libertate Imperii Germanici, tota pars X. Politicor. Goldaſti: De Præcellentia Imp. & Imperii Germanici Pars II. operis ejusdem. De Majeſtate & poteſtate Monarchiæ Rom. Germanicæ Pars XIII. ejusdem operis. De translatione Imperii Romani ad Germanos, Pars IX. addatur Herm. Conringii liber de Imperio Romanor. German. Quantum autem poteſtas Imperatoria oppugnata eſt ambitione Pontificum, & defenſa ſtudiis cordatorumTheologorum,ICtorum, Politicorum, omnia potiora ſcripta in unum opus, 3. Tomis conſtans, collegit Goldaſtus: Titulus eſt, Monarchia S. R. J.

De Electione Imperatoris, quæque eam conſequi ſolent, multa reperies opuſcula in Goldaſti Politi-

cis Imperialibus part V. & VI. ſicut etiam in Tomis Rerum Germ. Freheri & Schardii.

De Electione Regis Romani, aliisque, extant in Nucleo J. P. diſp. V. & in Politicis Imperialibus pars; ſicut pars III. & IV. ejusdem operis de Coronatione Imperatoris agitur. Qualia & reperias in operibus Freheri & Schardii, modo memoratis.

De abdicatione Imperii agit pars VII. Politic. Imp. de Vicariis Imperii in Nucleo J. P. agit Juſtus Synold Schütz. Addenda ſunt monumenta nuper literis prodita, cum controverſia agitaretur inter Electores, Palatinum & Bavaricum; nam cætera de hac materia ſparſim aliis materiis inſerta ſunt.

De Electoribus.

Gewoldus. PRæter Scriptores ordinarios, tractavit de hac materia *Gewoldus*, JCtus Bavaricus, conſcripto Commentario de S. R. I. Septemviratu: Qui recuſus eſt in repræſentatione S. R. I. Eſt in nucleo J. P. diſp. VII. Michaelis Schiferer, de origine & poteſtate modernorum Electorum;

rum; sed hi fere vulgatam viam ingrediuntur. Diligentius in hoc Argumento versatus est Hermannus Conringius differt. de Septemviris. De Electoribus Ecclesiasticis, quatenus sunt Archi-Cancellarii Imperii, egit singulari disputatione Bernhardus a Mallinkrot.

De Rege Bohemiæ.

PRæter eos, qui in generali tractatione de Electoribus, hanc quoque partem exsequuti sunt, unicum extat monumentum magni pretii, Goldasti sc. opus, de Regno Bohemiæ. Cætera in Actis publicis fere inserta sunt, & in historiis; qua occasione inprimis commendare fas est Hageccii Böhmische Chronick.

De Electore Palatino.

NOtum est, qui authores & ubi de hoc quoque argumento ex instituto suorum operum tractent. Imprimis autem hic commendari debet M. Freheri nobile opus, cui titulus est, Origines Palatinæ.

Multum quoque illustrari potest hæc materia ex controversia hujus

seculi, in causa Palatina, cum Fridericus a Ferdinando II. Electoratu esset exutus. Prodiere enim contraria scripta, contra Palatinum quidem Nicolao Burgundo calamum acuente, cui ab altera parte graviter responsum est. Extant monumenta, typis vulgata.

De Electore Saxoniæ.

ANte omnia hic nominari debet Saxonia illustrata Georgii Fabricii, qua non historia tantum Saxonica, sed nobilitas Gentis & Electoratus, & alia ad jus publicum facientia tractantur. De Jure Saxonico (vulgo Saxen-Recht) præcipuus est Johann Gryphiander in tractatu de Weichbildis Saxonicis, ubi & de speculo Juris Saxonici agitur. Vid. Besold. thesaur. pract. voc. Saxen-Recht. Vid. etiam Nicolai Mamerani Libellus de Investitura Regalium, Mauritio Duci Saxon. 24. Febr. 1548. facta, in tom. II. Schardii, p. 1626. seqq.

De Electore Brandenburgico.

IMprimis hic commendari debet Reinerus Reineccius de Origine Bran-

Brandenburgica, cum annexis. Cæterum ex historiis & J. P. Scriptoribus integrorum operum peti dat.

De Principibus, Archiducibus, Ducibus, Marchionibus, Landgraviis.

PRæter Scriptores, intellige solitos, omnino vide Besold. in Thes. pract. voce Fürst / & voce Ertz-Hertzog / item Hertzog. Addatur Speidelius in notabilibus, iisdem vocibus. Et quoniam domestica hæc externis cognata, & olim immixta fuerunt, vid. etiam Anton. Alteserra, de Ducibus & Comitibus Provincialibus Galliæ. De Marchionibus vid. Besold. thes. Pract. voce Marggraf. & Speidel. eadem voce. De Landgraviis iidem videndi, voce Landgraf.

De Comitibus & Baronibus.

DE his egit memorabili tractatu Christophorus Besoldus. Extat in nucleo J. P. & est disput. X. Hanc enim præcipue laudant, qui de hac materia agunt. Vid. omni-

no Speidelius in voce Graf und Freyherr / ut & Besoldi thes. pract. vocibus iisdem. Cæterum ad hunc locum multa repeti debent ex illorum scriptis, qui de Nobilitate, ejusque origine & generibus scripserunt.

De Titulis & Honoribus.

EXtat liber Anglicus Seldeni, de Titulis honorum, satis ille quidem dignus, qui comparetur, ubicunque haberi potest. Pertinet huc quoque Hoppingii opus de Insignibus.

De Jure Præcedentiæ inter Principes.

CUriosa disputationis fundamenta valde diligenter struxit Vasquius lib. 1. controvers. illustr. ubi ostendere conatur, Hispaniarum Regi primum locum deberi inter omnes Principes, a pag. 6. usque ad p. 52. Hinc plerique colligunt, quæ in hac materia occurrunt, ut Limn. lib. IV. J. P. c. 9. & alii. Promisit etiam Theod. Gothofredus, Dionysii filius, adhuc in Galliis superstes, se

ſe in III. tomo Ceremonialis Franciſci accurate & plene, adductis exemplis, acturum eſſe: duo enim priores tomi prodierunt, ſed qui familiarius virum norunt, hanc ſpem in deſperatis ponunt, in re præſertim tam ardua, & quodam modo inexplicabili. Curioſa & ſelecta quædam reperies in Graſwinkelii libello, de Jure præcedentiæ, inter Remp. Venetam & Ducem Sabaudiæ.

De Familiis Illuſtribus.

FAmilias Germanorum Principum tabb. æneis exhibuit Albizius. Deinde opus Genealogicum univerſale Eliæ Reuſneri commendatur. Imprimis autem copia & eruditione præcellit theatrum Genealogicum Henningis. Hiſtorici quoque paſſim inſeruerunt operibus ſuis multa Genealogica, alii quidem generalius, alii parcius. Ita Pontus Heuterus lib. 6. Rer. Burgund. repræſentat Genealogias præcipuas aliquot familiarum e Gallia, Francia, & Belgio, quæ magni æſtimantur. Sicut autem unaquæque fere natio in Germania peculiare ſuum Chroni-

con habet, ita & de familiis Principum pleraque inseruntur.

Familia Austriaca.

HIC primo nominari debent Origines Habspurgicæ Guilimanni, & Ponti Heuteri libellus de nobilitate ac vetustate familiæ Habspurgicæ, ac Austriacæ, præmissus operi Rerum Austriacarum. Cuspinianus in Austria sua multa habet huc pertinentia. Multa etiam habentur in dem Oesterreichischen Lorbeer-Krantz. Sicut autem omnes fere libri historici aliquid de hac familia continent, ita videnda, quæ Limn. J. P. l. 2. c. 2. annotavit, & in addit. Nam historicos mere tales nunc non adducimus.

Familia Bavarica.

AVentino plurimum debent, ut cæteræ res Bavaricæ, ita Genealogiæ Principum Bavaricorum. De cætero Andreæ Brunneri Principes Bavarici utiliter usurpantur.

Familia Brandenburgica.

NUlla fere domus Principalis in Germania est, quæ non habeat expressum suum Stemma, seinen absonderlichen Stammbaum/ præter laborem Albizii. Sicut e. g. nuper elegantissime prodiit typis expressum Stemma Palatinum & Stemma Saxonicum. Nicolaus quoque Rittershusius in opere nupero Stemmata Principum consignavit.

De Nobilibus.

IN Nucleo Juris Publ. extat disput. XI. de Ordine Equestri libero, Imperioque immediate subjecto, Besoldi, & XIV. de Statu Nobilium civili eorumque Juribus, privilegiis & immunitatibus, Josiæ Nolden. Huc pertinent potissimum des Spangenbergs Adel-Spiegel & Caspar. Lerchen Comment. de German. Nobilitate. De Equitibus, seorsim ita dictis, actum est in Politicis, ubi & Scriptores nominati sunt.

De Torneamentis.
Von Turnieren.

DIligenter exsequitur hoc argumentum Limnæus, lib.6. c. 5. in addit. Inprimis hic solet laudari Georgii Rüxneri Turnier-Buch / cui diu multum plerique tribuerant. Sed qui nuper res Germanicas diligenter scrutati sunt, animadverterunt, non esse tantæ autoritatis ipsum librum, sicut antea creditum est: inter quos est Goldastus, qui ipse fidem hujus libri in dubium vocat in rationali. Et ante eum Dousa hoc fecerat, in Annalibus Hollandicis. Certe,qui accuratius velit inquirere, multa prorsus falsa reperiet. Non tamen omnia sunt in dubium vocanda: Licet enim hinc præsertim rationem totius certaminis cognoscere. Add. Wehner. obs. pract. voce Turnier / ut & Besold. thesaur. pract. & Speidel. Notabil. Multa quoque hujus generis continet liber Gallicus, cui titulus est theatrum honoris.

De Insignibus.

HOC argumentum ex Gallis exsequitur, Moreall, quem Limnæus

næus toties laudat in hac materia, lib. 6. J. P. c. 6. In theatro honoris Gallico multa quoque huc pertinentia sunt. Inprimis est Hoppingius, qui de jure Insignium totum & nobilem tractatum scripsit. Vid. Wehner. in observ. pract. voce Helm und Schild/ ut & cæteri Scriptores, qui Lexica J. P. scripserunt.

De Civitatibus.

IN Nucleo Juris Publici extat disp. XII. de Jure & Imperio Imperialium Civitatum, & XIII. de jure Imp. Civit. in immutanda religione: utraque Besoldi. & XV. de variis Universitatum speciebus, eorumque Juribus, Henrici Bruningi. Pertinent huc inprimis disputatio Conringii de Urbibus Germanicis. Præcipue autem excoluit hoc argumentum Knipschild de Civitatibus Imperii. Addendi sunt Lexicographi J. P. voce Städte/ Reichs-Städte.

De Academiis.

AMplissime hanc materiam executus est Limnæus, lib. 6. J. P. Lansii dissertatio de Academiis

cupide est excepta passim, neque tamen hactenus recusa; Fortasse, quia quædam effuderat, quæ nollet repetendo confirmare, (not. secundum editam esse illam dissertationem Helmæstadii anno 1661.) Middendorpii opus de Academiis præcipuum est in hoc genere, Kircheri quoque & aliorum quorundam orationes, lectu non indignæ, extant. De Reformatione Academiarum Meyfartus scripsit librum Germanicum, multa libertate, quæ odium Authori apud multos conciliavit. Sed fatendum est, vera dici; licet forte consultius fuisset, latina lingua scribere ea, quæ homines imperitos facile movere possent, ut studia & scholas odio prosequerentur.

De Comitiis.

IN Nucleo J. P. extat de hac materia disp. XX. Bernhardi Bertrami, quæ valde probatur. Alias præcellit in hac materia Arumæi peculiare opus deComitiis. Item der Teutsche Bericht/wie es auff ReichsTägen pfleget herzugehen. Comitiologia Hageni plurima animadversione & repre-

prehensione digna. Optimus autem est libellus de Comitiis, cui titulus, Grundfeste des H. R. R. Addi potest dissertatio XXI. Arumæi in Nucl. J. P. de sessionis prærogativa. Nam Scriptores Lexic. J. P. in voce Reichs-Täge / intelliguntur, etsi non nominantur.

De Camera Imperiali.

IN Nucleo J. P. extat disp. XVII. de hoc argumento Thomæ Michaelis & Joh. Strauch. exercit. exoter XIII. de recusatione judicii Cameralis, valde utilis. Denaisii jus Camerale, & Mindani processus, libri sunt quasi fundamentales in hoc argumento. Addatur Wehnerus cum cæteris, voc. Cammer-Gericht. Ubi etiam reperies pleraque de judicio Rothwilensi, in voce Rothweillische Hof-Gericht. Wehnerum quoque vide in voce Justitz-wesen. Ubi & aliquot JCtorum consilia de abbreviandis litibus inserta reperies. Hæc in præcipuis materiis celebriora sunt nomina. Valde autem in studio J. P. commendari debent Gailii observationes, ad multa omnino J. P. argumenta pertinentes. Mageri quoque

eruditum opus, de Advocatia armata, prorsus est utile, in hoc studiorum genere. Nicolai Betsii Commentarius de pactis familiarum illustrium itidem inter eximios & eruditos labores est. De Jure Superioritatis Andream Cnichium valde probant, quanquam vulgares errores & confusiones non effugerit. In Nucleo J. P. etiam plures disputationes obviæ sunt de talibus argumentis. Et si quis singulorum argumentorum Scriptores vellet colligere, Bibliothecam fere constituere posset.

TANTUM.

CATALOGUS LIBRORUM

PETRI VANDER Aa,

Designans libros, qui tam ejus typis & impensis prodierunt, quam quorum alias Copia ipsi suppetit.

JOh. *Alph. Borellus* de Vi Percussionis & Motionibus Naturalibus à gravitate pendentibus, sive Introductiones & illustrationes Physico-Mathematicæ apprimé necessariæ ad opus ejus intelligendum de Motu Animalium, unà cum ejusdem Autoris Responsionibus in animadversiones Illustr. Doctiss. Viri D. Stephani de Angelis ad librum de Vi Percussionis, *in Quarto*, 1686. 2. voll. cum figuris æneis.

Ejusdem de Motu Animalium, *in Quarto*, 2. voll. *cum figuris æneis.* 1685.

Joh. Henr. Heideggeri Mysterium Babylonis Magnæ, *in Quarto*, sub prælo.

Cajus Valerius Catullus & in eum *Isaaci Vossii* Observationes *in Quarto*, 1684.

Lup.

Lup. de Bebenburg de Jur. Regni & Imp. Romanorum, & *Freherus* de Coronatione, *in Quarto.* 1664.

Georgii Entii Med. Doct. & *Col.* Lond. *Soc.* Opera omnia Medico-Physica *in Octavo,* 1686. *cum Figuris.*

La Pratique de la Medicine selon les anciens & Modernes, deux Tomes 1686. *s'Imprime.*

Johann. Seldenus de anno Civili Veterum Judæorum & *Jac. Usserius de* Macedonum & Asianorum anno Solari, *in Octavo.* 1683.

Jacobi le Mort Pharmacia Medico-Physica, Rationibus & Experimentis Instruct. Accuratiore Methodo adornata, nec non Observat. Medicis Illustrata. *In Octavo,* 1684.

—Ejusdem *Chymia* Medico-Physica, Rationibus & Experim. Instructa, Brevi & facili viâ Processus Spagyricos ritè & artificiosé ad finem perducendi, normam exhibens. Cui annexa est *Metallurgia* contracta, succinctam Metallorum cognitionem demonstrans *in Octavo,* 1684. *cum fig.*

Joh.

Joh. Bapt. de Lamzweerde Naturalis Molarum Uteri Historia, in qua accuratius de Natura Seminis ejusque circulari in sanguinem regressu, modo conceptionis & generationis ac ovis humanis disquiritur. *In Octavo* cum figuris æneis.

Laur. Donckers Idea febris Petechialis *In Octavo* 1686. sub prælo.

Henricii Mundii Opera Omnia Medico-Physica, tractatibus tribus comprehensa, de Aëre Vitali, de Esculentis, de Potulentis, una cum appendice de Parergis in Victu ut Chocolata, Coffè, Thea, Tabaco &c. *In Octavo* 1685.

Guilj. Briggs Ophthalmographia, sive oculi ejusque partium Descriptio Anatomica & Nova visionis Theoria, Regiæ Societati Londin. proposita. *In Duod.* 1686. *cum fig.*

Jac. Sponius Minorius de Febrium origine natura & curatione, Experimenta super Cortice China Chinæ, ejus descriptio usus &c. *In Duod.* 1686.

Gualth. Charletoni Catamenia sive flux. menstr.

menſtr. & uteri Rheumatiſmo S. fl. alb. *In Duod.* 1686.

Novum Laboratorium Chymicum curioſum experimental. *In Duodecimo* 1686.

Coſmopolita Hiſtoria Naturalis comprehendens Humani Corporis Atomicam & Anatomicam delineationem ab ipſis primis fœtus rudimentis in utero uſque ad perfectum & adultum ſtatum lumine præclaro Generationem Hominis & efformationem exhibens dein uſum & ſtructuram omnium vaſorum in eodem perfecto ſumma cum arte demonſtrans opus nullo Medicinæ Curioſo vel ſtudioſo non conveniens. *In Duodecimo.* 1686.

Philippi Reinhardi Vitriarii Profeſſ. Jur. Leidenſ. Inſtitutiones Juris Publici, Romano-Germanici ſelectæ antiquum & modernum Imperii Romano-Germanici ſtatum; vera ejus Principia, controverſias illuſtres & earum rationes cum affirmantes, tum negantes & occidentes methodo Inſtitutio-

tutionum Justiniani ex ipsis fontibus Scribentis. *In Duodec.* 1686.

Anth. Nuck de ductu salivali novo, saliva, Ductibus oculorum aquosis & humore Oculi aqueo. *In Duodecimo.* 1686. *cum fig.*

Tractatus varii & curiosi de aquis Medicatis. *In Duodecimo.* 4 voll. 1685. *cum fig.*

Joh. Muys, Praxis Chirurg. Rationalis seu Observat. Chirurgicæ secundum solida veræ Philosophiæ fundamenta resolutæ quinque Decades. *In Duodecimo.* 1685.

-- Decas quinta. *In Duodecimo.* 1685. separatim.

Hen. ab Heers Spadacrene hoc est *fons Spadanus*, accuratissimè descriptus, acidulasque bibendi modus & medicamina oxypotis necessaria ut & Observationes Medicæ oppido raræ in *Spa* & *Leodii* animadversæ, cum Medicamentis aliquot selectis, & ut volunt secretis. Editio novissima auctior. *In Duodec.* 1685. 2. voll.

D. Du Clos Observationes super *Aquis Mine-*

Mineralibus plurimarum Provinciarum Galliæ, in Academia Scientiarum facta, & Differtat. *de mixtionibus naturalibus*. *In Duodecimo*. 1685.

Martin. Lifters Novæ ac curiofæ Exercitationes & Defcriptiones Thermarum & fontium Medicatorum angliæ eorum originem, Salubrem ufum & potationis modum tradentes. *In Duodecimo*. 1686. *cum fig.*

Guilj. Bradshaw Differt. de Juftificat. Doctrina, quâ via plana munitur ad concordiam qui hac de re variarunt. *In Duodec.* 1684

Vienna deliberata. *In Duodecimo.* 1684. *cum fig.*

Matth. Movii Felix Puerpera feu Obfervat. Medicæ, circa regimen Puerperarum & Infantium Recens Natorum. *In Duodec.* 1684.

Frid. Hoffman. Exercitatio Medico-Chymica de *Cinnabari Antimonii* ejufque eximiis Viribus, ufuque in medicina fecretiori, quo illo via ex illa veram panaceam conficiendi aperitur. Adjecta funt Experimenta ac

Ratio-

Ratiocinia varia curiosa. *In Duodecimo.* 1685.

G. B. de St. Romain Physica sive Scientia Naturalis Scholasticis tricis liberata, opus novum curiosis plurimis, ex Medicina & Chymia depromtis Experimentis, nec non observationibus nonnullis ad corporis sanitatem utilibus adornata. *In Duodec.* 1684.

Traitté de l'Action de l'Orateur ou de la Pronuntiation & du geste, par le Sieur Conrart *Secretaire de l'Academie Francoise.* En Douze. 1686.

Nouveau Receuil de Curiositez rares & nouvelles des plus admirables effets de la nature, & de l'art, composé de quantité de beaux secrets Gallans & autres: dont quelques uns ont été tirez du Cabinet de feu Mons. Le Marquis de l'Hôpital. *Experimentez & composez par le* Sieur de Lemery. *In Duodec.* 2. voll. *avec figures* 1685.

Anatomie des Plantes, qui contient une Description exacte de leur parties & de leurs usages, & qui fait voir comment elles se forment & comment elles croissent par Mr.

Mr. Nehem. Grew, *& l' Ame des Plantes par Mr.* Dedu *avec un Receuil d' Expériences, & observations curieuses par* Mrs. Grew *&* Boyle. *In Duodec.* 1685. *avec fig.*

Traité des plus belles Bibliothéques de l'Europe, des premiers livres qui ont été faits, *de l'Invention de l'Imprimerie*, des Imprimeurs; *de plusieurs livres qui ont été perdus & recouvréz par les soins des sçavans*, avec une Methode pour dresser un Bibliotheque *par le Sieur* le Gallois. *In Duodec.* 1685.

La Béte *transformée en machine, divisée en deux Dissertations, par le Sieur* J. Darmanson. *In Duodec.* 1684.

Histoire du Wiclefianisme où Vies de Wiclef, Jean Hus & Jerome de Prague. In Duodecimo. 1683.

Essais d' Anatomie, ou l' on explique clairement la construction des Organes & leurs Operations méchaniques selon les nouvelles hypotheses par . . Docteur en Medicine. *In Duodecimo.* 1686.

-- *Idem Latinè*, In Duodecimo *sub prælo.*

La Compagnie agreable, contenant toute sorte d'Histoires Galantes, curieux divertissemens & autres plaisantes narrations pour chasser la Melancholie, & faire passer agreablement le temps à la Compagnie. In Duod.

Joh. Muys Podalirius redivivus. In Duod. *sub prelo.*

